

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



128-12

49-3-10

Digitized by Google

128-12

DER No-7776 •

.







RITUUM

QUI OLIM

APUD ROMANOS MSIa obtinuerunt,

SUCCINCTA EXPLICATION

Ad intelligentiam Veterum Auctorum facili Methodo conscripta

AG.H. NIEUPOORT:

EDITIO NOVISSIMA.

A pluribus , qua in ceseras irrepferans , mendis expurgata , atque aneis tabulis illustrata.

Cuipræter Cl. JOAN. MATTHEI GESNERI Prolusionem, accedunt perpetuæ GUIL OTH.
REIZII, atque ejus fratris JOANNIS FRIDERICI adnotationes.



VENETIIS.

Ex Typographia Remondiniana. Superiorum permillu , ac Privilegio .

PRÆFATIO

AUGTORIS.

Ullum umquam imperium, quod quidem litteris proditum lit, ad tantam amplitudinem a tam exiguis initiis pervenit, quam imperium Romanorum (a); ita ut in iplos reges dominatum exercuerint, (b) cu-

jus rei in historia eorum varia exstant exempla (c). Et, licet verissimum sit, soli Deo regnorum incrementa deberi (d), hoc tamen etiam certum est, eum, ut ad finem sibi destinatum pertingat, hominibus, variifque eorum institutis, uti solere: unde sane liquet, eam rem publicam, quæ præ ceteris adeo emersit, præstantissimis plane legibus & moribus fuisse fundatam (e). Nam, ut eleganter dicit Cicero (f), neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores, nisi hi viri prafuissent, aut fundare, aut tam diu tenere potuissent tantam , & tam juste lateque imperitantem rem publicam (R). Et vere Romanos, (præsertim, si antiquiora videamus tempora, & paucos excipiamus, quorum mores vulgo funt improbati), possumus vocare viros in exemplum omnium virtutum natos : ita tamen, ut virtutes eas non ad normam veritatis Christiana, sed ad a

⁽²⁾ Dion. Halic. I. 3. 9. (b) Abram. Not. ad Cic. orat. pro Dejot. c. 1.

⁽c) Tacit. Histor. I. 81. (d) Plutarch. Romul, p. m. 22. C.

m. 12. C.

(c) Liv. proæm. (f) Ee republ. lib. V. apud Augufiin. de civis. Dei, l. 21.

(g) Vid. etiam Dion. Hal. III. 11.

ad gentilium sapientum præcepta exigamos. Nec aliter umquam tot gentes robore, numero, divitiis, aliisque commodis longe excellentiores (h), (Graci facundia, Galli gloria belli ante Romanos fuerunt) (i) sibi subjicere, vel subjectas in side retinere potuissent. Hinc tot viri insignes, præcipue qui rem publicam vel domi vel belli administrandi scientiam sibi comparatam vellent. huius populi mores & leges pernoscere cupiverunt. Hinc etiam tot viri eruditione conspicui, ut aliorum, quibus vel otium, vel occasio non suppetebat, conatus sublevarent. in antiquitatibus his explicandis operam fuam posuerunt. Alterá quoque ratio dari potest. cur non ii tantum, qui ad rem publicam aliquando funt accessuri ; verum etiam qui Latinos, cujuscumque tandem ordinis sint. scriptores paullo accuratius intelligere cupiunt, necessario huic studio aliquam operam navare debeant : quod scilicet & oratores. & qui philosophi, præcipue vero historici. (quorum lectio ut jucundissima est cunctis. qui non plane ab omnibus artibus humanioribus funt alieni, ita etiam utilissima) his storici, inquam, & poetæ passim alludant ad ritus suo tempore usitatos: ita ut verus auctorum illorum fensus, & recta verborum. quibus utuntur, scientia haberi nequear absque istorum rituum cognitione. Nam pro. prium quasi hie eruditionis parti & insitum est facem præferre veterum scriptis : unde non folum linguæ Latinæ copiam, fed civilis etiam prudentiæ præcepta hauriant lioris litteraturæ candidati. Præcipue autem iis adolescentibus necessarium lest hoc studium

⁽h) Veget. de ve mil. I. z. (i) Salluft. Cat. c. 53.

dium, qui juri civili noscendo operam dant; cum plurimæ leges, immo tituli Digestorum & Codicis sine ejus ope explicari nequeant, At cum Jo. Clericus Artis suæ critic. part. I. ca. 5. §. 3. pluribus tum rationibus. tum exemplis hoc sirmaverit, plura non addam, ne aliena scrinia compilasse videar: verum operam meam elegantioris litteraturæ studiosis probatum iri sperans, pau-

cis cœpti mei rationes prodam.

Cum multis operofum nimis esset tot scripta virorum eruditorum, Panviniorum, e. gr. Sigoniorum, Lipsiorum, aliorumque, qui his ritibus illustrandis insudarunt, perlegere; plurimi jam dudum fuerunt, qui breviter eos explicare aggressi sunt: ut Cantelius, Goodwinus, multique ii. Sed nullum adhuc tale compendium vidi, (vidi autem satis multa), in quo non desectus aliquot utentibus incommodos animadvertisse minis visus sim: vel, quod rebus quibustam minis visus sim: necessariis diutius, quam zquum videtur, in-hareant; alia autem majoris momenti vel omnino pratereant, vel breviter saltem de-libent: vel quod ordine non satis congruo utantur. Tam praterea quod plerique, (ut e. gr. Cantelius) fontes antiquos, unde sua hauserunt, non indicent: quod tamen mihi perutile, si non plane necessarium esse vide-tur, in eorum præsertim gratiam, qui ex ipsis veterum scriptorum locis de veritate di-ctorum convinci cupiunt : aliisque ansam præbet multa veterum scriptorum loca, quæ eatenus non bene intellexerant, explicandi. Verum est, Kippingium multos (& nimis sane multos) auctores citare: at cum ille simul scateat nugis ineptissimis de præstigiis dæmonum, sagarum, & similium, corrumpendo potius, quam for-3

mando juventutis judicio natus videtur - Mitto digressiones maximam partem ab instituto suo alienissimas, quas nullo ordine, nullo modo pertractat; ingentem ubique sylvam auctorum; veterum, recentiorum; notorum, ignotorum; bonorum, sequiorum (k) absque ullo delectu citans. Tum ineptissimas opiniones philosophorum de rebus physicis, quæ tamen sua ætate a cordatioribus plerisque explosæ erant, immiscet; & stilo passim.

utitur neglectissimo (*).

Sed eum mittentes seriem potius instituti operis nostri videamus. Distributum illud eit in fex partes , sive fectiones ; quarum unaquæque rursus in membra quædam, sive capita est divisa. Prima Sectio agit de variis divisionibus & ordinibus populi Romani ; ejusdemque comitiis. Et capite quidem primo, exposita breviter urbis origine. agitur de divisione Romanorum in tribus & in curias; caput 2. tractat de senatoribus. five fenatu, quo nihil toto orbe in suo genere majus sol hic umquam vidit; caput 3.agit de ordine equestri; caput 4. de ordine populari; caput 5. de comitiis in genere; caput 6. de comitiis curiatis; caput 7. de censu, & de comitiis centuriatis; caput 8 de comitiis tributis. Sectione Secunda agitur de magistrati. bus, tum majoribus, tum minoribus; tum ordinariis, tum extraordinariis; tum urbanis, tum pro-

(k) E. gr. Pomponacium, Trithemium, Wierium, Schottum, quatuor viros reigublica lycanthropica consti-

^(*) Quin vel ea nomine justum compendium non dedit, quod neque hilum aux de comisiis, aux de judiciis. disseris. Taceo, edisorem novissmum in ea errores non paucos confiteri, nimis ingenue.):

provincialibus: & primo quidem capite de magistratibus in genere; capite 2. de rege, & qui ei adjunctus erat, tribuno celerum; capite 3. de consulibus; capite 4 de prætoribus; capite 5. de ædilibus; capite 6. de tribunis plebis; capite 7. de quæstoribus. Inde explicantur magistratus extraordinarii: itaque capite 8. agitur de dictatore & magistro equitum : capite q. de censoribus, quos alii inter ordinarios recensent : capite 10. de interrege : capite 11. de præsectis urbi, & de præsectis prætorio; capite 12. de decemviris legibus scribendis consulari potestate; capite 13. de tribunis militum consulari potestate, & qui-busdam aliis; capite 14. de magistratibus provincialibus, sive de proconsulibus, propræto-sibus, eorumque legatis; & denique capite 15. de ministris magistratuum . Sectio Tertia agit de judiciis, duobus tantum capitibus, quorum primum est de judiciis privatis; al-terum de judiciis publicis: quæ ex Sigonii lib. de judiciis , & ex Sibrandi Tetardi Siccama de judicio centumvirali libris fere sunt collecta; cui capiti pauca de suppliciis noxiorum apud Romanos usitatis accesserunt. Sectio Quarta sacra Romanorum explicat: quæ quidem in multis cum Græcorum facris conveniunt: ita ut eorum explicatio tam ad Græcas, quam ad Romanas antiquitates pertineat; verum tamen ad scopum nostrum obtinendum, (qui , ut diximus, est vera scriptorum Latinorum, & inter eos poetarum, intelligentia), brevis eorum enarratio plane fuit necessaria. In his facris primo, consideravimus deos, quos coluerunt Romani; neque eos omnes, sed præcipuos; neque omnia de. diis diximus, quæ dici poterant, verum ea tantum, quæ maxime necessaria else putavimus : & ea capite primo. Caput 2. agit de

VIII 'PRÆFATIO AUCTORIS.

ministris sacrorum, sive variorum ordinum & variorum deorum sacerdotibus; caput 3. de zitibus quibus diis facra facere folebant. Sed quia ad pontifices etiam spectabat ordinatio temporis, addidimus huic sectioni caput 4 de anno, mensibus, & de dierum discrimine. Denique claudit hanc sectionem caput 5. & fatis longum de ludis Romanorum, (qui sæpissime in honorem deorum fiebant): quorum explicatio nostris quidem spectatis temporibus & moribus levis momenti haberi possit; sed qui apud Romanos (1) inter res maxime ferias numerabantur. Immo in Acta urbis referebatur, quo apparatu . quibusve sumtibus hi sudi essent. Ea autem pars hujus capitis, quæagit de amphitheatro, & de gladiatoribus, tota, ut ingenue fatear, ex Lipsii : libris duobus Saturnalium sermonum, & libro de amphi-theatro est excerpta; niss quod forte paucula in hac editione ex nostro penu adspersa sint. Sectio Quinta de militia Romana agens ex ejusdem Lipsii libris quinque de militia Ro-mana potissimum est desumta: (licet etiam hic varia passim aliunde accesserint) & itidem in quinque capita distributa. Eorum primum est de delectu; 2. de ordinibus; 3. de armis; 4. de acie; 5. de disciplina militari. In hoc autem Lipsio, ut id obiter addam, præter reliquas ingenii dotes, præcipue ad-mirationem nostram & imitationem meretur ordo accuratissimus, quem tum in aliis suis scriptis, tum in his de militia Romana libris fervavit; de quo plura dici possent, si præfationis modulus id pateretur. Sexta denique Sectio de vita Romanorum privata agens, primo capite enarrat vestes a Romanis gestari foli-

⁽¹⁾ Cie. Epift. ad diverf. II. 8.

solitas; caput 2. agit de ratione conviviorum: caput 3. de pecunia Romanorum, & simul aliquid tangit de divitiis eorum & luxu; tum in hac demum editione breviter hic de menfuris & ponderibus Romanorum egimus: caput 4. de nuptiis Romanorum loquitur; caput 5. de nominibus eorum, gentibus, ac familiis; tum de manumissionibus, & de patria potestate ; caput 6. denique ultimum actum humani dramatis explicat, scilicet ritus, quibus circa funera Romani sunt usi. In omnibus autem, ut jam diximus, hoe nobis proposuimus, ut ea tantum, quæ ad intelligendos Græcorum Romanorumque libros omnino erant necessaria, poneremus, cum etiam vix ea huic non magnæ molis libro includere potuerimus. Cumque viderimus ex iteratis hujus opusculi brevi annorum spatio quater editionibus, laborem nostrum erudito orbi satis gratum suisse, animum hoc nobis addidit paullo majoris molis opus conscribendi, Historiam nempe Romanam, quæ jam etiam, Deo favente, intra paucistimos dies, prodibit in publicum (*). Cumque otium cane pejus atque angue oderimus, jam aliam quamdam materiam tra-etandam, si Deus adspiraverit coeptis, animo destinavimus. Tu interim, lector, hanc opellam benigno animo suscipe; & sicubi erraverimus, humanitatis memor esse velis. Vale, & utere. Trajesti apud Batavos CIDIOCCXXIII.)

a 5

GUIL.

^(*) Prodit es Trajecti ad Rhenum MDCCXXIII.)

GUIL. OTH. REIZII

PRÆFATIO.

Uando earum quidem rerum, quæ ad priscas litteras pertinent, nihil viris doctis hodie ab ullo, nedum ab homine grammatico scribi potest, quod ex antiquiorum libris haurire non queant; id solum scripturientibus videtur esse relictum, ut studiosæ juventuti scribant, cui sane pro virili quemque prodesse decet : ita tamen, ut ne (excussis ex eorum mani-bus majorum gentium scriptoribus) intra ejulmodi subsidia consistere doceantur; sed ut iisdem tanto magis ad ipsos eruditionis omnigenæ sontes penitius lustrandos avidiusque bibendos provocentur. Pluribus hæc jam persequi nihil attinet : quoniam non aliud propositum in edendis his Ritibus sibi stetisse, ipse Nieuportius in præfatione hujus libelli fatis candide præ se sert. Mihi vero, qui & rogatu bibliopolæ, & maxime hortatu Jensii nostri, viri clarissimi atque humanissimi, cujus nominandi occasionem capto, quo magnis ejus non dico officiis, fed meritis gratias publicas perfolvam: mihi, inquam, qui quartæ editionis curam, auctore fatis functo, in me suscepi, idem in adspergendis notulis & correctionibus propositum suisse, non est quod multis pro-bem. Soleo enim tribus tantum, quod ajunt, verbis ostendere, ex quibus auctoribus aliqua suppleri possunt : ut sic adolescentuli ipsorum, quos citamus, volumina consulere cogantur. Immo si licuisset per bibliopolam, passim nonnulla, quæ NieuNieuportius justo fusius tractat, expunxissem; ipsis tamen auctoritatibus relictis: non quo vel Manibus ejus vel manui ulla fieret injuria, sed quia verebar, ne compendii nomen re vera tueri jam amplius non posset. Hic enim libellus tertium nunc auctus, plus dimidio existit major, quam quantus primum editus suit. Non potui tamen a me impetrare, quin scribarum Romanorum notas sive siglas maxime memorabiles adjicerem, ex Sertorii Ursati Commentario ac mantissa (tomo XI. Antiquit. Roman, a Gravio infertis) potissimum excerptas. Quum vero is in Breviario & Mantissa earum præcipue delectum addiderit, que obviæ magis, & frequentius in veterum monumentis & nummis occurrunt ; mihi e re tironum videbatur, si ex ipso Commentario adderem notas, quæ in fastis & Latinæ linguæ auctoribus, tam historicis, quam oratoribus & ICtis, reperiuntur. In quibus brevitati sic studuimus, ut singularium maxime litterarum rationem habuerimus. Itaque, si Ben. Me. frustra quæsiveris, recurrendum tibi sci-to, lector, ad singulas B. M.

De servis etiam appendicem subnectere animus erat, eumque in sinem unum Pegnorium, (qui hanc materiam tam diligenter exausit, ut perquam pauca vel ex T. Pompa, vel ex aliis ei addi possint), excerptum habeo: sed quando præscriptum plagularum additiciarum numerum jam excessi, malo operam lussife, quam libelli molem ac pretium gravare. Attamen erunt fortasse, qui in hoc compendio quatuor aut quinque capita desiderabunt: primum de horologiis & clepsydris; alterum de re navali; tertium de re vehiculari; quartum de veterum libris, & ratione scribendi ac studendi;

dendi; quintum de moribus & religione; quo pertinet liberorum educatio atque institutio &c. Sed hi meminerint, compendium esse juventuti scriptum; maxime juris studiosis: unde sactum, ut materiam de magistratibus, comitiis, atque judiciis susua quam alia executus sit auctor. Jam vero qua ratione hunc libellum emendare studuerim, clarius aperiam.

I. Neque in orthographia, neque in stilo auctoris quidquam mutandum duximus,
etiamsi non satis Latine locutus videbatur; quod ei tamen non ita sæpe accidit:
ut p. 1. noscituro, p. 3. idem cum eo, p. 4.
juxta Petavium, p. 324. Panem, pro Pana. Ea tantum, quæ manisesta operariorum
esse σφάλματα apparebat, correximus. Et
sic præter accentuum Græcorum notulas sæpius reformatas multa emendavimus, quorum plurimam partem a prima editione,
quam DRAKENBORCHIUS pro sua humanitate concessit, firmari, lætus deinde deprehendi: unde pariter

II. non paucis locis vel male affectis, vel mutilis, etiam medicinam fecimus.

Tun

III. in conferendis inter se editionibus ternis haud parum tædii devorandum suit; namque nulli ex iis tantum præ reliquis sidei tribuendum censui, ut novam hanc ad illam unam exigerem. Itaque ea non modo loca, quæ discrepabant, in ipsis auctoribus quæsivi, ut, utra citatio veracior esset, innotesceret: sed &, si quæ citationes suspectæ erant, eas examinavi, &, ubi opus erat, sedulo castigavi. Perpetuum

IV. vitium fuit, quod id. vel ibid. ex prioribus editionibus passim remansisset, etsi alii

211-

auctores in editionibus posterioribus interserti erant, squz suis locis similiter emen-

davi .

V. Numeros paginarum indices perperam notatos non correxi modo, tum in ipfo contextu, tum in toto rerum indice, quem multis etiam locis auxi; fed fingulis quoque paginis fectionis opusculi & contenta in fronte adscripsi; quod quanta sit utilitatis,

hic docere supervacaneum est.

VI.- Ne autem in eosdem errores operæ librariæ aut speciminum correctores inciderent, placuit litteras, auctoritatum indices. quæ in singulis paginis a principe a incipiebant, semper ad postremam z continuare; & inde ab a denuo incipere: nisi quod u-nam aut alteram, e. c. i. u. uu. interdum addiderim aut exemerim, ne veteres totius paginæ mutare cogerer, quod monendum duxi, ne quis citationes aliquot excidisse, inde suspicetur. Si vulgarem eorum, qui tam vendibiles libros denuo emittunt, sequi voluissem morem, multo equidem labore supersedere potueram: sed malo diligentia nimiæ incusari, quam juvenum studiis, quacumque demum ratione, non inservire. Quum enim tota hujus opellæ ἀκριβικα ususque maximus in scriptorum veterum auctoritatibus consistat, omni eas religione sartas tectas oportuit conservare. Denique in notulis nostris subitaria opera, ubi quid in mentem veniebat, adscriptis, atque ab au-Horis manu hac uncorum nota tam in contextu, quam in margine inferiori fecretis, supra dixi, quid propositi mihi fixum suerit. Quibus autem litteras F. R. subjunctas vides, lector, eas Joanni Friderico, fratri amantissimo, mecum acceptas referes.

XIV REIZII PRÆFATIO.

At, inquiet aliquis, tantos ob minutias grammaticas sumere spiritus, adeoque diligentiam & industriam in tantillis rebus prædicare, putidum est ac puerile. Lubens hoc saterer, si justa causa desuisset. Jam vero non folum bibliopola id a me petit, quo sua mers esset vendibilior, sed eo potissimum talia fufius fum executus, ut appareat, quam mendax sit horum Rituum editio quarta corectior. quæ Budissæ in charta vilissima superiori anno prodiit . Editio quarta correctior scripsisfem, nist ipse titulus vitiosam alteram præ se ferret inscriptionem. Ex ungue leonem scilicet! Plures ejus editionis nævos persequi haud erit operæ pretium, ubi dixero, omnium primam editionem cum ipsa dedicatione ad v. cl. GER. NOODTIUM tantum modo repetitam, atque erroribus auctam esse. Tu interim, juventus studiosa, nostris conatibus fave, & vale. Dabam Rotterodami Non. Mart. CININGCXXXIII.

JO. MATT. GESNERI

PROLUSIO

PRomissimus in publico prælectionum catalogo per eam, quæ instat, æstatem recitationes publicas habere in Nieupoorti succinctam rituum antiquorum explicationem. Prævidemus animo, etiam si, quantum in nobis erit, id acturi simus, ne qua hora, nostra quidem culpa, ab eo labore vacua sit, etiamsi studiose excludamus, quidquid moram objicere nobis inutilem possit; tamen angustia nos & brevitate temporis labo-

raturos. Ut igitur vel unam alteramque floram faciamus compendii, prolegomenis, quas Cicero vocat, tribuendum alias: hac icriptione ea comprehendamus, quæ forte in præfatione expectari a nobis poterant, idque eo magis, cum forte aliis etiam prodesse aliqua ex parte possint. Ea porro cum ad duo sere capita referri videantur, dispiciamus breviter, cum, cur tractari conveniat ab optimarum litterarum studiosis Romanas antiquitates; (quo nomine utimur pro locis, hominibus, rebus, actionibus, institutis antiquis) tum, qua ratione ea felicissime tra-

Etentur -

Tractandas quidem omnino videri, illi fatentur omnes, qui vel libros de ea re magno studio comparant, vel scribendi tiroci-nia in ea poni volunt a junioribus, cum primum sui gustum dare, & prodire in publi-cam lucem debent. Sed cur ita videatur do-Etis hominibus, dispicere operæ pretium est. Ponamus primo, tamquam in prima acie velites quosdam, ea argumenta, quæ nobis non plane nullam-illa quidem vim habere videntur, sed neque rem posse conficere. Ipsum sane inspicere res antiquas & cognoscere jam pulchrum est, & inter ea. quæ nascentibus nobis a natura commendata funt. Ecquis est ita inhumanus ac durus, qui non legendis vel barbarorum ritibus atque institutis delectetur? Quem non dulcedine quadam afficiunt illæ Argonautarum Americanorum Asiaticorumque narrationes? Quis potest evolvere sine voluptate, sine desiderio quodam deponere, cærimoniarum, ut hoc utar, & consuetudinum religiosarum illa volumina, immortali Piccarti cælo illustrata? Quid igitur mirum, deleniri homines institutis ac moribus non barbaræ alicujus

xvi Jo. MATT. GESNERI

cuius gentis cognoscendis, sed eius populi, cujus fortitudo orbem terrarum subegit, virtus admirationi fuit sæculis, humanitas reliquorum barbariem edomuit? Ut igitur non opus est interrogare, cur pompas, spectacula, domus ornatas, animalia peregrina, urbes, exercitus, videre cupiant homines: sic ipsa illa, quæ inest in antiquitate cognoscenda, suavitas jam satis excusare debet. si qui animum ad illam applicant, si libros id genus animose emunt, exornant splendide, otium in iis contemplandis consumunt. Peregrinationes suscipere nobiles & beati homines solent, ac videre, quæ visu digna apud exteros videntur. Quid vero turpius, & ad ipsum nomen Germanorum stuporis quadam nota dehonestandum potentius, quam si ad tabulas pictas, ad nummos veteres vel novos, ad statuas, ad ienes festivos, ad textilia parietum ornamenta, admissi Semones nostri hiantes adstent. & vel ipso silentio, vel multo magis abfurdis fermonibus, prodant ignorantiam; vel inter illa ingenui animi oblectamenta ad canem vel aliam bestiam conversi . illa se, quam humanissimis operibus, magis delectari, id est, tantum similibus sui rebus gaudere, indicent? Neque vero non constat, ad ipsam rem publicam selicius gerendam quædam hinc præsidia suppeditari. Est ne verisimile, ad rei publicæ ordinationem & munera, ad rem militarem, ad ærarii & vectigalium curam, ad agrorum colendorum & ædificandi rationem, non multa hauriri posse a principe terrarum populo ex-empla ad imitandum? Denique ad oratio-nem vel quotidianam illam in sermone samiliari, vel eam, quæ in publicum proferen-da est, tamquam flosculis quibusdam & gemgemmis exornandam, quantum profit Roamanz antiquitatis cognitio, cum ab aliis oftensum est, tum a nobis quoque quoties ill. Heineccii, quem semper honoris caussa appello, de stilo libellum interpretamur, solet commemorari.

Sunt ista non plane nullius ponderis, sed talia tamen, quæ metuo, ne conficere rem non possint. Sit sane erudita illa voluptas : sed horto similis est, ad quem per spinas & vepreta horrida plerumque pervenitur. Voluptas est ejus modi, quæ admonere aliquem possit Ciceroniani illius Xerxis, copias cogentis innumerabiles, maria ambulantis, & navigantis montes, ut conchas aliquot in littore lectas domum referat. Qui extero-rum elegantias volunt inspicere, ii breviori via edoceri possunt, ne suo se sorices indi-cio prodant. Et ubi sunt illi, qui utilita-tem rei publicæ suæ attulerunt a Romana antiquitate? Nonne, qui quam diligentissime in illo vel studii, vel voluptatis genere ver-sati sunt, iidem sere ita se litteris abdidere, ut nihil inde in medium, quodque e re publica sit, conferant ? Quod est de oratione ex ornanda, constat, vix tantum illi venustatis a sobrio antiquitatum tractatu accedere, quantum eidem tenebrarum & horroris ab antiquariis quibusdam objectum est, qui sua cum oratione ad Numam Pompilium ablegandi erant.

Quid igitur? siccine a te commendantur, dicat aliquis, quas nobis polliceris operæ antiquariæ? Ego vero unam maximam justissimamque esse caussam ajo, propter quam studio nostro digna sit antiquitatis Romanæ cognitio, librojum veterum intelligentiam. Neque vereor, ne quis convincat alterutrum, aut, non opus ei, qui eruditus esse alicujus ordinis

XVIII JO. MATT. GESNERI

ac loci velit, libros veteres cognoscere; aut posse recte intelligi libros veteres ab eo, qui non satis luculentam antiquitatis notitiam habeat. De hoc si quis dubitet, illum explicare jubeam nobilissimi cujusque scriptoris librum, aut locum adeo insigniorem quemcumque. & videre, utrum vel singulorum, vel junctorum etiam verborum assequi & interpretari sententiam possit, nisi ex ipsa illa antiquitatis disciplina notitiam locorum, hominum, munerum, consuetudinum, habuerit: & puto, quod præstitit in Grævio tum juvene magnus ille, (si quid nostris in artibus magnum est), Gronovius, ut illi planum saceret, non intelligia se, (quod ante illum diem putarat,) Tullis epistolas; illud unicuique me ostensurum, frustra nempe esse, si quis sine antiquitatis præsidiis libros antiquos, sacros, prosanos, erectioris præsertim & nobilioris argumenti, tractet.

Sed illud ipsum fortalle adhuc dubium est. fintne libri veteres legendi? Hæc disputatio longior est, quam ut, prouti meretur, hic eam agitemus. Eos quidem, qui religionis nostræ mysteria ex ipsis, quod ajunt, fon-tibus, idque suo velut instrumento velint haurire, qui de legum Romanarum sententia sibi, non aliis credere; hos igitur librorum veterum lectione supersedere non posse, palam est. Sed neque eos, qui, quid ante se, & a rerum inde origine secerint. dixerint, senserint . homines, ipsi per se cognoscere, & inde felicem quandam sibi senectutem, subnixamque experientia tot sæculorum prudentiam comparare, qui illam quasi pueritiam deponere voluerint, qua efficitur, ut nova multi putent, quæ suis a doctoribus audiunt omnia, quibus nimirum omnia nova sint; magistrum suum solum sapere, quialios

alios non norint scilicet; aut, sieut solent pueri, stulta putent, quæ non intelligunt; ut sæculum nostrum vel sapientissimum & felicissimum , vel infelix & corruptum , utrumque sine causa idonea, temere pronunciet. Porro libros antiquos Romanorum esse le-gendos, confirmo, vel ob hanc solam caufam, quia nihil est in librorum genere (de humanis loquor, & qui solis humanis viribus scripti sunt), præstantius, nihil ad humanitatem, nihil ad magnitudinem animi, quæ inest in magnifica animi propositione, bene, vel rebus gerendis vel exemplo certe, dehominum genere, suis præcipue civibus, merendi, reliqua autem, quæ in potestate nostra non funt contemnendi accommodatius: nihil proinde aptius ad formandum civem egregium. Nisi forte parum certum putamus, quod. & ratione constat, & sæculorum omnium experientia, tales nos fieri, quales ii sunt, qui-buscum versamur; aut nisi arbitramur, possealiquem hodie commodius cum tot maximis prisci ævi animis Versari, quam libris eorum. diligenter tractandis, quos illi non famis pellendæ ergo, non perfunctorie, ut moribus aut officio alicui fatisfacerent, non humili alia causa, qua hodie plerique libri eduntur; sed. eo consilio scripserunt, ut quales ipsi in vita. & republica fuere, id est, viri maximi & patriarum suarum principes, virtute omni cumulati, tales etiam ex libris suis cognoscerentur apud posteros, tales ipsos quoque po-steros, felici quodam sensum & morum contagio ex ipsis illis animorum suorum reliquiis. hausto, redderent. Si enim recte dixit, quicumque primus dixit, orationem esse ipsum animum nostrum foras prodeuntem: profectomens, & animus, & virtus Tullii elt, quæ ad animum meum pervenit, & cum eo coniunjungitur, quoties scriptis ab illo legendis me intendo. Hæc eadem caussa suit, cur sapientes viri, & naturæ nostræ periti, in scholas introduxere eos libros, & pueritiam adolescentiamque iis imbui, tamquam salutari primo & nutricio succo voluere: non modo uti sermoni purissimo mature assuescerent, quod non contemnendum, sed minimum inter bona est; verum vel maxime, ut ipsum illum sensum atque animum, qui heroas illos agebat, teneris ætatibus insunderent, eo nempe tempore, quo & facilius formam quamcumque accipimus, & ad sidelius reliquo tempore servandam, parati sumus (*). Legendos igitur esse antiquos scriptores certum est, & ut legere illos, id est, intelligere queamus, in antiquitate discenda elaborandum.

Superest altera quæstio, quomodo comparanda sit illa antiquitatis notitia? Hac in re erratum interdum esse ab adolescentibus, observamus, qui cum audiere, rem præclaram esse antiquitatis cognitionem, & suo studio dignam, ilicet Rosinum invadunt Demsteri opera locupletatum, si sint tenuiores: si in re lauta, primo illam Pitisci divitem penum comparant, deinde ipsos thesauros Gronovii, Grævii, Sallengrii, Montsauconii

^(*) Vid. Anton. Blackuulli de prestantia classicorum auctorum liber, quem ex Anglico Latine vertis, atque animadversionibus instruxis consultissimus Ayrebus noster, cui quantum prosuerint he littere ad humanisatem & virtusem, summa cum voluptase nec minore utilitate experimur. Tum divinitus hunc locum tractavis, in presatione ad Ciceronem Lipsie editum, meus Erenssus, quem timide suspensauce manu laudare me illud cogit, quod in illa magis quemdam amoris erga me essum, quam suum, quod acre alias habet, judicium me commendando secutus ess

opera collectos domi suæ habere student; certe. si illam Corinthum adire non contingat, quidquid usquam Meursianum aut Li-psianum nancisci licet, cupide coemunt. veterum quoque scriptorum editionibus inhiant illis, quæ quam plurimo antiquariæ eruditionis choragio stipatæ videantur. Ac partim illorum habere eos libros contenti sunt, homines amicis certe suis, quibus librorum suorum usum indulgent, commodi, & vel hoc nomine amabiles: alii vero vel suos vel alienos in hoc genere libros legunt etiam . excerpunt, novos inde libellos conscribunt, magno conatu nec sine ornamentis sua nobis alvearia exhibent; digni fane illo ipso studio suo, qui melius collocare industriame ac tempus discant. Nempe sæpe in ipsis il. lis antiquarum rerum disceptationibus indicant, ex rivulis se haurire, turbidis non numquam, & multo limo insalubribus; per longas ambages eo contendere, quo planior longe certiorque via ducit; hærere in cortice, in foliis, nimis parum de ipso fructu sollicitos. Horum si libellos legas, putes, so-lum hunc, non alium fructum ab illis putari, qui e litterarum Romanarum Gracarum. que monumentis petatur, ut, quo ritu unum-quodque negotium peragi folitum sit, sciamus. Contra se res habet, viri optimi. Quidquid harum rerum discitur, id eo pertinet unice, ut ritus aliquis (utamur nomine angustiore aliquantum, sed quo tamen velut sub exemploauid velimus indicetur) e loco satis aperto boni auctoris perceptus, aperiat nobis alios vel ejus-dem, vel aliorum scriptorum locos, in quibus ad enmdem ritum, sed obscurius, respicitur, qui ritus dum ignoratur, tenebras meras offerat le. gentibus, agnitus serena luce eosdem perfundat. Quid igitur agendum est, ut ille locus illu-

XXII JO. MATTH. GESNERI

strior & clarior nobis occurrat? Legamus totos antiquorum libros, familiaritatem quandam cum civibus illis Romanis contrahamus, discamus ab ipsis, quo tempore, quibus locis, a quibus hominibus, quo ritu, quidque actum sit, nunc hoc, nunc aliud. Ut qui peregrinantur, hodie vident, quo ritu legatus admittatur, a lias judicii formam coram intuentur, alias, quomodo supplicium sumatur de facinorosis; & cum sacris intersunt publicis, nunc rationes conviviorum, nunc militaris disciplinæ particulam aliquam observant, eaque re illud consequuntur, ut paulatim & ipsi intelligere sermones civium de rebus suis possint, & inde ad prudentiam juvari.

Verum usuvenit in antiquitatum Romanarum Græcarumque studio, quod in rebus plerisque humanis. Instrumentum majus habemus laboriosius, pretiosius, illis ipsis rebus, propter quas paratur. Facilius profecto aliquis scripto res Romanos bonæ ætatis omnes, tum ex Græcis Plutarchum, Dionysium Halicarnassensem, Polybium, legerit, quam ingentem illam librorum recentium de Romanis antiquitatibus multitudinem. Hos novos qui diligenter etiam perlegerit, nisi forte dicat Terentianum illud, fecistis prope, multo sum quam dudum incertior; certe multum aberit ab illius prudentia & virtute, qui iplos harum rerum auctores iple per se cognoverit. Quin qui uno ex loco illustri partem aliquam antiquitatis semel perceperit, ille plus profecto sciet, plus sapiet, quam si ad Pitisci laboriosum opus accedat, & ibi laudatos de illo argumento decem forte scriptores recentioris avi evolvat unum post alterum: quorum forte duo aut tres ipsi eundem illum locum classicum viderunt, & commendarunt lectori suo: alii secuti priores istos, vel bona fide repetiere superiorum dicta, vel etiam male intellecta corruperunt.

Neque tamen, cum disputamus ista, operam lussifie arbitramur eos, qui vel partem aliquam antiquitatis diligentius explicandam sibi sumpsere, vel qui sub unum quasi conspectum, redigere totam studuerunt. Illi difficiles multos optimorum scriptorum locos nobis expedierunt. quo in genere, ut unum exempli causa nominem, immortales gratiæ debentur Lipsio, qui, si omnes antiquitatis partes suo illo more persecutus esset, facile multis aliis & zouo animo careremus: hi quam commoditatem adferant studiosis, jam sub ipso Nieupoortiani libelli exemplo ostendemus. Nempe illa libelli hujus dos est, quod quasi brevi, (si multitudinem rerum spectes) tabella comprehensa nobis offert. quæ in hoc genere maxime observatu digna sunt pleraque, qua ratione, & memoriæ subsidium præstat, & observandi quandam viam præbet. ut sciamus ad quid attendendum nobis sit in le-Etione antiquorum, habeamusque ad manum, unde ea mox revocemus, quæ alias observata non statim subjicit memoria. Magis illa, spero, patebit utilitas, si statim ostendam rationem, qua in his, quas promisi, commentationibus versari decreverim.

Molis parvæ initio libellus sic tamen paulatim quasi nutritus & alitus est, ut jam major sit, quam quem intra semestre illud spatium totum prælegere, & perpetua commentatione persequi liceat, quæ res alioquin uberem satis materiam, nec nimis sorte dissicilem præstare possit homini verborum & rerum non nominis pauperi. Itaque sive expecto ab auditoribus nobilissimis, uti domi diligenter legant ipsi librum, & testimonia, ad quæ provocatur, quantum potest, ipsi considerent, adseruntque adeo ad præsectiones nostras jam aliquam eorum, quæ hic traduntur, notitiam. Tum ego, si qua videbuntur non satis accurata, eum si-

de

XXIV JO. MATT.GESNERI PROLUS.

de & ea humanitate, quæ decet nostras literas, monebo. Loca studiose indicabo tum auctorum veterum, quæ velut classica vide. buntur, tum recentiorum hominum . a quibus putamus unamquamque partem feliciter tractatam. Juvabit nos hac in re vicinia bibliothecæ Bulouvianæ, e qua facile depromi ostendique nobilissimis commilitonibus poterunt, quæ privatæ nostræ bibliotheculæ foruli non capiunt. Quæ deesse videbuntur. necessaria cognitu, supplebimus. Princeps autem nostra opera, propter quam maxime totum hoc confilium cepimus, in eo ponetur, ut diligenter, & quantum licebit, indicemus. quorsum prodesse unius cujusque antiquæ rei. quam trademus, cognitio queat, qua quidem ratione magna vis locorum alias obscurorum clara luce perfundetur, & via aperietur ad multa, quæ abstrusiora sunt in libris optimis, tanto selicius pervestiganda. Denique, quam peculiari libello publice proposito sub initium ipsum professionis hujus commendavi, interro. gandi utilitatem, illius hic quoque vos ad. meneo, commilitones optimi. Non ego illum me puto, qui interrogationibus quibuscumque satisfacere possim; nec ignoro, quo proverbio majores nostri usi sint, quod deterrere aliquem a concedenda temere omnibus interrogandi se facultate possit. Sed qui discendi amore interrogabunt, hos enim solos quam humanissime possum invito, iis vel e vesti-gio, vel post aliquod inquirendi spatium, si minus eruditionis copiam, certe ingenuam ignorantiæ fatendæ modestiam, approbabo. P.P. Gotting. prid.Kal.April.MDCCXXXX.



RITUUM,

OUI OIIM APUD

ROMANOS

OBTINUERUNT, SUCCINCTA EXPLICATIO.

SECTIO PRIMA.

De variis divisionibus & Ordinibus Populi ROMANI, Ejusdemque Comitiis.

CAPUT PRIMUM

De origine Uthis Rome, & divisione Rom manorum in Tribus & Curias.



Ntiquitates Romanas noscituro operæ pretium est breviter ipfius urbis Romæ originem altius paullo repetere: quam juxta vulgarem, & quæ apud plerosque hactenus obtinuit, opinionem explicabimus, de ipsa rei veritate non anxie nimis sole

liciti : quia id tantum agimus , ut Latini feriptores penitius ab harum litterarum ftu-A dioz'

diosis intelligantur: nec compendii brevitas eam disquisitionem patitur. Sed commodiore loco de paulo latius de hac re agimus in prolegomenis ad Compendium bistoriæ Romanæ, quæ videri posenti

S. I. De prima urbis origine.

Nihil in antiquiorum apud Gracos temporum historia celebratius est, quam excidium Troje; de quo præter infinitos alios auctores, fcripferunt duo poetarum principes, flomerus, & Virgilius. Hac urbe a Græcis capta Eneas, Anchise & Veneris, ut fingitur, filius, ((a) regio certe genere ortus), post varios errores oraculi monitu in regionem Italie, quæ Latium dicebatur, appulit, (b) ductaque ibi Lavinia, Latini regis filia, Lavinium urbem ex uxoris nomine condidit. Aneæ hujus ex priore uxore Creusa filius Ascanius a noverca disfidens post triginta annos Albari longam exftruxit: ubi ei in regno succesfit Sylvius Postumus, Eneæ ex Lavinia filius, (c) a quo omnes deinceps Albani reges Sylvii funt cognominati; quorum feriem vide apud Liv. 1. c. 3. & apud Dionys. Halic. l. 1. c.70. feqq. Duodecimus a Postumo Procas duos reliquit filios, quorum minor natu Amulius fratrem majorem Numitorem per vim Paterno honore privavit : utque regnum scelere partum sibi posterisque suis servaret Egestum Numitoris filium inter venandum interfecit, (d) filiam vero Numitoris Iliam, five Rheam Sylviam, ut se Vefte cultui consecraret, coepit: specie quidem honoris; revera autem, ne ullam prolem ederet, quia illius Deæ facerdotes in perpetuum viris se abstinere debebant. At Ilia a viro aliquo militari . (quem, quia, Dens AU-

ex Valer. Anciate, & paulo aliter Liv. l. 3.
(P) Dien Hal. 1. 76.

⁽a) Virg, En. 1. 319. & atiel fapifime (b) Vid. Dion. Hal. & Tit. Liv. initis biforiar. fus. rum. (A. ance C. N. 180. us vulgo numeranus: at immortalis vir memoria If. Nevvtonus Troje extidium accidiffe flatuit a. 504. ante C. N. gui fuerit 76. pet Salomowils regis obitum.)

(c) Dion. Hal. 1.6.700 fext. Aur. Viff. de cr. gent. Romp.

⁽c) Liv. 1. 4.

(c) Liv. 1. 4.

(f) Vid. ingens fragin. de expositions Romali ex Q. Fabio Pittore ap. Dion. Hal. I. 79.

(g) Ovid. Fast. III. 37. S. Aur. Vin. de orig. gent. Rom.

Plus. Quest. Rom. num. 21.

Plus. Quest. Rom. Enid III. III.

⁽f. Liv. 4.). (h) Vid. Plaur. Epid. III. III. 21. (h) Dion. Hal. I. 25. (I) In. 85. feq. Liv. 8. 7. (m) \$. 10. Inft. de re. divif.

que a nomine suo Romam dixit. (*) Condita est urbs, juxta Petavium, Rationar. tempor. par. Il. lib. III. cap. 2. anno mundi 3231. qui fuit Periodi Juliana 2061. ante Christum natum a. 75%. (ita ut hodie a die Palilium, five ab XI. Kal. Maji 1722. incipiat annus urbis conditæ 2475.) Olympiadis VI. anno tertio; post Trojam eversam a. 411. cum in Judea pius rex Jotham quintum jam annum regnum obtineret : juxta alios vero uno anno serius. (n) Eo tempore Romulus ætatis annum decimum octavum agebat . (*) Dies quo urbs condita est, fuit XI. Kal. Maji, (0) qui dies Palilia, a Pale pastorum Dea, cui tum facra fiebant, dicebatur; & postea semper sestus fuit habitus (p). Urbe ita condita, cum Romulus de forma regiminis ad populum retulisset, communi omnium confensu regnum ei est delatum, captisque prius rite auspiciis rex fuit renunciatus; quod deinde semper servatum est (q), ne quid publice, nisi captis auspiciis, gereretur.

Ut vero multitudinem civium augeret Romulus. inter Palatinum & Capitolinum montem asylum aperuit (r), quod patebat fervis fugitivis, oberatis. & maleficis (f): dicebatur autem asylum ab a privativo, & verbo συλάω, h. e. spolio; quia aliquem ibi spoliare, vel inde detrahere nefas

erat ().

S. II.

^(*) De arcane urbis hujus nomine vid. Serv. ad En. I. 177. O 281. O Falfters Amoenis. philolog. part. Il. pag. 136.

⁽a) Vid. Pig. Ann. Rom. som. I. pars. 11. Scalig. de emend. somp. lib.V.p. 385, ed. Gosov. 1629. (Petav. Rat. temp. pars. II. lib. II. cap. 10. & imprimis Dion. Hal. I. 74. fequ ubi multis probat, annom primum VII. Olymp, nata-lem fuisse Roma. Osso diverse de Romana era opiniones examinantur in momoriis litterariis acad. Paris. tom. IV. eximinantur in memoriis literariis acad. Parif. 12m. IV. aut verius 12m. III. part. 54. feqq. At cl. Neuvieno urbs sendita videtur a. poft. sapram Trojam 377. ante C. N. 619. 72. gnante in Judea Jofa pio.)

(*) (Dionys. Hat. II. 56. f.)

(0) Plut. Remul. p. m. 23. E.

(p) Propert. IV. 4. 73.

(q) Dion. Hal. II. 6. Cic. de Divin. I. 15.

(1) Virg. Ene. VIII. 341. Juven. VIII. 272. (Ruod ciam colligitur ex Tacit. Ann. III. 60.

(t) Vid. Serv. ad Virg. En._II. 760.

6. II. De ulteriore urbis incremento:

Verum cum etiam sic penuria mulierum res Romana hominis dumtaxat ætatem duratura videretur, (u) nec finitimi filias fuas Romanis, (collectitiæ quippe undique hominum turbæ), elocare vellent, eos cum filiabus suis (x) & fororibus ad spectaculum equestre in honorem Dei Consi. five Neptuni celebrandum invitavit Romulus; &, ut quisque civium suorum uxorem fibi ex constituto inde raperet, justit. Ab hac injuria bellum cum istis gentibus est ortum; & primum quidem cum Caninensis, qui a Romulo victi, & salu-berrimo conúlio, (quo etiam semper sere dein-ceps Romani sunt usi (y), quodque inter praci-puas caussas incrementi bujus tanti imperii venseri debes (2)) non deleti, fed in civitatem recepti funt; ut etiam (a) mox Antemnates, & his potentiores (suflumins . At ultimum, ob hanc caussam, & gravissimum bellum suit cum Sabinis, qui proditione Tarpeje virginis, (sed vide, que de veritate an fassitate hujus marrationis diximus in Hift. reip. Rom. lib. I. cap. 1. S. 4.) arce Romanorum in monte Tarpejo potiti media in urbe prælium cum iis committebant, cum raptarum, (quæ jam maritis suis erant conciliatæ), intercessione par non tantum, sed & archistimum fordus inter duos hos populos factum est, ita ut Sabini quotquot vellent Romam migrarent (b); urbs a Romulo pristino nomine (c) Roma; cives vero Quirises dicerentur, vel a Curibus, Sabinorum oppido; vel quod curis (a) Sabinorum lin-gua bastam, (forestudenis symbolum s, sut quod præcipuum telorum olim effet , vide Virg. En. XII. 95.) denotet: Sabinorum autem rex T. Tasius zquato cum Romulo imperio regnaret. * s. III.

⁽u) Liv. I. 9. Dien Hal. II. 39. Flor. I. 1. 9. 10. (x) Ovi. de arte. amand. 1. 101. (y) Vid. Plut. Romul. p. 27. A. (2) Gie. pro Balbo, I. 13. (2) Gie. pro Balbo, I. 13. (2) Dion. Hal. II. 35. (b) Dion. Hal. II. 46. (c) Plut. Romul. p. 30. A. (d) Dion. Hal. II. 48. (Ex 1. edit. addo Ovid. Faftyr.

⁽d.) Diom. trait. Ite 40. (Ex. 1. curs. mous de la 477.)
(*) De magnitudine tam urbis, quam civitatis Romana git Liphus Angulari libre. Et 1. B. Cafalius de splendore Romani imperii. Adde Stat. Silv. IV. 11.)

6. III. De tribubus ...

Pofiquam autem rex effet constitutus Romulus, universum, quem possidebat, (1) agrum in tres. partes divisit; quarum una ministeriis sacrorum, & templis exstruendis inserviret; altera usibus publicis, ut foris & basilicis; tertia denique usibus privatis refervaretur. Hæc postrema rursus in. triginta partes æquales pro numero triginta curiarum fuit divisa. Nam omnem populum Romulus. in tres partes distribuerat; quæ vel a tributo dando (f); vel a numero rernario (g); vel denique (quod verissimum est), a Græca voce τρίπε,) quæ apud Athenienses tertiam tribus partem notavit), tribus sunt dista (h): easque singulas iterum divisit in decem curias; de quibus mox paullo latius. Unicuique tribui a Romulo serbunus præfectus dicitur (i); quod tamen posterioribus temporibus non obtinuit, nisi hoc prius de tribuno militari intelligas. Erat autem hæc divisio apta ad delectum militarem habendum; nam ex qua. que tribu primo illo tempore mille legebantur pedites, (unde etiam miles est dictus a mile pro mille (k), quia veteres consonas in medio vocis non geminabant), & centum equites; ex quibus, prima legia Romana constitit.

Post pacem, de qua diximus, cum Sabinis ini. tam , licet plurimum aucta (1) civitate , (præfertim, cum multi, qui ex Latio & Etruria Romulo auxilio venerant, in urbe restitissent), idem tamen tribuum numerus mansit, sed nomina tuna demum fortitæ funt, ita, ut prima diceretur Ramnensium a Romulo, ut volunt (m), in quam omnes Romani, & postea a Tullo Hostilio rege etiam. Albani conjecti funt : (Varro & Propert, IV. 1, 31. hujus tribus cives Ramnes vocant: ut etiam. Horatius, Art. poet. V. 342. Liu. X, 6. ubi vid. Gro. nov.

⁽c) Dion. Hal. II. 7.
(f) Afcon. ad aff. in. Verr. I. 5.
(g) Plus. Rome. p. 31. B. Anfon. Grypbe. X. 79.
(h) Grav. Pref. in. 10m. I. Ant. Rom., Vol. Etymolog. hac.vac.
(i) Vide Dion. Hal. I. proz. d.
(K) Vide Ifal. Orig. IX. 13. & Varr. da lingu. Lat. IV.
23. ad. Derdrecht.
(1) Vid. Plus. Romul. p. 33. A.
(m) Vid. Welrz. ad Pervigil. Ven. 72. of Acron. ad Horate. de art. 20et. 192. Varr. da lingu. Lat. IV. 9.

nev. Es Varro dicit, omnia illa vocabula Tusca fuife; ita ut fruftra, vel certe fine opera pretio iis explicandis infudetur : fecunda Tatiengum , 2 T. Tatio Sabinorum rege, in qua Sabini omnes ; tertia denique Lucerum, dicta vel a Lucumone Etrusco, qui Romulo adversus Sabinos suppetias tulerat; vel a luco, in quo asylum Romulus aperuerat: & in hanc tribum omnes peregrini, qui tum erant, & qui postea ante novam tribuum di-visionem a Tulio institutam ex vistis gentibus acsefferunt, funt relation

Procedentibus temporibus, cum quotidie res Romana augeretur, primus Tarquinius Priscus (n) quintus Romanorum rex numerum tribuum duplicavit (0), retentis tamen iisdem nominibus; ita, ut dicerentur primi Ramnenses, & secundi Ramnenses, & sic porro. Servius vero Tullius rex Romanorum fextus, cum Lucerum præcipue tribus immensum augeretur, totam hanc rationem mutavit, & universam urbem in quatuor, agrum vero Romanum in quindecim, vel septemdecim, (variant enim auctores) (p), portiones divifit, quarum quædam dicebantur tribus urbane, quædam ruflice ; ita ut illæ tribus , quæ ex Romuli institutione distincts erant juxta genera hominum, distinxerit juxta loca habitationis, sive quot * .* Tur yerinar fecerit Tominds. Vid. Sigon. de ant. jure eiv. Rom. I.z. Urbanæ tribus fuerunt (4) Subura. na, (quæ & Sucufana dicebatur (*), Esquilina, Collina, & Palatina, a locis ita denominatæ (r) in quas initio omnes nobiliores homines conjecti funt. Sed hi, postquam Fabine censor a. u. 450. omnem turbam forensem in eas conjectiffet (1), & postea iis accessissent etiam libertini, in russicas tribus sunt relati (s), ideoque probrosum suit 2 censoribus ex rustica pribu in urbanam transferri: postea. A 4

⁽n) Vide Feßt voc. Sox. Veße Sacerdotes. (o) Vid. Manus. de comit. Rom. c. 2- tom. I. Thes. Ant. Rom. Grev. n. 481. D.

⁽P) Vid. Dien. Hal. IV. 15. (*) Maline feripfiffet : atque .

⁽a) Vid. omn. Sigon. de aus., jur. siv. Rom. l. 3.
(*) Varro de lingu. Las. p. m. 15. Gr. Sertorius. de neti Romanor. b. u.)
(1) Vid. On. Panvin. de civis. Rom. cap. 48. edit. Grav.
(1) Niv. IX. 46.

⁽t) Vid. Afcon. ad Cice pra Mil. 19. Epite Liv. XX.

postea vero A. U. soa. Ti. Gracchus censor omnes, qui servitutem serviissent, & quibus quinquennio major filius, prædiave rustica pluris XXX. M. HS. non effent, in unam tribum Esquilinam conjecit, Liv. XLV. 15. (11). Rusticæ tribus vel a locis, vel a gentibus funt denominatæ; a locis. ut Romilia, (x) Crustumina, &c. a gente, ut Fabia, Horatia, & fic porro (y). Nomen autem tribus fæpe tamquam agnomen reliquis nominibus additur; ut C. Septimus T. F. Quirina, M. Oppius M. F. Terentina. Coelius ad Cic. Famil. VIII. 7. & sepissime in Inscriptionibus. Instituit præterea Servius Tribuum, vel Vicorum præfectos (2). qui nomina, fexum, ætatem, opes &c. tribulium fuorum fcire debebant ; vettuitque quemquam ex tribu fua demigrare . Postea diversis temporibus aliæ adhuc tribus additæ funt, ita ut tandem triginta quinque numero effent, a locis pleræque diche, ut Stellatina, Pomprina, &c. (vid. Panvin. de civ. Rom. c. 1. tom. I. Grav.) Post bellum Marsicum tota Italia civitate donata, octo vel decem etiam aliæ tribus sunt adjectæ (a), verum paullo post ad pristinum numerum sunt redacta (b). Atque hæ funt triginta quinque illæ tribus. in quarum aliqua quisque civis Romanus, sive intra, sive extra urbem degeret, censeri debebat. Manumissi tamen tribum, sive jus susfragii non flatim accipiebant: hoc enim non nisi a populo olim, & postea a Principe concedebatur. Tem. pore autem Pandeclarum hoc jus emebatur: unde legimus patronos aliquando justifie, ut hæredes sui tribum libertis suis emerent. L. 21. pr. D. de legat. 3.

6. IV. De curiis.

Diximus a Romulo fingulas tribus in decem curias fuiffe divifas, quibus a raptis Sabinis nomina fuiffe indita quidam volunt (c); fed cum ea (ma-

⁽u) Ptim. Hiftor. m.st. XVIII. 3.
(x) Verr. de ling. Lat. IV. 9.
(y) Inferipr. ap. On. Panuim. de rep. Rom. s. 49.
(z) Diom. Hal. IV. 14. Feqs.
(a) Vid. App. Alex. Civ. I. p. 641. edit. Tolt.
(b) Vid. Gruch. de comis. Rom. I. 4.
(c) Liv I. 3. Alizer Diom. Hal. IR. 47. ex Verr. G.
Ples. Romulo p. m. 30. Vid. Fam. Nardimi Romam. vet. II.
8. 1006. IV. Grav. m. 041. 2. 100 IV. Grev. M. 942.

(maximam faltem partem) ad nos non pervene. rint, incerta hæc funt: dictæ autem curie iuxta quosdam a curando, scilicet sacra; quæque enim euria sacra quædam sibi peculiaria habebat, quæ a Curione, (iscuriæ præerat) (d) curabantur. Un. de curiæ fimiles fere erant parœciis vel parochiis. ut corrupte hodie dicuntur. Vid. Fam. Nardi-nam, Roma vet. libr. II. tom. IV. Grav. Omnibus vero Curionibus præerat, qui Curio maximus dicebatur. Vel forte ita funt dictæ, quod rem publicam eurarent, hoc enim primis illis temporibus comitiis curiatis (de quibus fuo loco) faciebant eurie; unde etiam locus, ubi senatus Roma habebatur, curia est dictus: vel denique, & hocverius est. a Græco x píx (e), quemadmodum Atheniensibus dicebatur tota populi concio legitime convocata ad vetandum, jubendumve, quode re publica esse censebat. In curiarum aliquam descripti erant omnes cives in urbe vel in agro Romano degentes; coloni enim & municipes fuas quasdam peculiares (f) curias in coloniis & municipiis habebant. Numerus triginta curiarum femper mansit, licet postea tribuum numerus augeretur'...*

U Ħ. P

De Senatoribus.

6.1. De Inflitutione & numero Senatorum .

Regnum adeptus Romulus tres ordines populi Romani fecit. Et primum quidem cos, qui virtute, ætate, genere, vel opibus excellebant, a reliquis fecrevit, (a) eosque (*) patricios dixit, cujus appellationis variæ traduntur rationes. Quidam patricios fuisse dicunt eos tantum, qui a primis pa-

⁽d) Vid. Plaut. Astul. I. 11. 19.
(c) Vid. Grav. Praf. 10m. I. Antiquis.
(f) Vid. Gravh. ad poster. Sign. Assp. refus. 8.5.
(*) Euse de tribub. agitur in Memoriis litterariis academic Paristens, 20. II. p. 91. seqq. it. 20m. V. a p 88. ad 190.)

⁽a) Dion, Halic. II. %. (*) (Quem samen contra se citat. Namque is cum Livio &. 8. f. Patres cos ais fuiffe diffes , progeniemque cosum parricies -

tribus., five fenatoribus erant: orti: alii propterea: patricios eos appellatos ajunt, quod foli: patremciere, sive nominare possent, quasi alii essent sugitivi, vel fervi, neque fuos patres ingenuos nominare possent (b) Sed verius est, (justa Vossum Etymolog. voc. patricii,) duas posteriores sylla-bas in voce patricius esse tantum patris vocis productiones; quemadmodum ab adilis fit adilicius ... a novus, novicius, &c. Ex his porro patriciis Romulus justit (c) ut singulæ tribus ternos, quos. maxime probassent, viros legerent; & idem etiam; fingulis curiis mandavit: tum his nonaginta novem viris unum quem iple maxime idoneum judicasset, adjecit, cui rerum urbanarum curam: committeret, quoties ipse exercitum extra fines. agri Romani ducturus effet: & hi centum viri fenatores & patres honoris, benevolentiæ (d), & zetatis caufa funt dicti (e). Et fic hodie (ut majoris lucis causa hoc addamus), in Anglia dicuntur. Aldermanni, Hamburgi die Oberalten. qui quinque parœciarum nomine reliquis fenatoribus. adjuncti sunt. Hinc etiam est Gallorum hodierna. vox seigneur. quasi seniorem dicas: & in patrix. metropoli Dordrecheo senatores Oud-raaden. dicuntur. Etiam Christianis presbyteri sunt sacrorum ministri : & Voffius de vieits ferm. 11. 8. putat Belgice Graven dici comites a graquw, canus: nam; olim graviones illi judices tantum fuerunt . Et hæc obiter adjecta funto. Possunt etiam dicti suisse patres, quia revera nullos alios in senatum legerit Romulus , nisi qui patres (*) essent , cum tales majorem reis publica curam gesturos esse : cenferi debeat ...

Paulo post urbem conditam Romanis & Sabinis: societate junctis, ex his etiam centum curiarum. suffragio in senatum lecti sunt : (f) Tullus quidem Hostilius tertius Romanorum rex senatorum numerum non auxit, Jed Albanis Romam tradudis, & nobilissimis corum familiis, (quales fue-

⁽b) Plute Romal p. 24. D. Peftus voc-patricius ..

⁽c) Dion. Halic. II. 12. (d.) Plus: Rom. p. 24. E. Sall. Catil. 6.. (c.) Flor L. 1. (*) Quod clare Agnifican Liv. l. s.);

Cf) Dion. Hal. 11. 47.

mnt Juliæ, Serviliæ, Quincliæ, cet. (g) inter patritios adicitis senatum supplevit: (b) Tarquinius vero Prifcus, qui homo novus & peregrinz originis erat, potestati suæ sirmandæ (i) centum ex præstantissimis plebeiis inter patritios, & inde inter fenatores retulit (**), factionem band dubiam regis, cujus beneficio in curiam venerant (k): ita ut trecenti jam numero essent. Hi pofiremi senatores tunc quidem dicti sunt minorum gentium : nam aliis senatoribus a Bruto allectis tractu temporis majorum gensium dici coeperunt; itaque conciliandus est Tacitus, Annalium XI. 25. cum Livio I. 25. Junius enim Brutus, (vel, nixtaalios , P. Valerius Poplicola) cum Tarquinius Superbus patricium & senatorium ordinem cadibus exhaulisset, (nam qui justo majorem potestatem cupiunt, ejulmodi concilia abolere conantur. us præterito fæcu o in Francia factum, in Anglia tenratum fuit), pracipuis ex equestri ordine inter pares conscripsis senatum supplevit (1); unde paerum conscriptorum appellationem, (quæ deinosps: follemnis fuit, ut nempe in senatum vocarentui, qui patres, quive conscripti essent), ortam suisse multi volunt: Panvinius vero (de civit. Rom. o. 9. ex 1. edit.) omnes post Romuli primam lectionem affumtos patres conscriptos fuiffe dictos afferit . G. Gracebus tribunus plebis a. u. 631. trecentos ex equitibus in fenatum allegisse a Plutarcho dicitur; (m) at verius est, eum talem aliquam legem quidem tuliffe, fed non pertuliffe. Vid. Sigon. de ans. jar. civ. Rom. II. 2. (n) A. 11. 622. M. Livius Drufus tribunus plebis de trecentis equitibus in fenatum legendis legem tulit. (60); verum ea, æque ac aliæ omnes ab eoderne latæ, statim eo ceso abrogata est. Sullam dica-A. 6

⁽g) Liv. I. 30. (h) Vid. Dien. Hal. 711. 29.

⁽i) thid. 67. (**) Malim; centum in parres legis, cum Livio,

^(**) Malim; centum in patres legie, cum Livio, (K) Liv. ll. 35. (in) Hel. V. 13. (ii) In ejus vita p. m. 817. qui locus tamen alirer explicari possissimmpe, us ex equitibus, 300, judices legeris Gracesbus, qui saud cum 200 fenatoribus omnes causas judicare: posses.

n) Vid. Pigh. Annal. ad a: v. 631. (0). Appian: Alexand. civil. I. P. 610. edit. Toff.

florem senatum auxisse certum est ((p), sed quot fenatores adjecerit, incertum: hoc constat, post Sullam ultra quadringentos fuisse (q). Tempore vero Julii Cæsaris & per insecutas turbas triumvirorum multis indignis, (facile patientibus triumviris, ut ita eorum tyrannis etiam magis firmaretur), in senatum se ingerentibus, numerus senatorum vel ad mille excrevit : ideoque ab Augusto (r), postquam rerum potitus est, ad pristinum numerum fexcentorum debuit redigi. Et hæc de numero & institutione senatorum dicta sunto.

6. II. De Lectione senatus .

Lestus fuit senatus primo quidem, uti vidimus, ab ipsis regibus, iisque pulsis, a consulibus. Nam, ficet ex verbis liceronis, pre Sentio c. 765. (deli-gerentur autemin id confilium ab universo populo) videri possit, ante censores creatos, senatores nominante consule a populo suisse cooptatos, reclius tamen & Hossomannus & Cl. Gravius apud Ciceronem pro ab legunt ex. Quod non videtur observasse Vertotius in Ep. ad Ill. Stanhodium de difficultatibus quibusdam circa constitutionem senatus Rom. p. 20. donec a u. 210. cenfores crearentur. quibus id munus peculiariter fuit demandatum: & semel tantum libera republica dictator senatui legendo creatus legitur, post cladem scilicet Cannensem, N. Fabius Buteo (s). Sub imperatoribus triumviri senatui legendo creati sunt (t). Cujus senatoris nomen a censore senatum legente primum recitabatur, ille erat & dicebatur priacepe fenatus; isque olim quidem fuit, qui primus cenfor ex iis, qui viverent, fuisset. Sed posta. u. 544 quem censor dignissimum censuisset, eum senatus principem legebat (u). Licet autem hæc dignitas nec imperium, nec potestatem conferret, tamen amplissima omnino habebatur, quia scilicet nemo.

⁽p) ld. p 650. G 628. (q) Vid. ad Cic. Ar. 1. 13. (r) Sver. Aug. 35. (s) Eiv. XXIII. 23. (In mais exempl. legisur M. Fa-Sius Brtes: folus autem Sigenius malebas N.).
(t) Svet. Aug. 37.
(u) Liv. XXVII. L.

mo; nisi vita innocentissime) asla, eo adspirare poterat, unde honoris causa sæpe aliquis inde designatur (x): ac sere, qui semel princeps senatus lestus sucrat, sequentissus lestionibus eam dispitatem retinebat (y): eaque dignitas principatus dicitur (z): & hinc postea ipse imp. princeps suit dictus; que von proprie tantum ordinem no-

tat , non potestatem .

Singulis lustris senatus ab alterutro censore recensebatur; & si quis moribus esset amplissimo ordine minus dignis, vel censum minuisset senaturorium (a), in recitatione catalogi senatorii nomen ejus sisentio prætermittebatur; ita tamen, ut præteritioni- causa adderetur. Vide Val. Max. II. 9. n. 2. 3. 4. 5. atque eo ipso, nulla alia nota adscripta senatu mosus habebatur, hoc est, senaturor porronon eras. Senaturamen moti infames non erant, nisi infami judicio, vel de ambitu damnati essent, Dio Cassus XXXVI. p. 8. seq. ed. regia 1548. ita ut etiam in judices legi possent, Cic. pra Cluens. 6. 42. seq. Porro lege Cassia cautum suit quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu nec esset. Ascon. ad Corn. 1. p. 969. ed Grav. *)

S. III. Requisita, ut quis senator esse posset.

In senatoribus legendis hæc quinque potissimum spectabantur, genus, ordo, census, atas, & magifiratus. Primo, antiquissimis temporibus solis patriciis aditus in senatum patuit; adeo ut illi, qui a Tarquinio Prisco (b) & deinde a Junio Bruto ex plebe suerunt allecti, prius inter patricios cooptari debuerint (c); & circa tempora decemvirorum, sive circa a. u. 302. plebeji directo in senatum admissi videntur (d). Secundo, quod ad ordinem, servatum est, ut ex equestri maxime ordi-

⁽x) Cic. pro Rabir. 7. Id. Phil. FIII. 40. (y) Liv. XXXIX- 51.

⁽y) Liv. XXXIX- 52. (z) Cic. fragm. or. pro Scaure. Vid. Onupbr. Panvin.

Faft. 1. 5.

(a) Cie. Ram. XIII. 52.

(*) (Sub finem Oras. pro C. Cernelio.)

(b) Dion. Hai. III. 67.

(c) Id. V. 13.

⁽d) Vid. emm. Sigon. de jure ant. civ. Rem. II. 1.

ordine fenatores legerentin; unde equestris ordo seminarium senatus (e) appellatus fuit : sed hoc tamen perpetuum non fuit; Appius enim Claudius cenfor etiam libertinorum filios in fenatum legisse traditur (f). Tertio etiam ratio fuit habita censpectatus fuiffe videtur (g); fed florente republica fuit 800. HS. five 800000. nummorum festertiorum, qui faciunt nostra moneta 20000. Philippaorum; vel, ut alii, imperialium: verum Au-Hs. hoc est, 30000. Philippeorum, vel Imperialium; juxta Dionem vero Cassium, lib.LIX. 1000. HS. Nempe Svetonius loco in margine citato pofuit censum, quem primum invenit Augustus ad rempi accedens; & quem reliquit moriens. Diovero talem posuit, ut primum post bellum civile constitutus suerat; & ut deinde primo suerat auclus. Quarto, atatis quoque habitam fuisse rationem certum est (i): sed quæ ea sucrit, non satis constat: verum cum, ut Quinto loco innuimus ... ex iis fere tantum, qui jam magistratum aliquem gestissent (k), lecti sint, primusque qui in urbe caperetur, magistratus suerit quæstura, (nempe: ex muneribus honoratioribus; nam vigintiviratum, e. g. etiam juniores capiebant), consequens est neminem ante quæstoriam ætatem senatorem sieri potuisse (1): ea autem probabiliter suit aunus atatis vicesimus quintus (m), ut infra dicemus. Licet autem aliquis magistratum gessisset, propter-ea tamen continuo senator non erat (n), nis a. censoribus in senatum effet lectus; sed equites, qui curulem magistratum gesserant, licet senatores: proprie non essent, tamen jus sust ragii in senatu:

ha-

⁽c) Liv. XXXXII: 61.

(f) Id. IX. 46. Suct. Claud. c. 14. (Qua in re: proauflorment generis fut fe fequi, falfo difficavit Claudius Cafar. Sweet. ib.). (Appli leftienem tamen per vim G ignominiose fastam. wereque authore apparet. F. R.)

(g) Plin. Hist. nat. pref. lib. XIV.

(h) Suct. Aux. c. 41.

⁽h) Svet. Aug. c. 41.

⁽¹⁾ Tacit. XV. 28.

(K) Vid. Sigon. de ant. jur. civ. Rem. II. 2.

(1) Vid. Zamofc. de fenat. Rom. I. 8.

(m) Vid. omn. Dion. Lll. pag. 121. ed. reg. (Quinfl. XIII et imperius Lipfl Efcurf. D. ad Tacit. Annal, III. 29.

(n), Gell. Ill. 19. (Cie. in Verr. II. 51. pr..

Rabebant; ita, ut ipfi quidem sententiam non dicerent, fed ut pedibus in alionum fententiam itent : (qui mos hodieque a Cardinalibus in eligendo l'apa servatur, vid. Amelott. ad Tacir. Annal. VI.
12.) unde hi senatores Pedarii sunt dicti (0). Verum, ut hoc addam, probabilis fatis videtur Manutii opinio, qui vult (de sen. Rom. c. 1.) quæstores, tribunos, & ædiles plebis, quamdiu magistratum gererent, aditum in senatum habuisle; curules vero magistratus semper; immo hos in legendo senatu a censoribus, nisi sontica causa. ester præteriri non potuisse.

S.IV. Infignie fematorum.

Insignta senatorum fuerunt, Primus lasus clavus, five tunica laticlavia (p) (xirus wharves pus) hoceth, cui linea purpurea oblonga & quadrata inflar fasciæ erat adsuta (q), quæ fascia clavus dicebatur: latus autem, quia equites angustiorem habe-bant; de quo suo loco: Secundo calcei nigri (r) ad medium usque crus subducti, (hinc: proverbium : calceos mutare, de quo vide Erasmi Chil.) Tertio, lunula argentea, five figura numeri centenarii in calceis (5), quod scilicet primi senatores centum numero fuiffent : Quarto , locus Separatus in spetiaculis proxime podium, vel arenam; qui locus dicebatun orchestra, unde hæc vox aliquando pro ipso senatu ponitur (1), quæ proprie quidem significat locum, ubi bistriones saltabane; (ab. έρχεμαι, falte, juxta quem proxime senatores sedebant; verum a theatro etiam ad alia spectacula hæc vox translata fuit...

§- V. De ratione babendi senatum ..

Ins. convocandi, fenatum, habebant: olim, quidem: re-

⁽o) Id. d. l. (At ipfe Gellius, eam opinionem reprobat s, alianque viriorem proponie: quam ibi velim legat.)
(p) Ovid. Trift. IV. 10. 35.
(q) Vid. Grev. Pref. tem. VI. Ant. Rom...
11) Horat. Seem. I. VI. 27.

^() Juven. VII. 192. (t) Id. III. 178.

reges, regibusque pulsis consules, dictatores, ma giftri equitum (u), prætores, tribuni plebis, præfecti urbis; & qui extra ordinem reipublicæ præfuerunt, decemviri legibus scribendis, tribuni mi-litum confulari potestate, & triumviri reipublicæ constituendæ: de præsecto urbis Latinarum causa dubitatum suit, quum ea ætate sieret, quæ fenatoria non effet (x); verius tamen videtur eum senatum cogere potuisse. Observandum autem est, minorem magistratum non potuisse habere senatum, nisi absente majore, ut Cornutus prætor urbanus absentibus consulibus senatum habet more majorum, Cic. Famil. X. hoc etiam non nisi in re nova sieri poterat ib. VII. 28. quod tamen non obtinuit in tribunis plebis, qui etiam invito consule senatum vocabant, ut colligi potest ex Cicerone, de orator. lib. III. in init. Convocabatur autem senatus vel in quo caufa convocationis addi folebat. edicto, in quo causa convocationis addi solebat, vid. Tac. Annal. II. 28. f. vel per præconem (v); & fi quis fenator non adeffet, pignoris captione multabatur (2). Haberi non poruit se-natus nisi in semplo, hoc est, in loco ab auguribus consecrato (a); unde in curiis Hostilia, Julia, Pompeja, templa constituta sunt: verum etiam fape in templis vulgo ita diclis habebatur (b), ut in templo Honoris, Apollinis (c), Concordia, (d) cet. Et hinc templum Vesta non suit augurio consecratum, ne illuc conveniret senatus. ubi erant virgines (e). Legatis autem, quos in urbem admittere nolebant, & magistratibus, qui ad urbem erant, senatus in æde Bellonæ extra urbem dabatur. Liv. XXXI. 47. XXXIII. 22. & 24. cet. Festus, voc. senacula.

Legitimum tempus habendo senatum erant Ka. iendæ, Nonæ, & Idus enjusque mensis: sed, si

⁽u) Liv. VIII. 33. Dio l. XXXXII. pag. 197. ed. Lat. (x) Gell. XIV. 8.

⁽x) Gell. XIV. 5.
(y) Vid. Zamofc. de fenat. Rom. II. 4. Juven. IV. 75.
(z) Cic. Phil. I. 5. Liv. III. 38.
(a) Gell. XIV. 7.
(b) Liv. XXXVII. 52. Salluft. Catil. 47.
(c) Calius ad Cic. Famil. VIII. 8.
(d) Salluft. Catil. 47.
(e) Serv. ad Virg. Æn. VII. 152.

necessitas urgeret, omnibus diebus haberi pote. rat: nisi comitiales effent, hoc est, quibus re ipfa comitta haberentur, non quibus haberi possent; uti abunde probat Zamoscius, de Senat. Rom. II. 7. Ex. instituto vero Augusti fingulis modo Kalendis & Idibus habebatur senatus; ita tamen, ut mense Septembri & Octobrinullos alios adesse necesse effet, quain forte ductos, per quorum numerum le. natusconsulta confici possent (.f): nam e. g. nemo legibus solvi poterat, nisi ducenti senatores adfuissent, ex lege quam tulit Cornel.tr.pl.a.u.686. (g) quod fecit Augustus specie quidem, ut molestiam muneris senatorii levaret; sed revera, quia minus expediebat ei, qui libertatem patrize suz opprefferat, frequenter adeo tam augustum procerum concilium convenire

Nullum ergo senatus consultum sieri potuit, nisi legitimus adesset senatorum numerus (b); quis veto ille fuerit, non satis constat: ante Sullam numerus centenarius suffecisse videtur; sed Augusti ætate quadringenti desiderabantur, quod tamen ipse abolevit; &, ut infra eum numerum senatus consultum fieri posset, justit (i), ut etiam ea ratione sensim senatus potentiam enervaret. Hinc autem mos inoleverat, ut qui senatus consulto intercedere vellet, diceret magistratui ad senatum

aliquid referenti, (*) Numera senatum.

Magistratus, qui senatum habiturus erat, ante curiam hostiam immolabat, & auspicabatur; (k) atque ita demum curiam intrabat. Olim fere fervabatur, ut primus fententiam rogaretur princeps fenatus (1); &, fi post (m) comitia confularia fenatus haberetur, conful defignatus: & hoc merito, ut nempe cautius & circumspe-Lius censeret, quia executio decretorum senatus facile, & plerumque se in eorum consulatum extenderet. Vid. Appian. Alex. Civ. II. 430. Celeberr. Io. Vinc. Gravin. de ortu & progr. jur. civ. l. 1. 6. 18.

⁽f) Sves. Ang. 33. (g) Afcon. argum. in Oras. I. pro Corn. (h) Vid. Liv. XXXIV. 12. (i) Die Caffius libr. LIV. f., (*) Vide Fest. bis vecib. & Brissonium de formulis.

p. 183.
(K) Vid. Svee. Jal. 81.
(1) Gell. XIV. 7.
(m) Ci6 Philipp. V. 16. Sallaft. Capil. 30.

S. 18. fere dico: nam jam olim libertatis confularis susse videtur, ut eum, quem vellet, primum rogaret (n). Tempore vero Julii Cæsaris, vel paullo ante, conful, (o) quem voluisset, primum rogabat, (modo ex confularibus (p), effet), & inde reliquos pro ordine dignitatis, (honoris enim & amicitiæ fignum hoc erat) (q), ut primum consulares, deinde prætorios, & fic porro: post ædilicios autem ordo ætatis in rogandis fententiis fervatus effe videtur (r): & aliquando honoris causa quibusdam conceffum est, ut consulari soco sententiam dicerent, licet consules numquam suissent (1). Tum etiam fervatum fuit, ut quem conful Kalen-dis Januariis primum rogasset (1), eum deinceps toto anno primum rogaret; sed postea hoc, ut alia, quoque neglexit Cæsar: & Augustus nullum ordinem servavit: prudenti consilio, ut ita parati ad dicendum venire cogerentur ("). Quod fi res maximi momenti effet, aliquando jurati fe-natores fententíam dicebant (x). Fiebant fenatufconfulta ordinarie per discessionem , hoc est , ita , ut, qui censuisset, in certam curiæ partem discederet, eumque, qui idem censerent, sequerentur; unde pedibus in alicujus sensentiam ire dicimus. pro eam ampletti (y), (& contra: discedere in: alia omnia), cujus locutionis exempla passim sunt obvia .

S. VI. De ratione referendi ad senatum.

Referre magistratus ad senatum debebat, primum de rebus divinis, tum de humanis (z): neque magistratus tantum, qui senatum habebat, ad eum referre poterat, verum omnes, quibus jus senatura convocandi competebat; unde aliquandolegimus diversa a diversis magistratibus eodem. tem-

⁽n) Liu. V. 20.
(o) Svet. Jul. 11.
(p) Vid. Cic. Fam. X. 12.
(q) Vid. cic. Fam. X. 12.
(q) Vid. cic. Bam. X. 12.
(q) Vid. cumd. post red. in § 7.
(1:) Dion. Mal. VII. 21.
(a) Cic. Phil. 1. 6.
(t) Gell. I.V. 10.
(u) Svet. Aug. 31.
(z) Liv. XXVI. 13. & ibi Gron. Id. XXX. 40. XXXXII. 21.
(y) Vid., omn., Plus. Eg. VIII. 14.
(z) Gell. XIV. 7.

rempore fuiffe relata (a). Sed conful vetare poterat, ne quid se invito ad senatum referretur: quod de tribunis plebis tamen non est intelligendum: nam illi non tantum de alia aliqua re referre poterant, & ad relationem confulis aliquid addere, vel eam mutare (b); verum etiam, si ille referre nollet, ips id facere poterant, (c) vel etiam ejus relationi intercedere (d), quod jus quoque omnibus, qui parem majoremve cum, referrente magistratu poteflatem habebant (e) competebat: potuit etiam conful videns, quo animi inclinaturi estent, antequam omnes sententiæ dictæ essent, orationem paræneticam interponere; cujus rei exemplum est quarta Casilinaria; eam enim Cicero habuit ante quam Cato sententiam dixisset. Perdita autem rep. princeps, licet consul non effet, de una, duabus, tribus rebus referre poterat; quod jus primæ, fecundæ, tertiæ relationis dicebatur. Vid. Cafaub. ad. Sues. Jul. 6, 29. Lipl. ad Tac. Annal. XV. 22. Barb. ad Gron de leg. regia, p. 48. seqq. ed. Gall, Gravinam, I. sing. de Rom. imp. p. m. 473. (f) Quod si aliquis in dicenda sententia plures res complexus effet . quisque senator dicere poterat, divide; ut scilicet de unaquaque re seorsim referretur. (*) Et magna hæc vis erat referrentis ad senatum, quod duas. res aliquando ita una rogatione comprehenderet, ut dividi vix possent. Vid. Polyb. Exc. leg. n. 129. Senatorum (g) etiam fingulorum (**) jus erat, cum de aliqua re consules retulissent. & ad se ordo dicendi pervenisset, de alia quadam re, quam e republica esse ducebant, sententiam suam addere, & petere, ut consules de ea re ad sena-

tuna

⁽a) Cic. Phil. VII. inis.
(b) Vid. Mannes ad Cic, Famili. I. I.
(c) Ibid. X. 16.
(d) Vid. Tacies, An. I. 13.
(e) Cic, de legis. III. 3. Gell. XIV. 7.
(f) Afcon. ad-Verr. III. 46.
(F) Cic. Fam. I. 2. Senec. Ep. 23. fub f. Plura datie
Biffin. de formulis, h.I., 122. fog. Adde omnime Afcon. in Mim. (g) Afcon. ad Cies pro Mil. 6. Vid exempl, apud Liv. VIII.

^(\$) Ayen. no ver pre rais ou rockempliagem livelle.

4 Ge onn Leu de vita beata, e.c. Ge ep. Il.

(**) Non adeo fingulis bot licebae., sed precipais tantum; nam junieres non rogabantur. vid. Zamose. de sen.
Rem. e.to. quamquam neque Gron. mon cirandus, bot distintil. E. R.

tum referrent, quod cenfere dicebatur (b): & hoc aliquando faciebant, ut diem dicendo eximerent ; (sic enim proprie loquebantur, (i) vel diem con-fumere. Cic. Ast. IV. 2. & in Verr. II. 39. & tollere diem, id. de legib. Iil. 18.) nam post horam decimam nova relatio in fenatu non poterat fieri (K): nec post solem occasum senatus consultum fieri poterat (1). Sententiam stantes dicebant, unde excitari dicitur Postumius apud Liv. IX. 8. cum jubetur fententiam dicere. Vid. etiam Cic. ad An. I. 13. (*) Quod si aliquis intercessisset, non sen tusconsultum, led senatus-auctoritas perscribebatur; quod etiam fiebat, fi fenatus alieno loco, aut tempore, aut numero convenisset (m). Hoc cafu de ea re ad populum referebatur; cujus rei insigne exemplum est in epistolis Cœlii ad Ciceronem, quæ exitant inter eas, quas vulgo ad familiares dicunt, libro octavo. Conful autem fententiam, quam vellet, primam pronunciare po-terat, ut in eam discessio sieret; que ipsius maxima vis in senatu erat (,), ejusque formula talis fere erat : qui boc cenfetis illuc transte; qui alia omnia, in hanc partem : rationem hanc subjicit Feflus (o): bis verbis prait, omnis videlicet caufa, ne diçat, qui non censetis; quæ ex ridicula veterum superstitione desumpta sunt. Primus autem discede. bat, qui retulisset. (p) Senatus-consulto facto, ii, in quorum sententiam factum erat, nomina sua subscribebant (q); de qua re sestive loquitur Cicero. Fam. IX. 15. & tum in ærarium condebatur (r) ubi etiam leges & alia scripta ad rempublicam pertinentia adservabantur : olim vero in ædem Cereris ædilibus custodienda dabantur (1). Locus autem, ubi tabulæ publicæ custodiuntur, tabularium

⁽h) Vid. Cic. pro Sent. c. 32. Grav. ad Svet. Jul. c. 10. -{Gron. Obs. I. 22. & Svet. Aug. c. 35. F.R. } Gell. 4. 10. (1) QuinHil. dial. de orat. 19. (1) Cic. Phil. III. 10.

(*) Congress and tranquill, anime cap. uls.
(*) Congress anime cap. uls. (1) Gis. Poll. 111. 10.

(*) Confer natulam Anna Pabri ad Hom. II. I. 58.

(m) Dio I. IV. non procul ab init, qui locus est clariff.

(n) Cic. Pam. I. 2. ubi vid. Manus. & Gron.

(0) Vid. voc. qui boe confetis; ces.

(p) Manus. ad Cic. I. d.

(q) Vid. Cic. Fam. XV. 6. Liv. XXXIX. 4.

11 The Ann. III. cr. (a) Vid. III.

⁽¹⁾ The. Ann. III. 51. (1) Lib. III. 55.

inm dicitur (1). His peractis fenatus dimittebaur ab eo, qui senatum habuerat, solemni sormua : non amplius vos moramur , patres conscripti (u). Res, de quibus ad fenatum referebatur, erant omnes qua reipublica administrationem spesiabant. præter creationem magistratuum, lationem legum, & belli vel pacis arbitrium (x), quarum rerum potestas penes populum erat. Erat itaque senatus confilium sempiternum reipublicz (*) propositum deligebantur autem in id confilium ab universo populo, aditusque in illum summum ordinem omnium civium industriæ ac virtuti patebat. Senatus reipublica custos, prases, propugnator collocatus erat; & hujus ordinis auctoritate uti magistratus, & quasi ministros gravissimi consilii ese. volucrunt majores (y). Judices etiam ex senatu legebantur inque ad legem Semproniam a. C. Sem-pronio Graccho a. u. 031. latam, qua judicia a senatu ad equestrem ordinem transfulit; que tamen poltea cum fenatu rurlus funt communicata. Denique ærarii quoque cura fuprema penes fenatum fuit (z). Ex quibus omnibus rebus patet. dignitatem fenatoriam in republica Romana fuiffe maximam; unde etiam hic ordo amplifimus ordinario cognomine dicebatur (a). Santtifimum ordinem eum vocat Cic. pro Rege Dejotare c. 3. summum populi Rom. populorumque & gentium omnium ac regum consilium, idem pro domo sua c. 28. (maximum ordinem Marssal, IV. 2.) pasrum fanctum concilium, Horatius, Od. IV. s. & curiam Cicero pro Milone, c. 33. templum Janctisatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, capus urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, cet. Sub imperatoribus fane, comitiis ad senatum translatis, hic in jura populi fuccessit. Vid. Cl. Gravinam I. fing. de Rom. Imp. §.16.seq. & ita etiam legislatoria potestas ad senatum transiit, ibid. §. 20. Et hæc de primo ordine dicla fufficiant; transeamus jam ad secundum ordinem, five equestrem.

CA-

⁽t) Cis. pro Rabir. 3. Liv. XXXXIII. 16.
(u) Capitol. in Anton. Phil. 10.
(x) Dion. Halic. IV. 20. & VI. 66.
(*) An voluis: prapofitum? & mox: ex universo populo?
(y) Vid. Cis. pro Sext. 6. & de fingulorum ordiname officist & pereface vid. omn. Polyb. VI. 13. sage (2) Polyb. VI. 11. (4) Leg. 30. Pr. Relad (C. Vellej.

CAPUT III.

De Ordine Equestri.

S. I. De origine ordinis equeficis .

Pomidus, cum populum Romanum in tres tribus dividifet, ex quaque tribu centum juvenes genere, opibus, reliquisque dotibus præstantiffimos legit, qui equo mererent, quorumque ope. ra ad custodiam corporis sui uteretur. Hi celeres primo funt dicti, five a primo corum præfecto Fabio Celeret, five potius a Graco King, (Eolice. Ke'And) , quod celerem notat , ut rece censet Jul. Caf. Scaliger , Poetices I. 22. Diftributi autem fuerunt a Romulo in tres centurias, que Ramnenfum , Tatienstum , & Luceyum , iifdem nominibus , ac prisca illa tribus, dicebantur. Tarquinius Priscus numerum eorum auxit, ita ut effent mille & octingenti, (*) eodem tamen centuriarum numero retento: Servius vero Tullius octodecim equitum centurias conscripsit: & hæc origo equestris ordinis fuit. Et hic summe utilitatis in rep. fuit: inter senatum & plebem, ut vinculum aliquod medium intercedens (a). Postea autem equiter funt dicti non omnes proprie, qui equo merebant; fed ii tantum, qui a cenforibus in ordinem equefirem lecti, & equo publico erant donati : (omnes enim patricii non erant equites, ut qui exempli gratia cenfum equestrem non habebant, (b) quidam vero etiam equo privato militabant.

S. II. Quid requisitum fuerit, ut quis reques effe poses.

In equitibus legendis spectabatur etas, genus & census. Primo, etas requirebatur oftodecim circiter annorum. (c) Secondo, genus quidem erat promiscuum, patricium & plebejum; sed tamen ingenui esse debebant, nis quod sub imperatoribus aliquando libertini hac dignitate donati funt. (d) Ter-

^(*) Liv. I. 36. (2) Vid. Grovin. de or. jur. siv. ll. p. m. 304a. (b) Liv. III. 17. (c) Die l. III. p. 416. sh. Lote

(d) Tertio, spectabatur census, qui florente republica fuit 400. HS. hoc eft; forenerum Hollandicorum 2500. (e)

S. III. De insignibus equitum.

Insignia equitum fuerunt primo equus publicat, quo censor eos donabat (f), vel etiam dux exercitus militiæ tempore. Secundo, annulus aureus: (g) plebs enim ferreis annulis fere utebatur; (h) unde dictio est orta: annulo aureo donari (i), qua fignificatur inser equises legi. Tertio, angustus clauns, (K) five sunica angusticlavia, seri-Truos Xiras; cum fenatores, ut vidimus, laturs clavum gestarent : & fine his infignibus in publico conspici tam equiti, quam senatori turpissimum erat . (1) Quarto, locus feparatus in spectaculis publicis: Roscius (m) enim Octho tribunus plebis a. u. 686. legem tulerat, (n) ut equites in quazaordecim gradibus proximæ orcheftræ junctis fede. rent : unde dicimus, federe in quatuordecim, (0) pro equitem ese: pro quo etiam dicebant : sedere in equestribus. (p)

S. IV. De muneribus equitum.

Munus equisum erat primo, ut bella obitent, nam in iis vel præcipuum robur exercitus Romami consistebat: (q) secundo, ut judicia exercerent (r) utique post legem Semproniam, qua, (ut capite præcedente diximus), judicia a senatu ad equestrem ordinem sunt translata; sed quæ, ut ibi-

⁽d) Svet. Gatts; 5. 14.
(c) Mars. V. 26. (& 39. 1s. IV. 67.) Juven. XIV. 31%.
Horat. Ep. 1. 157.
(f Liv. V. 7. Grav. Praf. ad tom. 1. Ant. Rom.
(g) Horat. Serm. II. 7. 11. Javan. XI. 43.
(h) Plin. Hiffer. nas. XXXIII. 1. (Quod somen fore capit: quum vel triumphanes annalis ferreis anea uf fuerins.
Joum Martialis vide Epigr. 111. 29. Adde Juven. 111. 154.

Joeum Marialis viae a pigr. 111. 29. many Juven. 1. (1) for d.)
(i) Svet. Jul. 6. 30.
(K) Ovid. Trift. IV. 10. 35.
(l) Hor. l. d. Gell. XIII. 21.
(n) Hor. l. 1. 62. (Quan legem Domisianus revocavit, Marial. V. 8. 14. 45. 56.
(o) Svet. l. prox. dift. (Marsial. V. 28.)
(p) Vide Petrom. c. 125.
fig. 1 Liv. XXXXII. 61.

⁽¹⁾ Liv. XXXXII. 61.

dem vidimus, rurfum cum fenatu communicata funt. Equites etiam Romæ vectigalia conducebant (*); idque in societates quasdam divis. Cis. Fam. XIII. o. Quique tali societati præerat, magister focietatis dicebatur, ib. Et adeo honorati hi erant, ut scriptuarios, five publicanos amplissimos bomines vocet Cicero , ib. ep.65. honestissimos & ornatiffimos, orat. pro leg. Manil. c. 7. & pro Plancio e. 9. dicit, forem equisum R. ornamentum civitasis , firmamentum reip. publicanorum ordine contimeri .

6. V. De transvectione equitum.

Dignitas equitum fenatoriæ proxima fuit . I quia ex iis fenatores legebantur; (f) unde hic ordo fenatus seminarium est dictus; (minor ordo Martiali vocatur IV. 2.) (1), quam dignitatemetiam cenfus & reliqua, quæ jam diximus, adstruunt: & hinc quoque fplendor equitibus proprie tribuitur. (u) Nec parvum huic ordini splendorem afferebat annua transvectio: (x) quæ fiebat hoc modo. Ouotannis idibus quinctilibus, hoc est, decimo tertio (legend. decimo quinto) die mensis Julii omnes equites corona oleaginea cincli, togas palmatas (y) sive trabeas induti, equis suis insidentes. & ornamenta militaria, quæ ab imperatoribus virtutis causa acceperant, manu gestantes ab æde Honoris extra urbem ad Capitolium transvehebantur. Et hoc quidem quotannis fiebat: (eoque tempore etiam in jus eos vocare non licebat (2) fed quinto quoque anno, dum ita transveherentur. ad cenforem in fella curuli ante Capitolium fedentem accedebant, & ex equis descendentes manu eos ante censorem traducebant. Quod si tum eques aliquis effet corruptis moribus. (a) vel cen.

^{(*) (}Vid. celeb. Burmanni Dissert. de vestigal. pop. Rom.)
(1) Vid. Ovid. Trift. 1V. 10. 35.
(1) Liv. XXXXII. 61. Lamprid. Alex. Sev. c. 19.
(u) Cic. Fam., I. 3. & ibi Manut. quem vide et. ad ast.
in Ver. II. 71.
(x) Vid. Dion. Hal. VI. 13. (Addo Waler. Max. II. 2.

ex. 9. e prima edit.)
(y) Vide Offavi Ferr. de re veft. II. 5. & %. (Pl. XV. 4.)
(z) L. 2. D. de in jus voc.
(a) Vid. Sver. Saj. 6, 16.

fum fuum equestrem minuisset, vel denique e-quum negligentius habuisset, (b) censor, ut quum venderet, jubebat, (isque proprie impolitie, hoc eft . incurie notari dicebatur (t); atque eo ipfo talis eques ordine equestri motus censebatur; sin placuiffet eques, equum traducere jubebatur (d). Recitabat etiam censor hac occasione equitum catalogum; &, quem primum recensuisset, is prin. seps juventutis dicebatur (e): non quidem quod revera omnes juvenes effent, (multi enim in hoc ordine consenuerunt, & quidem viri illustriffimi ut, e. g. Macenas ille Augusti imperatoris amicus. (& Pomp. Atticus), sed quod prima institutione ita fere fuissent : & præterea ætas juvenitis olim anud Romanos ad annum ætatis quadragefirmum quintum extendebatur (f): nec ex nostris hodie moribus de hac appellatione, & similibus, judicari debet, cum adolescentulus etiam dicatur Julius Cæfar, cum pontificatum maximum peteret, (g) cum tamen effet annorum triginta fex, ut ex Svesonie patet , qui eum quætturam anno demum trigelimo tertio ætatis gestisse scribit; (b) & postea etiam ædilitatem, antequam pontifex fieret, geffit (i). Et feipfum adolescentem vocat Cicero, cum jam effet conful (K). Sub principibus hæredes imperii principes juventutis funt dichi (1).

⁽b) Gell. IF. 20.
(c) Id. IV. 12.
(d) Ovid. Trift. II. 89.
(e) Vid. Tac. Annal. I. 3.
(f) Dion. Hai. IV. 16.
(g) Sail. Custing, EE Liv. IX. 17. Alex. M. adolescensement decessifie. Plura in Synonymis nostric dabimus.)

⁽i) Vid. Manue. ad Salluft. d. l.

⁽K) Phil. II. f.
(1) Vid. numma. ap. Spanh. Diff. XII. p. 353, (Swee. Calig. 15. Tac. Ann. 1. 3. F. R.)

CAPUT IV.

De Ordine Populari.

S. I. De differentia vocum populus & plebs :

P Opuli appellatio diverse sumitur. Primo enimino notat universam aliquam gentem, ut cum dicimus, e. g. clementiam populi Romani, forsitudi-nem populi Romani, fortitudinem populi Cartha-ginensis. Secundo, aliquando opponitur senatui, ut in celebri illa formula, quæ his litteris denotatur S. P. Q. R. fignificantibus, fenatum, popusmnes, qui neque fenacores, neque equites funt, de populo effe dicuntur; atque ita in hujus capitis inscriptione fumitur . Hac autem notione Cicero(a) & Livins aliquando voce plebis utuntur; (b) licet hac vos proprie genus porius , quam ordinens fignificet; ut cum dicineus, confules effe creasos de plebe; hoc est ex iis, qui patricii non erant. Itaque , possquam senatores de plebe legi corperunt , (quod a decemviris primum factum eft, ut diximus (c), triplex orda & patriciarum & plebejorum extitit; ita, ut diceretur aliquis civis Romanas patricius femator , patricius eques , patricius de populo ; & rurfus , civis Romanus fenator plebejus , eques plebejus , & plebejus privatus .

6. II. Differentia inter parricios & plebejos .

Hic porro notandum, patricios, E'owarpidas Græce, apud Romanos fere fimiles fuiffe iis, quos nos hodie nobiles vulgo dicimus; fcilicet, fuiffe eos, qui ex autiquifimis familiis erant orti, licet ipfi honores nullos geffiffent: (*) nobiles vero corum conveniffe cum iis, quos nos hodie vulgo patricios vocamus; ii nempe erant, qui vel ipfi, vel quorum majores magigatus curules gefferant, & inde jus imaginum habebant, hoc est, qui majorum fuo-

⁽a) Pro Balso. c. 14c (b) Esiam Ovid. Faft. II. 127c. (c) Vid. Sigon. do ensigno pur. civ. Pons. IL 2c (d) Vid. Sigon. do ensigno pur. civ. Pons. 1c. p. 194` (d) Vid. signu Hift. acade live. Parif. 2018. 1c. p. 194`

fuorum imagines in atriis ædium fervare . (d) &. ut illæ in pompa funebri præferrentur, curare po-terant; licet ex antiquissimis illis familiis orti non effent. Dico autem hoc jus non fuisse, nisi corum, qui magistratus curules gesserant; nam tri-bunatus, quæstura, & alii inseriores magistratus hoc jus non dabant. Hæ imagines, ut de er wapet illud addamus, nihil aliud fuerunt, (e) quam expresse humerorum tenus corporis e cera effigies (f); quas in atriis ædium collocare folebant ligneis thecis, ave armariis inclusas, easque non nisi diebus fe. Ris aperuisse videntur. Iis subscripti erant trale, five indices bonorum, & rerum in iis honoribus gestarum (g): & hinc imagines aliquando pro ipja sobilitate ponuntur (b). Aliquando autem in eadem gente erant & patriciæ, & plebejæ familie (1); ut e. g. in gente Claudia, in qua fuerunt Claudii Regillenses, Pulchri, Nerones, omnes pa-tricii: Claudiorum vero Marcellorum familia plebeja erat, (k) licet patriciis ejusdem gentis samilus longe nobilior. Hoc autem accidebat (1) duabus potissimum de caussis: primo, si patricius a-liquis ad plebem se contulisset, quod sape saciebant patricii; vel, ut tribuni plebis fieri poffent, eaque ratione inimicos suos vexare; (cujus rei exemplum illustre habemus in nobili illo . non virtutibus, fed flagitiis, Clodio, Ciceronis inimi-co (m), vel, ut facilius honores favore plebis conlequerentur. Secunda hujus rei causa erat civicatis beneficium; qui enim civitate donabanturf. plebeji fiebant, non vero patricii; & tamen ejus cujus beneficio in civitatem venerant, nomen al fumebant ; quemadmodum videmus in Cornelio Balto, qui L. Cornelii Lentuli beneficio (n) civi-

⁽d) Vid. Juven. Sas. VIII. inis.
(c) Plin. XXXV. 2.
(f) Juven. I. d.
(g) Vd. ves. Scholiaft. ad Juven. X. 57. & hime vir hunoratifima imaginis futurus ad poficios dicisar ap. Liv. III. 58.
(h) Tacin. Hift. II. 76.
(i) Vid. infra fest. VI. c. 5. §. 1.
(i) Sves. Tiber. 6. 1.
(ii) Vid. Servin. do some. Roma. abud Grav. som. VII. Ans. D. 1724.

⁽n) Svet. Liver. 6. 1. (l) Vid. Iretin. de gent. Rens. spud Grav. com. VII. Ant. p. 1724. (m) Svet. Jul. 6. 20. (n) Vid. F. Manur. argum. in oras. onem Cic. Pro Bol. e.

tatem adeptus erat. Quod si patricius a plebe jo. aut plebejus a patricio adoptaretur, ille quidem in ordinem adoptantis transibat; verum hoc per-

fonam eius non excedebat (o).

Initio reipublicæ ingens differentia inter patricios & plebejos fuit; ita, ut illi foli facra facere, & facerdotia ac magistratus gerere possent; neque plebs jus connubiorum cum ipsis haberet (p): sed hæc fere omnia fensim cum plebe sunt communicata, ut suis locis docebimus.

S. III. De patronis & clientibus.

Ut autem nexus aliquis interpatricios & plebeios effet, Romulus instituit, ut quisque homo plebejus (q) quem vellet ex patriciis partonum sibi deligeret; cujus ipse, quod eum coleret, client diceretur. Patroni (το σροσάτο) (r) munus erat clienti de jure respondere, lites pro eo suscipere: uno verbo, eius caussa facere quidquid parentes liberorum causa vulgo sacere solent. Chens vero patronum omni modo, qua viribus, qua opibus ruvare debebat. Patroni etiam clientum, si intestati decessissent, legitimi hæredes erant; & ideo quoque legitimi liberorum eorum tutores; (f) quia plerumque ubi fuccessionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Jus hoc erat hæreditarium, & sanctum adeo, ut clientes hospitibus & cognatis præferrentur . (1) Hujus juris fimilitudine crescente republica universi populi in clientela illustrium familiarum suerunt, ut Siculi in clientela Marcellorum (u), Allobroges in clientela Fabiorum, (x) Cyprus & Cappadocia in clientela Catonis, (y) Bononienses in clientela Antoniorum (2). Vid. Dial. de Caussis corr. eloq. c. 36. Erant - au-

⁽⁰⁾ Vid. Serein. de gent. Rem. p. 1124. (p) Liv. IV. 1. (q) Diom. Halic. II. 9. (1) Plat. Remul. p. m. 25. (Eidem eliens dieitur Cthagns 5 & fic in Giosf. Labb.)

⁽f) S. un. Inft. de lesis. patron. susel.
(t) Gell. V. 13. & XX. 1.
(a) Vid. Eminentif. Noris ad cenetaph. Pifan. diff. II.
(b) Cic. divin. in Verr. c. 1. Litique Afcon.
(x) Sall. Catil. (4).
(y) Cic. ad famil. XV. 4.
(y) Cic. ad famil. XV. 4.
(x) Svet. Aug. 8. 17.

autem fere in clientela familia ejus imperatoris. qui eos primum subegerat, quemadmodum in mijore parte allatorum exemplorum videmus.

Atque ita vidimus tres illos ordines, ex quibus populus Romanus constitit, (a) si vocem populus fumamus ea notione, quam primam initio hujus capitis pofuimus. Hac mente capite fecundo diximus, penes populum fuisse potestatem creandi mazistratus, serendi leges, & pacis bellique arbitrium; quod jam inde ab initio reipublica obtinuit, ita ut regi nihil fere præter curam facrorum (b) relicum effet, & præter administrationem rerum bellicarum, quæ plerumque celeritatem desiderant, & ab uno facilius peragi possunt : unde constat majestatem penes populum fuiffe , quod etiam ex provocatione, que ad populum semper fieri poterat, etiam (ab) rege (c), & (d) ex submissione fascium, quæ populo fiebat, patet (e).

PUT

De Comitiis in Genere.

§. I. De comitiis in genere: Omitia dista funt a coeundo, five comeundo, ut veteres loquebantur; (a) unde etiam comitium dictus est locus in foro, ubi ad comitia curiata, & quandoque ad lites decidendas conveniebatur (b); funt enim comitia nihil aliud, nisi conventus universi populi ad ferendum de aliqua re suffragium . Dico, universi populi; nam, si pars tantum conveniebat, concilium (c) potius dice-batur; licet hæ voces non nimis accurate loquentibus fæpius confundantur . (4) Dico præterea, ad ferendum de aliqua re suffragium; nam, fi alia

⁽ a) Vid. Ovid. Fast. IV. 293. Martial. VIII. 15. (b) Vid. Serv. ad Virg. En. 111. 80.

⁽c) Liv. I. 16. (d) Liv. ib. & III. 550 (e) Vid. infra fell. II. 5. c. 3. \$. 1. Liv. II. 7.

⁽²⁾ Fest. voc. comisiales. (b) Varro de lingu, Las. IV. 32. Vid. Plaus, Curc. IV.

⁽c) Gell. XV. 27. I sef. as libr. de comi . Rom.

de causa populus conveniebat, non erant comi-

" Habebantur comitia a magistratu, vel in quibusdam caussis a Pontifice maximo; (licet de Pontifice maximo dubitetur, Vid. cl. Grav. Praf. ad som. V. Antiquis. Rom.) hocest, magistratus, vel pontifer maximus comitiis praerat, eaque dirigebas: & quidem ab uno ex magistratibus, cui id vel forte, vel comparatione, vel confensu obtigerat. Comitiis agebantur omnia, quæ fummam rem publicam spectabant, & quorum potestatem penes populum fuisse diximus: iis scilicet magistratus omnes, & quidam sacerdotes creabantur: nam quidam cooptabantur a collegio, ut augures; leges ferebantur, (inter quas vel præcipuæ erant leges de bello indicendo, & de pace facienda), & judicia publica extraordinaria evercebantur . Magistratuum comitia semper in campo Martio habebantur; ad leges vero ferendas, vel ad judicia exercenda aliquando in foro, aliquando in Capitolio. Non poterant autem haberi comitia, nifi diebus comitialibus, hoc est, quibus cum popula agere licebat.

6. II. Comitiorum difinctio.

Tria porro fuerunt comisiorum genera : primo nempe curiata, instituta a Romulo; secundo. centuriata ex præscripto, sive commentariis (e) Servii Tullii habita; tertio, sributa, a tribunis plebis a. u. 263. primum introducta. Nam kalata que dicuntur comitia, non faciunt aliud comitiorum genus, sed ita dicuntur aliquando curiata & centuriata comisia από το καλάν, five ab antiquo verbo kale, hoc est, voca; & guidem proprie ea comitia, in quibus testamenta (f) condebantur, vel sacerdotes creabantur.

CA-

⁽c) Liv. 1. 60. (f) S. 1. infl. de reflem. ordin. & ib, omn. Theophil. [Vid., Gell. XV. 27.)

CAPUT

De Comitiis Curiatis.

6. I. De modo babendi comitia curiata :

Uriasa comisia erant, quando populus curia-sim, hoc est, in curias (name destrices, unde legem curiatam vé mos operanis dicit Dio Lib. XLI, pag. 112. edit. regia 1548.) divifus fuffra: gia ferebat; isa ut, quod plures curia jufffens, id juffum popult diceretur; ergo ftatim, ac lexdecim curiæ in unum consensissent, finis erat comitio-rum; cum universus populus in triginta curias. ut vidimus, effet divifus. Habebantur autem hoc modo: convocatis per praconem curiis, is qui comitia habebat, rogationem fuam populo exponebat ; tum populus in fuas quisque curias discedebet, que deinde eo ordine, quo forte exiverant, fuffragium dicebant: que autem curia prima exibat, principium dicebatur (s). Haberi hac comitia debehant auspicate (b); atque adeo augures adesse oportebat. Requirebatur etiam in iis auctoritas paerum (e), five fenatus , hoc eft , ut id , quod pluvibus curris placuifes, ad fenatum referesur; fed poston crescente plebis austorizate, patres in incersum comisiarum eventum austores sebant, hoc eft, promittebant, fo id, quad populas juffiffet, rarum babitures (d). Locas bis comitiis erat, ut pracedente capite am diximus, comitium.

6. II. Coule comitiorem curiatorum.

Cause comitiorum curiatorum primis quidem temporibus, cum nulla alia comitia effent, fuerunt omnes res, quas populi arbitrio permissas suisse diximus. Verum postea, institutis primum comitiis centuriatis, & deinde etiam tributis, hæc co-В

⁽a) Liv. FX. 38: Vide legem antiquam apud Frontin. de aqued. libr. II. m. 1667, ppm. IV. Grav.
(b) Vid. Gell. XIII. 14- Gic. pre domo c. 13. de har. resp.

⁽c) Dion. Hall. II, 14. Cic. pronon. Plans. 3. (*) (Vid. cop. 8. §. 1.) (d) Liv. I. 17.

mitia minus celebrari coeperunt, maxime cum lex Publilia de minoribus magistratibus tributis comitiis creandis perlata effet (*). Ergo post hac duæ tantum generales cause horum comitiorum habendorum fuerunt: scilicet prima causa suit, ut leges quædam ferrentur; secunda, ut sacerdotes quidam crearentur. Prima & præcipua lex his comitiis lata fuit de imperio magistratibus dando, hoc est, de administratione rei bellica. (e) fine qua lege nemini rem militarem attingere licebat (f): magistratus autem, quibus imperium dabatur, erant distatores, consules, proconsules, prætores, proprætores; & denique quæstores, qui jure prætorio in provincias mittebantur. Verum postea ad usur. pationem quamdam vetustatis, & auspiciorum caula triginta tantum lictores, qui curias convocare solebant, in suffragia iverunt, si lex de imperio serenda esset. Secundo, lex de Camillo ab exilio revocando his comitiis suit lata. (g) Tertio, lege curiata etiam fiebant arrogationes, cum civis R. injustu populi statum suum mutare non posset (b): (quæ funt bominis sui juris in filium assumpriones (i)), eaque lex arbitris pontificibus ferebatur; scilicet ita, ut illi, an justa causa arrogationis esfet, cognoscerent. Quarto, antiquissimis temporibus quidem testamenta sua his comitiis condebant; & tum proprie kalata comitia dicebantur . (k) Quinto, in iis fiebant sacrorum detestationes, (1) boc est, bæredi, aut legatario cuidam denunciabaur, sacra, que bereditatem sequebantur, esse su-scipienda, cio. de legib. Il. 9. unde apud Plautum (m) fine sacris hereditas vocatur, que sine ulla incommoda appendice alicui obvenie. Talia facra fuerunt e. g. in gente Nautia, Serv. ad En. II-166. III. 407. V. 704. in gente Horatia, Liv. I. 26. in gente Fabia, id. V. 46.

Secunda horum comitiorum causa suit sacerdotum

^(*) Vid. (cap. 8 6. 1.)

(e) Vid. Liv. V. 52., Cic. de leg. agr. or. II. 12.11. & Philipp. V. 16.

(f) Vid. Grucch. & Sigon. difputationer de hac materia in tom. I. Thef. Grav.

(g) Liv. V. 46.

(h) Vid. seleberr. Noodr. ad tit. D. de adopt.

(i.) L. 1. 5, 1. ff. de adopt. Tac. Hift. 1. 11.

I K) S. 1. Inft. de testam. & ibi Theophil.

(l) Vid. Grav. Pras. ad tom. 1. thef. antiqu. Rom. Scanda Fest. voc. puri.

(m) Capeiv. IV. 1. 5. Fest. vog. sne sacrie.

eum quorumdam creatio, quierant flamines , & curio maximus. (n) Quod autem diximus, fublecutis primam rempublicam temporibus triginta tantum lictores in suffragium ivisse, o) sciendum est, hoc dumtaxat factum suisse dicis causa, cum lex militaris effet ferenda. Habebantur hæc comitia non nifi a majoribus magistratibus, quia scilicet auspicato haberi debebant; (minores enim magittratus auspicia non habebant (p), initio nerpe reipublicæ a rege; postea a consule, distatore, pratore, & interrege; sacerdotum vero creandorum caussa a pontifice (q): licet hoc postremum non fatis certum fit

CAPUT VII.

De Censu, & de Comitiis Centuriatis.

Lterum, & præcipuum quidem, comitiorum A Lterum, a practicum genturiata genturiata dicuntur A genus fuerunt comitia centuriata , (πλογιπί s εκκλοσία, quæ etiam majora dicuntur (a) quibus populus per centurias (κατό λοχει) divilus suffragia ferebat; ita ut, quod plures centuriæ jusissent, id ratum baberetur. Sed ante quam de iis plura dicamus, prius explicandum est, quid fuerit cenfus; absque eo enim, quæ classes (συμμορι'ας vor cat Dion. Hal. VII. 59. *) quæ centuria suerint, intelligi nequit.

t. I. De Cenfu .

Census est enumeratio populi cum assimacione facultatum. Instituit eum Servius Tullius fextus Romanorum rex sapientissimo plane constio; qui jusfit, ut omnes cives, five intra five extra ur-bem habitarent, bona fua jurati cenferent, (b)

⁽n) Vid. Grucch. de comit. Rom. III. 2.
(o) Cic. Agr. II. 12.
(p) Gelt. XIII. 15.
(q) Vid. Grucch. d. 1. III.
(a) Cic. poft. red. in fenat. 12.
(**) (it. IV. 18. & 16 stiam Corral fils.

⁽ b) Dion. Hal. IV. 15.

hoc est, estimarent; & illum censum, ac simul numerum & nomina uxorum, liberorum, (& fuam liberorumque ætatem (e)) fervorum . & libertorum, item domicilii locum indicarent (d); qui secus secissent, eorum bona publicarentur, iph virgis cen venumdarentur (e), quan qui fibi psis libertatem abjudicassent. (f) Præterea prudentishime instituit, ut cum Paganalia celebrarentur in fingula capita certuin numifinatis genus conferretur; fed aliud a viris, aliud a mulieribus, a-liud denique ab impuberibus (g). Et hac ratione certo, breviter, & quasi uno intuitu omnium civium numerum & opes, atque adeo totius civitatis vires poterat cognoscere. Inde omnes cives pro ratione census in sex classes distribuit, (b) quæ rurfus in centurias erant divifæ modo, quem tabula juncta indicat. (*) Et in acie etiam singulis classibus locum digniorem pro ratione census adfignavit, ita, ut quintæ classis cives non nisi inter velites militarent (i). In infima classe, (licet hæc proprie classis non haberetur, unde quinque dumtaxat classes nominat Livius I. 43.) videmus nominari proletarios, & capite censos. (k) Proletarii ita dicebantur, quod quafi proli tantum proereande vacarent; unde proletarium sermonem provili eleganter dicit Plantus, Milis. glor. A. HI. S. 1. v. 157. Capite sen/s vero erant, in quibus non pecuniæ, fed capitis tantum ratio habebatur; & qui nihil aliud quam civium numerum augebant. Qui in prima classe censebantur, soli proprie classici dicebantur, reliqui omnes infra classem (1); (illos Græ-

⁽c) Id. V. 75.
(d) Vid L. 4. ff. de censibus.
(e) Sie. Or. pro Cacin. 54.
(f) Isid. 1 ft. cis.
(g) Dian Hal 14. 15. (Conf. Levisis. XXVII.)
(h) Liv. I. 43.
(*) Norula in Banc tabulam. In r. foris m. 1. legs Civium. In z. feris m. 1. legs (ceundum Livium lb. m. 1. adds: hair classifi Dionysine Hal. illas Fabrum centurias adjicit. lb. no. de mccensis nihil Dionys. (ed Ganwistan, tummunsta, de Runnystan, 1b. n. 5. legs (eniorum XV. janiorum XV. Limius Lacense, consisione. sibicinesque in 1928 (cribit vius in tis accenses, cornieines, tibicinesque in tres scribit centurias distributes. Postremo in 4. serie adde: arma singula. sum classium recensent Livius I. 43. & Dionys. Hal. IV. 16. 17-Hic ib. c. 12. CL XXXXIII. centurias amnino suisse ait.)
(i) Dion. Hal. IV. 16. segg.
(k) Gelt. XVI. 10.

⁽I) Id. VII 33.

" 35 "					
CENSUS. Seniores ad urbis curto. Seniores ad urbis curto. res foris bella gerere de. bebant. Vide notulam.	5 / / / / / / / / / / / / / / / / / / /		- make		
TABULA CLASSIUM & CENTURIARUM PRO RATIONE CENSUS. SIS. C. E. N. S. U. S. C. O. five rococo. zeris, hoc schioum xxxx. pun dram prathe cff., punio. periolics, vel, ut alii, Phi- lippzi. Vide notulam.	CENSUS Senorum X, functum X. LXXV. 00. five 75000. æris, Huic claffi DIONYS HAL. illas hoc eft, 750. imperiales fabrum centurias adjectiv	CENTURIE NX. Seniorum X. Janiorum X.	CENTUKIÆ XX.; Senior. X. jennovum X. guibus additæ 2. tibicinemæ accenforum. Juz-ta DION. HAL. Vid. not.	CENSUS Seniorary junoum. XX. XI. 00. five 11000. æris, hoc num & accentoum centurias huc eft , imperiales 110.	Minor XI. 00. 2215, hoceft, furnizzat in qua ettam proletarii & minor 110. imperialibus. espite cenf., qui omnes, militia & ributis timmunes.
ULA CLASSIUM & CENT C E N S U S C. 00. five roccoo. æris, hoc periales, vel , ut alii , Philippæi.	LXXV. oo. five 75000. æris, 1000 eft, 750. imperiales	CENSUS L. co. five 50000, æris, hoc eff. 400, imperiales.	æris,	CENSUS XI. 00. five 11000. æris, hoc eft, imperiales 110.	Minor XI. 00. 2215, hoceft, minor 110. imperialibus.
TABI PRIMA CLASSIS. Givium ditiflimorum.	SECUNDA CLASSIS	TERTIA CLASSIS divitum.	QUARTACLASSIS mediocrium.	QUINTA CLASSIS modicorum	SEXTA CLASSIS tenuifimorum.

٠,٠

Grece The ir TIMIMATI dicas; nam TIMIMATO daffes Vocat Plut. Solon. p. m. 87. f. mil potius RaBay Ta TILL HLOTE TO'T TOXITO'T apud eum fignificat censums agere), unde hodieque elassices auctores (m.) proantiquis & probatis vulgo dicimus. Hinc quinque tantum classes memorat sallust. Or. II. de rep. ord. Liv. I. 43. Ascon. in Cornel. I. p. 968. edit. Grav. Arma quæque classis habebar digniora (n) pro ratione census; quinta autem classis nihil habebat præter fundas (o), & extra ordineme militabat. (p) Mirum autemnemini videri debet. tot centurias fuiffe ditiffimorum, mediocrium pauciores, infimorum tantum unam; sciendum enim est, ditiorum centurias parvo admodum civium numero constitisse, cum ultima centuria omnibus aliis simul fumtis forte major fuerit: & hæc in tres quafi clafficulas subdivisa suisse videtur (q).

& II. Caula buius instituti .

Causa bujus instituti non una fuit. Prima erat, ut in ferendis suffragiis omnis fere potestas penes ditiores effet: cum enim in comitiis centuriatis fingularum centuriarum fingula valerent fuffragia & ditissimorum (equitum & fabrorum centuriis illis additis) centuriæ effent centum, reliquorum autem tantum nonaginta & tres, manifestum est adversus illorum confensum reliquas classes nihil potuiffe (r). Et hinc C. Gracchus legem promulgavit, ut ex confusis quinque classibus forte centuriæ vocarentur (f). Altera causa fuit, ut tributorum onera maxime in ditiffimos inclinarentur, (t) cum non amplius per capita, sed pro ratione census tributum penderetur. Terria denique causa suit, ut militiæ gerendæ onus in eofdem derivaretur; cum enim pauciores essent ditissimi, & in plures centurias divisi, sine alla fere intermissione militabant. Unde etiam resp. fidelioribus militibus utebatur; cum ditiorum magis interfit remp. falvam: effe At-

⁽m) Id. XIX. 8. (n) Livi I. 43-(o) Bioni Hal. V-67. (p) Dion. Hal. UV. 17. (q) Vid. Lipf. de milit. Rom: I. x-(1) Dion. Hal. VII. (9. (Liv. I. 43.) (f) Sall. de rep. ord or 11. (c) Dion. Hal. IV. 19. (Liv. I. 47. f.)

Atoge ita licet omnis in republica potesfas revera penes dictiores tantum effet, (u) non tamen hoc inique ferebant papperes, cum divites fimul omnia fere onera sustinerent: & cum præterea pauperiores quoque viritim in fuis quifque centuriis fententias rogarentur, omnes fe pari jure rempu-blicam administrare arbitrabantur, (**) quemadmodum ima plebs sæpe talibus artibus deludi amat. Et hæc reipublicæ apud Romanos constitutio, quamdiu ipsa refpublica salva, hoc est. libera fuit, est servata.

6. III. De cenfu & luftro .

Cenfu peracto instrum condidit Tullius, hoc est. in campo Martio fuem, ovem, & taurum circum exercitum, five circum populum Romanum ibi congregatum ducendo eum lustravit : (mde lustrare etiam pro circumire ponitur . Virg. Eclog. X. 55.) eaque animalia mox immolavit; quod facrificium suoveraurilia, vel potius solitaurilia est dictum; quia solitam, five integrum (y) (id e-nim solium Oscorum lingua (z) fignificat) tau. rum maclabant . Lustrum autem vocatum est a luendo, hoc est, folvendo; quia eo tempore omnia vechigalia a publicanis luebantur, five perfolvebantur censoribus (a): & quia hoc quinto quoque anno flebat, lustrum pro tempore quinquennali sepe, poetis maxime (b), ponitur: differt autem lustrum ab olympiade, que quarto quoque anno finito apud Græcos celebrabatur. (*) Condi folebat lu-frum (hæc enim est propria huic rei dictio) olim a rege, eoque pulso, a consule; donec a. u. 310. censores, proprius huic rei magistratus, crearentur: & olim quidem condebatur in foro: postea in villa publica in campo Martio (c). Censa sunt primo lustro civium octoginta millia. (**) Et hec de censu: de ipsis porro comitiis centuriatis jam .g. IV. dicemus.

⁽u) lbid. s. feq. (x) Dion. Hal. l. d. 21. (y) Virg. En. VI. 253. (z) Fefi. voc. Solizawilia, (Quinff. 1. 5, f. & qui ad eum laudantur .)

⁽a) Varro de ling. Lat. V. 2.
(b) Horas. Od. IV. 1. 6. Seat. Splv. II. 6.
(*) (Deform difficium circa olympiadis notionem facillime

en Diongs. Halie. I. 74, 75, ces. componisur.)
(c) Liv. IV. 24,
(**) Liv. I. 44, As Dion. EV. 21, c conf. riis sabul. LXXXV.
millia, demiis CCC, numeras.

S. IV. De ipsis comitiis, & primo de ipsorum causs.

Centuriata comitia habebantur tribus de caussis. Primo, ut magistratus crearentur: secundo, ut leges ferrensur: tertio, ut judicium perduellionis

exerceretur .

Primo, magistratus his comitiis creabantur, o. mnes magistratus majores ordinarii, hoc est, confules, & prætores: tum extraordinarii, quales fuerunt censores, decemviri legum scribendarum, & tribuni militum consulari potestate / (Qui sic. creati, in annum sequentem designati dicebantur. Vid. unius Ciceronis titulos epifolarum.) Unus præterea sacerdos his comitiis creatus est; nempe rex lacrorum: qui quidem magistratus non erat, sed ei dignitas tamen a populo non alia ratione, quam

si fuisset magistratus, dabatur.

Secundo, leges his comitiis ferebantur fere omnes, quæ a magistratibus majoribus promulgabantur: nam quasdam curiatis comitiis latas fuisse vidimus: sic, e. g. lex Valeria de provocatione ad populum, leges duodecim tabularum (d), lex de Cicerone ab exilio revocando (e), & similes hic comitiis latæ funt ; eæque plebiscieis , quæ tributis comitiis constituebantur, opponuntur. Tum lex, qua bellum populo alicui, aut regi indicebatur. centuriatis comitiis ferenda fuit (f); nam de pace facienda ferebatur comitiis tributis. Tertio, judicium unum, sidque capitale, his comitiis exercitum fuit, nempe judicium perduellionis (g): sic enim in lege duodecim tabularum erat, de capite givis, nist per maximum comitiatum, (hoc est. comitiis centuriatis) ne feranto. Perduellis autem eft, (b) qui bofili in rempublicam animo elle deprebenditur; (vel brevius, si quis eum hostilistatis reum diceret), perduelles enim veteres hoses vocabant (i) Angli hodie illud crimen vocant High. sreason; (Hoog verraad nobis) Galli vero barbare,

⁽d) Liv. III. 14. & 37. (c) lpse Cie, ad Astic. IV. 1. (f) Liv. VI. 10. (g) Vid. Liv. VI. 20. (h) L. ult. D. at leg. Jul. majest. (i) L. 234. Pr. D. de verb. fignif.

bare, crimen lase majestatis in primo sapite. Diversum igitur est hoc crimen a crimino majestazis, & eo gravius: nam perduellionis crimine tenetur, (k) qui civem Romanum quasi peregrinum tractaverit; aut contra legem Porciam (vid. Vaill. de sam. Rom. gent. Porcia n. 10.) & Semproniam servili supplicio assecrit: vel etiam qui regnum assectavit; quod crimen regni vocat Ovid. Fast. VI.'180. Cum igitur jus civitatis plane penes populum esset, merito, qui hoc jus aliqua ratione violasset, judicio populi subjiciebatur. Deinde hoc crimine reus est, qui, aut regnum assectavit, aut omnino aliquid per proditionem contra reipublicæ commodum molitus est. Majestatis vero crimen erat seditionem in exercitu concitasse, magistratui pro imperio agenti restitisse. & similia.

§. V. De iis, qui bis comitiis interveniebant.

Hæc comitia babebantur a magistratibus majoribus (1), hoc est, a consule, prætore, dictatore, vel interrege, & ab hoc tantum, si magistratus creandi estent: censores enim populum quidem centuriatim convocabant; sed hæc tamen proprie comitia non erant, ut ex data comitiorum desinitione patet; non enim conveniebat populus ad ferendum de aliqua re suffragium. At si rex sacrificulus esset creandus, habebantur a pontisice.

Interesse iis poterant omnes, qui pleno jure cives Romani erant, hoc est, qui jus suffragii babebant, sive illi in urbe, sive extra urbem in municipiis, vel coloniis, quibus id juris datum esse,
habitarent. Anno urbis 663. a L. Julio Casare
consule lata lex est, qua universa Italiae civitas
cum suffragio data suit; licet Grucchius (m) putet, etiam tempore Ciceronis colonias quassam

lus suffragii non habuisse.

g. VI.

⁽h) Vid. Cie. in Verr. I. 5. Grucch. de comit. Rom. I. 2. [1] Vid. Gell. Noct. Ast. VII. 5. (Nathum ich de comisiis verbonn: fed videarur XIII. 15.)
(m) De com. Rom. I. 5.

6. VI. De iis, que ipsa comitia precedebant.

Ante comitia per trinundinum, hoc est, per tres nundinas (cis (n) retun 270p 27) five per dies vigints & octo (*) edictum proponebatur, (faltern tempore Ciceronis: antea enim in magistratibus creandis hoc omissum videtur) quo dies comitiorum edicebatur, ut cives in agris, vel extra ur-bem degentes etiam adesse possent; idque lege Jania Licinia cautum erat. Cic. ad Att. II. 9. & ib. Manut Vid. eumd. & Abram. ad orat. pro Sext. 6. 64. Quod si legibus ferendis comitia effent, etiam summarium legis proponebatur, ut ita quisque, an ea suadenda, an vero antiquanda esset. apud animum statuere posset; & nundinis a latore legis recitabatur, ac ab amico aliquo diferto (qui author legis, (ο) Græcis δ γράφων (p) dicebatur) oratione habita suadebatur; qualis fuit. e, g. oratio Ciceronis pro lege Manilia, (& hoc idem fiebat in judicis), quod proprie est promulgare legem . Auftoritas fenatus etiam his comitiis . ut curiatis, accedere debebat; fed posterioribus temporibus patres ante suffragia in incertum comitiorum eventum auctores fiebant, quemadmodum capite præcedente de curiatis comitiis diximus. (4) Præterea ante comi-

⁽n) Dion. Hab. VII. 18.

(*) (Sed ressus Puremus de mund. Rem. III. rriaundimum air dierum seprem & decem suisse. Vid. Gronov. as Cell. XX. 1. Sie sane basse de sernis promulgationièus, que proclamationes dieimus, & que ossave quoque die suut, postema in diem xx. incidie, non in XXII. Et samen aliser etiam erratum in numero XXVIII. dierum; quas nundime decimo quoque die recurrissent servatum servatum in numero XXVIII. dierum; quas nundime opersuisse. Non ignoro quidem Macrob. Sat. I. 6 russices die esto diebus in agris opus fecisse; nono aurem die venisse Remam & c. Sed., nis pro VII. sciolus quis VIII. scirist. Remam oc. Sed., nis pro VII. sciolus quis VIII. scirist. Prema annum dies medis surint, un non mado Halie. seristi vII. 38, sed & Kalendarium vestus ostantes, in que ostone lisea et a b. c d c s g. h continue recurrunt. Quem (Macrobii) liberavii errorem fore omnes certatim sunt sequent. Et semit circa olympiadas commisso a multis error. Ignoscas quaso. lestor, s, quia succani libello care, justo. longior sui. (Viadatur onnime Cl. Drakenborch ad Liv. III. 35. F. R.).

⁽⁰⁾ Cic. al Act. I. 19. Svet. Jul. 16. (p) Lucian. Timonic. p. m. 151. (q) Liv. I. 17.

comitia auspicia rite capi debebant intra pomœrium: unde augusta centuriarum auspicia dicit Cic. pro Mil. c. 16. quod fi non recte effet factum; vel, fi effet obnunsiatum, hoc est, si infausta figua de celo effent nunciata, vitiofa erant comitia, & in alium diem rejiciebantur folemni formula auguris dicentis, alio die (r): posterioribus autem temporibus auspicia dumtaxat ad usurpationem vetustatis retenta funt. Non poterant hac comitia, ut neque alia, haberi, nifi diebus comissalibus, sive quibus cum populo agendi jus erat. Tali ergo die, facris in urbe prius rite peractis, populus in campum Martium descendebat: nam hæc comitia in urbe haberi non poterant, quia non nis exercitu imperato habebantur; (3) in urbe autem exercitum imperari nefas erat. Et olim quidem universus populus armatus, & sub signis conveniebat; postea vero pare populi in Janiculo monte excubuit, vexillo ex arce fublato; quod postremum Dionis Cassi tempore adhuc obtinuit (1). Ita inchoata comitia adhuc di. rimi poterant, si etiam tum obnunciatum esset; vel, si aliquis morbo comitiati, (quem caducum nos vulgo dicimus, & olim etiam major dicebatur (u)), corriperetur: veletiam fi tribunus plebis, autalius magistratus ejusdem auctoritatis (x). ac ille erat, qui comitia habebat, intercessisses sollemni illo verbo, vero (y); autetiam si vexissum e Janiculo monte avulsisset. (z) Etiam tempestate exorta dirimebantur comitia, ita tamen, ut magistratus, qui jam creatiessent, vitiosi non redderentur (a)

6. VII. Ipforum comitiorum ratio.

Congregato populo, magistratus, qui comitiis præerat, concionem ad populum habebat, (& tales

⁽¹⁾ Vid. Cic. Phil. II. 33. & thi Manut. (Briffen. de form. p. 119. form, p. 114.

(1) Fest. voc. justi dies, Dio Cassius, lib. XXXVII. (Gelmlius XV. 27.)

(1) Dio Cassius d. l.

(u) Fest. voc. probibero

(x) Vid. Ascon. ad Verrin. III. 46.

(y) Liv. VI. 33.

(2) Dio lib. XXXVII. de Rabir. perduellibuis reco.

⁽²⁾ Liv. XXXX. fin.

tales conciones interdum etiam interiola comitia habebantur ad emendicanda populi suffragia (b). Et quidem, si lex ferenda esset, ut eam populus vel juberet, vel vetaret : si vero magistratus creandi effent, ut ex iis candidatis, qui legitime petierant, quorumque adeo nomina accepta erant, ita ut eorum ratio comitiis haberi oporte-ret, magistratus eligeret: & ante legem tabellariam etiam alios, quam candidatos, populus creare potuit, modo ut' legibus eorum ratio haberi poffet.

6. VIII. De canditatis.

Candidati autem dicebantur, qui honores petebant, & boe intra legitimos dies profess (c) erant (d), a candida toga, quæ petitionis erat fignum: nam omnes quidem ditiores Romani vulgo albam togam gestabant, non tamen candidam, qualis erat cum fullones eam creta addita (e) splendidam fecifient : candidum enim proprie est vef-plendens, a verbo candere, quod idem notat ac splendere; unde Horatius etiam purpuream vestem eandere dixit (f), & idem rursus purpureos vocat olores (g): & fic quoque Græci λαμπρο'ν candidum (b), Asimo vero album vertunt. Tunicas autem non gestabant candidati, sive, ut ita submissiores viderentur, sive, ut cicatrices adverso corpore acceptas facilius monstrare possent (i). Candidatorum causa a magistratibus cognosci debebat, ne a populo honores indignis mandarentur; an. scilicet, etiam tum minores (*) effent canditati; an publico, vel turpi judicio notati, aut ambitus damnati, vel denique an eo tempore criminis ali-cujus rei agerentur. Quod fi eorum rationem babendam effe magistratus censuissent, (nam poterant

⁽b) Vid. infigne exemplum apud Liv. XXIV. 8.

⁽b) Vid. infigue exemplum apus Liv. A. A. V. S. (c) Cic. Agr. II. 9. Vell. Pat. II. 92. (d) Saliuf. Casil. 12. (e) Perf. Sar. V. 177. (f) Serns. II. 6. 103. (g) Od. IV. 1. 10. (Vid. bic Dacerium) (h) Vid. Lipf. Eleft. I. 13. Gruech. de comic. III. ₹ (i) Plus. Goriol. p. m. 130. A. & in problem. p. 176-(*) (I. c. an justos ad petendum bonorem annos non haberent.)

erant eorum nomina non recipere (k), tum hi sandidati per trinundinum (1) populum prensabant, hoc eft, hominum obvierum manus prebendebant, eofque amice compellabant; unde officiofissimam nationem candidatorum eleganter dicit Cicero, orat. in Pison. cap. 23. (m), & hoc jam biennio ante annum suum faciebant occasione comitiorum; at anno demum sequente petebant. (7) Cum dies comitiorum venisset, amicos quosdam, qui gratiofi effent apud populum, fecum habentes, ab iisque in campum deducti (o) candidati in colle Hortulorum, qui campo Martio imminebat, consistebant, ut ita ab omnibus possent conspici: præterea in concione, ad populum se petituros prositebantur, se jam aliquid in ejus gratiam, si honorem consecuti essent, sasturos policebantur (p). Habebant etiam servos, quos nomenclatores vocabant, (Grac. ἐνομαπλέγες (q), qui eos de mominibus civium obviorum monerent, (r) & diviferes, qui argentum populo dividerens (s): licet hoc fæpe vetitum, vel ad certam summam usque dumtaxat concessum sit (*), (*) Tum præterea erant sequestres. (Græc. \(\mu \text{pre} \text{in} \gamma \text{vos}), qui submittebantur ad corrumpenda populi sustragia (*), & apud quos pecunia promissa deponebatur; (y)-& denique interprete, per quos pactio (de suffra-gio alicujus pro certa pecuniz summa obtinendo). indiceretur (z).

6. IX. De ratione ferendi Suffragia.

Cum jam populus in centurias suas discessifiet, forti-

⁽h) Vid. elegans exemplum apud Vol. Max. IIb. 3. 3.
(l) Cic. ad Pam. XVI. 12.
(m) Et pro Muren. c. 33.
(n) Vid. Manne. ad Cic. Ast. I. I. init.
(o) Vid. Calash. ad Cic. Ast. I. I. p. 12. ed l. Grav.
(p) Vid. Cic. ad Ast. II. 13. & ibi Grav.
(q) Plust. Car. Mise. p. ma. 763.
(1) Merat. Ep. I. 6. 50.
(1) Nerat. Ep. I. 6. 50.
(1) Vid. Cic. Verr. II. 3. & ibi Afcon.
(1) Vid. Cic. Ast. 1. 18. Vid. omn. esiam Svet. Jul. e.
19. Lucan. I. 178.
(u) Vid. Perven. cap. 119.
(x) Vid. Cic. pro Catl. 7. 13. & alibi.
(y) Id. pre Planc. 18.
(2) Afcon. ad Cic. Verr. II. 12.

⁽²⁾ Asson. ad Cic. Ferr, II. 124

fortitio (inter classis primæ centurias) instituebatur: & centuria, quæ prima forte exibat, dice. batur prarogativa, (a) ejusque suffragium maximi erat momenti, (vid. exemplum apud Liv. XXVI. 22.) unde prærogativa pro signo futuræ voluntatis ponitur apud Cic. Verr. I. 9. & Catonem ad Cic. Fam. XV. 5. Hæc itaque a magistratibus vocata per ponticulos (b) quosdam in septum, sive ovile (c) transibat, (qui locus erat in campo Martio cancellis clausus (d), vel, si alio loco comitia haberentur, septa extensis funitus faciebant, unde espiσχοικό ματα ea vocat Appian. Alex-Civil. III.p. 885. ed. Tollii), eamque deinceps ordine relique centuriæ fequebantur. Tulerat quidem C. Gracchus legem. ut ex confusis quinque classibus sorte centuriæ vocarentur; sed eam perferre non potuit. (e) Etolim quidem ante a. u. 614. voce suffragia sèrebant; sed hoc legibus Gabinia, Cassia (f), aliisque tabellariis, (ut Papiria a. 622. Cælia a. 630. qua etiam in judicio perduellionis tabella data est) abrogatum est; ut ita plus libertatis populus in ferendis fuffragiis haberet. Ergo in introitu ponticulorum quisque civis a diribitoribus (g), (hi a diribendo, hoc est, distribuendo sunt dicti), accipiebat tabellas, (b) quibus, 6 magistratus creandi esset, inscripta erant nomina candidatorum. Si leges effent referendæ, in altera tabella erant litteræ V. R. fignificantes. uti rogas (i); quibus notabatur, eum, qui fuffragium dederat, ita censere, quemadmodum ille, qui legem tulerat, rogasset: unde formula initialis legum erat . coff. populum jure rogaverunt, populuf. que jure scivie (k): in altera vero tabella erat littera A. hoc est, antiquo. Si denique judicium habendum esset; in altera tabula erat littera A. notans absolvo; in altera littera C. notans condemno;

in ter-

⁽a) Liv. XXIV. 7.
(b) Cic. ad Ass. I. 9. (De prov. fexagenarios de pone; dejicere, vid. Erafm. & Sigon. de A. Jure. I. 17.)
(c) Lucan II. 197.
(d) Ovid. Faft. I. 51.

⁽c) Salluft. (vel alius or. II. de rep, ord. seu porius Ep. II. ad Cas. c. 2. (al. 16.) vulgo Sallusio adscripta.) (f) Vid. Vaillant. in Num. samil. gente Cassa n. 5. Cic de l'egib. III. 15.

⁽g) Cic. poft. red. in fen. c. 11. (h) ld. ad Atric. I. 14. (i) ld. l. d. & de leg. III. 17. (K J C ic. Philip. I. io.

in tertia litteræ N. L. hoc est, non liques (1): & hinc tabella pro ipio fuffragio ponitur. (m) Ex his tabellis quisque, quam vellet, in cistam (n), quæ in introitu ovilis a rogasoribus (o), (ita dicebantur , qui tabellas rogarent , five reposcerent) , monstrahatur, conjiciebat. Tum custodes, (crant autem hi omnes, ut & rogatores, & diribitores ex viris nobilissimis; (p) & quidem ex amicis ejus. cujus res comitiis agebatur; (q) qui quo effent majoris dignitatis, eo major candidati gloria habebatur (r): postea vero certi quidam custodes ex equestri ordine sunt creati), custodes, inquam, tabellas educebant, & punctis in aliatabella notatis fingulorum fententias numerabant, (unde pun-Ela vocantur fingulorum hominum fententia (s), & quod pluribus placuisset, per præconem pro istius centuriæ suffragio pronunciabatur. Sic dimissa centuria prærogativa, vocabantur aliæ centuriæ, quæ dicebantur jure vocate (t): & hoc eatenus fie-bat, donec major numerus centuriarum, nonaginta septem scilicet, in eamdem sententiam convenissent: ac quod illæ censuissent, omnino ratum habebatur. Quod si paria puncta unius centuriæ esfent, nullum ejus fuffragium pronunciabatur, præterquam in judiciorum comitiis: nisi centuria, quæ non damnasset, absolvisse credebatur (").

S. X. Finis comitiorum.

Candidatus, qui suffragiis vicerat, statim a magistratu comitia habente appellabatur, & precatione follemni habita defignabatur, ac magna rompa domum deducebatur. (x) Primum autem a populo pronunciari perhonorificum habebatur (*). Postquam consules Kalendis Januariis magiffratum

⁽¹⁾ Vid. Gell. XIV. 2. (m) Cic. Famil. 1. 9. ((n) Auffor. ad Heren. 1. 12. II. 12. (0) Cic. poft. red. in fem. e. 11. (p) Id. in Pison. c.15.

⁽q) Id. post red, in sen. c. 7. (t) Ib. 11.

s) Horar, de arre poer, 343. Cic. pra Mur. c. 34. Id pro

⁽t) Vid. Liv. XXVII. 6. Afcon. ad Aff. in Verr. I. .

⁽D) Vid. Dion. Hal. VII. 64-(7) Gig. pro log. Manil. c. 1. Id. in Pil. 64 "4

stratum inire coeperunt, comitia consularia Julio vel Augusto mense habita sunt; prætoria paullo post. & censoria circa idem tempus: sed censores Ratim, ac creati essent, inibant (2). Et mature adeo hoc fiebat; tum, ne periculum effet interregni; tum, ut spatium haberent discendi ea, que ad munus fuum pertinerent; &, ut inquiri pof-set, an per ambitum essent designati.

Manserunt hæc comitia (ut etiam tributa, de quibus mox dicemus, libera, ad Julium Cæfarem usque, qui comitia cum populo partitus est, ita, (a) ut, exceptis confulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia. quos populus vellet, pronunciarentur; pro altera parte, quos ipse dediffet. Ab Augusto libertas comitiorum aliqua ex parte restituta est (b): sed a Tiberio penitus neglecta funt; (c) & pottea omnino in principis potestate fuerunt; ita tamen, ut etiamnum haberentur (d).

APUT VIII.

De Comitiis Tributis.

§. I. Definitio & origo borum comitiorum.

Ertium genus comitiorum erant comitia eria buta, (h quae ris e nuano (a), quibus ex regionibus & locis, hoc est, tributim fuffragia ferebantur. (a) Haberi primum coeperunt altero anno post creatos tribunos plebis, hoc est, a. u. 263. occasione C. Marcii Coriolani; (b) qui in judicium a tribunis plebis vocabatur, quod in magna annonæ caritate enixe in fenatu contendisfer, ne frumen-

Liv. XXXX. 45. Suct. Jul. 6. 41. Id. Aug. 6. 40. (c) Tac. Annal. I. 19. (d) Via. Cl. Noose. Offere. I. 3. (a) Leilus Felix apad Gell. XV. 17. (b) Pion. Halic. VII. 59.

tum e Sicilia advectum populo divideretur: (c) qua ratione plebem ad ultimam necessitatem redigere volebat, ut ita optimatibus obsequentior esset. Quia autem apud optimates gratiosus erat Marcius, & centuriata comitia, ut diximus, in potestate ditiorum sere erant; fore videbant tribuni plebis, ut Coriolanus absolveretur: ergo voluerunt, ut populus tributim vocaretur; quo casu aque pauperiorum, ac ditiorum suffragia valebant. Sed magis hac comitia frequentari coeperunt post legem Pulliliam latam a. u. 282. qua cavebatur, (a) ut plebeji magistratus tributis comitiis sierent.

§. II. Causa borum comitiorum .

Habebantur hæc comitia ob quatuor causas : quarum prima erat magistratuum creandorum; secunda, sacerdotum subrogandorum; tertia, legum sacerdorum; quarta indiciorum apprendenti.

forendarum; quarta, indiciorum exercendorum. 1
Magistatus, qui his comitiis creabantur, erant
primo, omnes magistatus urbani minores ordinarii; quales erant ædiles curules & plebeii, tribuni
plebis, quæstores, triumviricapitales, (*) nocturni, monetales, tribuni militum comitiales (f),
(licet hos inter urbanos magistratus non referam),
cet. Secundo, magistatus urbani minores extrardinarii, ut præsecti annonæ, duumviri navales,
quæstores parricidii, curatores viarum, cet. Tertio, magistratus provinciales ordinarii; proconsules
nempe (g), propræsores, & proquæstores. Quarto,
magistratus provinciales extraordinarii, ut triumviri, vel quinque-viri coloniarum deducendarum,
vel agrorum dividundorum causa creati.

Secunda horum comitiorum caussa erat subrogatio sacerdotum. Et quidem ante legem Domitiam (b) latam a. u. 650. solus pontisex maximus his comitiis creabatur, reliqui vero sacerdotes a collegiis suis cooptabantur: postea vero non

tan-

⁽c) Liv. II. 14. (d) 14. 9. 36. (e) Cic. pro Cluent. c. 13. (f) Vide Afcon. as AB. I. in Verr. 10. (g) Liv. VIII. 21. XXIX. 13. cete (h) Vid. Svet. Neven. 6. 2.

tantum omnes pontifices, sed etiam augures, secia-les, septemviri epulones, & quindecim-viri sacris sa-

esundis his comitiis creati funt.

Tertio, his comitiis ferebantur leges, qua dicebantur plebiscita (i); & erant variæ, ut de imperio triumphaturis die triumphi fui in urbe decernendo (K), de civitate danda, de folvendo aliquem legibus, de quæstionibus publicis constituendis . & maxime de fœdere cum hostibus feriendo (1).

Quarto denique comitiis tributis exercebantur iudicia, non quidem capitis; quod centuriatorum erat, ut diximus, sed quibus alicui mulca irrogabatur (m); vel etiam, si quis capitis damnatus ad populi judicium venire recusaret, hac comitia ad exilium ei indicendum sufficiebant (n).

6. IIL De personis, que bis comitiis interveniebant.

Habebantur hæc comitia, si magistratus creandi essent a distatore, vel consule, vel tribuno militum consulari potestate; nisi quod tribuni & ædiles plebis a tribunis plebis crearentur (0). Sacerdotum comitia nemo, nisi conful, habebat: (quod ex Ep. 4. Ciceronis ad Brutum colligi potest) judiciorum vero & legum comitiis confules, prætores, vel tri-

buni plebis præerant.

Interesse his comitiis poterant omnes, qui centuriatis, nempe cives jus suffragii habentes; quamquam Latinis etiam aliquando datum fit ex indulgentia magistratuum, ut in tribu prærogativa suf-fragium serrent (p). Quidam duas habebant tribus, alteram, in qua erant nati, alteram, vel jure adoptionis; (ut Augustus Fabiam & Scapitam Suet. c. 40.) vel in præmium accusationis de repetundis (q). Vel denique emptam, ut quis majorem in distributionibus partem haberet (+). 6. IV.

⁽i) §, 4. Inft. de jure nat. gent. & civil.
(K) Liv. XXVI. 11.
(1) Liv. XXXIII. 23.
(m) Id IV. 41. XXVI. 1.
(n) Id. XXV. 4. & XXVI. 3.
(o) Val. Max. VI. 3. ex. 2.
(p) Vid. Liv. XXV. 3.
(q) Cie. pro-Batdo c. 23. feqq.
(1,) Panvin, de yiv. R. 283. edit. Grav.

5. IV. Rutio borum comitiorum.

Reliqua fere cum centuriatis comitiis communia habebant, fed hoc his comitiis peculiare erat. quod etiam inconsulto senatu haberi possent (f) & auod auspiciis non impedirentur; nifi hactenus si de cælo servatum esset (;); plebeii enim ma-Bistratus auspicia non habebant; (u) & hoc quia ex institutione Romuli sacra solis patriciis erant commissa (x): unde plebis in his comitiis major erat Potestas (7).
Locus his comitiis erat, si magistratus quidem

creandi effent, campus Martius; si leges ferenda. vel iudicia exercenda, forum, vel capitolium, vel etiam aliquando circus Flaminius (2): & fi forum, loca ibi fingulis tribubus funibus tenfis distinguebantur; (a) quod etiam Athenis olim uli-tatum fuit (b).

Singulare etiam in his comities erat, quod fi facerdotes creandi effent, non omnes tribus int fuffragium irent, fed ex lege Domitia (quam abrogavit Sulla, restituit Labienus tr. pl. a. u. 600. (c)) septemdecim duntaxat ad id forte legerentur ita ut, qui a novem tribubus renunciatus esset. facerdotium obtineret (d).

Magistratuum comitia habebantur circa Kalendas sextilis; sacerdotum, cum aliquis sacerdos abiisset; reliqua vero, ut legum & judiciorum, omnibus comitialibus diebus haberi poterant.

Desierunt hæc comitia eodem tempore & mo-

do, quo centuriata.

C S E-

⁽a) Dion. Hal. IX. 41. (t) Cle. in Vacin. c. 8. (u) Liv. IV. 6. (u) Liv. v. 6.
(x) Diom Hafic. II. 9.
(y) Vid. Vales, ad Liv. II. 56.
(z) Liv. XXVII. 21. Plut. Marc. p. m. 114.
(a) Diom Haf VII. 50.
(b) Vid. Pall. Onomafi. VIII. 5. 20.
(c) Dio lib. XXXVII. p. 77. edis. reg. (d) Vid. Cic. Agrar. 124 7

SECTIO SECUNDA

APUT

De Magistratibus in genere.

6. I. Magistratus definitio & etymon.

Magistrains species est bonoris publici : publicus enim bonor est jus & titulus super cereros lege, aut moribus concessus: & est vel divinus ut facerdotum ; vel bumanus : qui rurfus est vel dignitas, ut fenatorum, & judicum; vel poteffas. Que eft entra urbem ; vel denique magifratus , qui eft in urbe : & omnes quidem magistratus cum pose. Bate erant; fed cum imperio illi tantum, quibus id

nominatim lege a populo datum effet.

Dicitur autem magifratus a magiftro: magifler porro est, qui plus alies potest. (a) Omnes olim preseres dicti funt ; (b) vel, quod ceteros honore preis gent ; vel , quod aliis præffent . Sic declator apud Livium VII. 3. in lege antiqua de clavo figendo dicitur prator maximus: de confulibus ita loquitur Cic. de legibus III. regio imperio duo funto: sique præeundo, judicando, consulendo, prætores judices, consules appellantur. Immo etiam procomfules, legati Cafaris, five prasides; quin & prafecti vigilum, & ediles, pretores quandoque vo-"cantur. Immo prætor dicitur pro facerdote abud Gruter. p. 218. n. 6. 7. & p. 398. n. 7. (c).

S. II. Magistratuum divisio .

Magistratus Romanorum suerunt varii generis, & dividuntur primo a temporibus, quod alii fint ordinarii, qui statis temporibus & semper in republica fuerunt; alii extraordinarii, qui non semper. Ordinarii magistratus fuerunt consules, prætores, ædiles, tribuni plebis, quæstores, aliique:

^(*) I. 57. D. de verb. fig. Peft. ves. magisterate. (b) / fccu. ad Cie. in Verr. 1. 14. fc) Vid. Celeb. G. Noods. Probab. I. 6.

wetraordinarii, distator cum suo magistro equitum ; censor, interrex, & plures suo loco dicendi.

Secunda distinctio magistratuum procedit a per-Towis, quod alii fint patricii, alii ple'eji, alii denique mixu. Et initio quidem reipublica omne magi-Aratus erant ex patriciis; sed processu temporis honores omnes cum plebe communicati funt . præter folum interregnum : quemadmodum de fingulis mox dicemus. Plebeji autem magistratus fuerunt tribuni & ædiles plebis; reliqui omnes mixti.

Tertio dividuntur a qualitate in majores & minores, idque duplici ratione: primo enim majores magistratus dicuntur, qui majora habent auspicia (d); scilicet consules, prætores, & censores; minores, qui minora; inter que differentiam non aliam flatuit Mellalla apud Gellium loco in margine citato, quam quod majora minoribus magis rata effent : lecundo majores dicuntur, qui lictorem, vel viatorem habent; quos nec ædiles, nec ouæstores babuerunt.

Quarto ab infignibus; fuerunt enim magistratus quidam curules, quidam non curules. Curules magiffratus erant, quibus jus erat fella curuli (*) utendi: quod competebat dictatori, confuli, pratori, ædili curuli: non curules, quibus id ius non competebat, qui erant reliqui omnes.

Quinta denique inter magistratus differentia fuit a locis: quidam enim erant urbani, quidam provine ciales; quales fuerunt proconfules, proprætores.

& proquastores.

6. III. De us, qui apri ad magifiratus. & de lege annali.

Habilitas ad magistratum gerendum duplex repuirebatur, altera a gente, altera ab annis. A gente olim quidem maxime, cum soli patricii magi-firatus gerere possent (e): sed hoc paullatim, ut diximus, mutatum est; & per sactiones & secessiones plebis effectum fuit primo, ut a. u. 261. crearentur (f) tribuni & ædiles plebis, qui peculiares plebi

1 2

⁽d) Gell. XIII. 15. (*) Huggs voc. ergmon. vid. spud Gell. HI. 18. (c) Dion. Hal. II. 8. 9. (f) Liv. II. 33.

plebi magistratus suere. Deinde a. u. 344. primis de plebe quæstores sunt creati. (g) a. u. 353. primus tribunus militum consulari potestate, (h) & a. 387. primus de plebe consul sastus est; (i) anno autem sequente primi ædiles curules. (k) a. u. 397. primus dictator, (i) cum jam a. 385. magistet equitum de plebe dictus esset. a. u. (m) 402. idem ille, qui primus de plebe dictator suerat, cenfuram est (n) adeputs: & denique annus urbis 417. primum prætorem plebejum (o) vidit, ita utsola interregia potestas penes patricios remanserit, nec

plebi umquam communicata fuerit.

Habilitas altera fuit ab annis, utique post lègem annalem, five annariam (p) a. u. 573. a. L. Vik lio Tappulo latam (7), qua certus etatis annus fingulis magistratibus capiendis præfixus fuit: (r) quamquam forte jam antea aliquid ea de re confitutum fuerit: sed vix aliquid certi; (vid. Cir. Pbil. V. 17. Tac. Ann. H. 22.) & hac lex novam quamdam formam illi rei induxisse videtur ; unde etiam ille Tappulus Annalis cognominatus est. Quis autem annus cuique magistratui petendo præfixus fuerit non fatis lignet. Quidam quæsturæ nullum certum annum, alii tricefimum primum, alii vicefimum feptimuma ad fignant: Lipsius autem (f), ut mihi quidem videtur, verosimilius vicesimum quintum. Tribunatui & ædilitati Lipsius septimum vel offavum & vicesimum annum adscribit; cum alii dicant ædilitatem anno demum tricesimo septimo ætatis geri potuisse. Manutius vero de legibus e. 6. putat, hanc legem curules tantum magistratus spectage. Quidquid sir, constat præturam biennio post ædilitatem geri suisse solitam (1). De con-

fulatu certumest, quadragefimum tertium (u) annum ei præfixum fuiffe: fub principibus autem hæ leges fere funt neglectæ. De extraordinariis magistratibus quid obtinuerit, adhuc incertius est; nisi quod constat distatores (x) & censores sere ex consularibus creatos suisse. In municipiis quoque & coloniis talis quædam lex fuit, (y) quemadmodum etiam de ienatoribus & equitibus fimilia divimus. Observari hic velim ritum singularem, qui sub impp. obtinuit, (sub rep. id non invenio), ut pro fingulis liberis gratia unius an-'ni petenti fieret ; quod retulit Ulpianus l. XIX. ad I g. Jul. & Pap. (2)

S. IV. Communia magistratuum.

Leges præterea omnibus magistratibus communes gerem inives , nife addicentilus avibus : lex oxers lia . de ordine in magestratibus gerendis servando; ne, scilicet, quis, exempli causa, præturam ante quælturam, vel consulatum ante præturam gereret (a); quemadmodum ex ædilitate omissa prætura consulatum petere licitum non fuiffe videmus apud Ciceronem Phil. XI. 5. ubi omnino vide noeas in editione Gravii . Lex etiam prifca fuit de intervallo magistratuum, que vetabat, ne intra decennium idem magistratus repeteresur. (b) Magi-Aratus etiam plures, (majores certe & ordina-rii) ab uno simul geri non poterant; sed laba-scente libertate hæ leges, ut reliquæsimiles, vulgo neglecte funt. Commune præterea omnium magistratuum erat , quod intra quinque dies , quam magistratum inivissent, in leges jurare cogerentur (e): & quod iis magistratu defunctis diem dicere liceret, si quid forte ea occasione deliquissent (d). Atque hæc fere sunt communia magistratuum; transeamus jam ad singulos.

⁽u) Cic. Phil, V. 17. (Sequencia ex. 1. ed. his reperere wee abs re fueris: led flante rep. aliquando cives gration his legibus foluti funt. Liv. XXV. 1.

⁽x) Liv. II. 18. (y) Plin Ep. X. 84. (2) L. 2. D. de minerie.

⁽²⁾ Appian. Alex. Civ. I. 413. Afcon. ed Or. pre M.

Scauro P. 175. ed Lugd. Bat. 1675.

(b) Liv X. 13. Plut. Coriel, p. 214. init.

(c) Liv XXXI. 59.

(d) Id. XXXVII. 57. Exempl. vid. sp. Sveton. Jul. e. 23.

CAPUT

De Rege, & de Tribuno Celerum.

6. I. De Rege .

N Ascente urbe Roma, ut jam supra vidimus. regium imperium more illorum temporum. (a) reliquis est prælatum: fed illud non absolutum, verum arctis satis limitibus circumscriptum: præcipua enim regum munia erant hæc, (b) quæ fequuntur: facrorum omnium curam supremam habere; legum, morum, & juris patrii custodiam gerere; injurias maximas judicare; fenatum habere. ejusque decreta ad populum referre, atque ita tata. facere (c); populum ad concionem vocare, ejufque & fenatus decreta exfequi. Et hæc quidem in pace; in bello vero maximam potestatem habebant. quia res belli celeritatem plerumque & arcanum desiderant, ita ut pluribus facile communicari nequeant: fed hoc ita tamen, ut fummum rerum arhitrium, ac jus belli & pacis semper effet penes populum (d), quemadmodum jam alibi diximus.

Infignia regum fuerunt corona aurea (e), sceptrum, & lella ex ebore curulis : (Grec. Sippos ap-Maties (f)) tum trabea, five, toga purpurea immixeo albo ; lictores duodecim cum fascibus & securibus, quos jam inde a Romulo inflitutos fuisse quidam volunt, alii a Tulio Hostilio, plurimi, & verius, ut videtur, a Tarquinio Prisco (g). Regnatum est Romæ per annos 243. (verius 244.) a septem Regibns, quorum ultimus fuit Tarquinius, qui distinguendi a superiore Tarquinio causa, a scriptoribus Superbus est dictus, (non enim ei viventi hoc nomen adhæsit, non magis quam brevibus, calvis, balbis, &c. Franciæ regihus; vet ei, qui patriam nostram olim injuria oppressit, Godefria do Losbaringia duci Gibboso vulgo disto), & propter fuperbiam & crudelitatem urbe fuit eje-Aus

⁽a) Juft I. 1. (b) Dion. Hal. II. 14. (c) Id. VII. 18. (d) Dion. Hal. I. d. (e) Id. IV. 74. & 75. (f) Vid. Pollus, X. 11. 474. (g) Flor. I. 5.

Plus (b). Et hinc postea ortæ suerunt locutiones: regii Spiritus, regia superbia, tegie facere pro crudeliter. (vi d. Ampliff. H.R. Scheleum de jure imperit, p. m. 107.) licet non nominis regii pertæfos fuiffe Romanos, sed fastum crudelitatemque regis perefor teletur Horaius apud Livium Ill. to.

6. II. De tribuno celevana.

Institutus est etiam a Romulo profestus, vel eribunus celerum, quorum primus dicitur fuiffe, ut jam c. 3. prac. fect. diximus, quidam Fabine Celer (i): hic equitibus proprie præerat, & proximam a rege dignitatem & potestatem in bello obtinebat (K), ficut postea apud distatorem magister equitum: fed pulsis regibus etiam hic honos suit gestari desitus; immo a Numa jam dimissos celeres vult Plutarchus in Numa p. m. 64.

CAPU III.

De Confulibus.

6. I. De nomine & inflitutione consulum .

C Ummus libera republica omnium bonorum pupus Il finis fuit consulatus (a): unde Greci eos υπάτυς vocant, quali fammos dicas (b). Et fub imppi consulatum ipsa præsestura prætorii superiorem fuisse ex L. 1. Di de senator probat egrepiniano sue c. 14. S. 7. Olim triplici nomine hic magistratus appellatus suit : ita enim loquitur Greero in loco capue primo bujus sectionis citato, regio imperio duo sunto: isque praeundo, judicando, consulendo, pratores, judices, consules appellantor. Consulere autem hic videtur significare ad senatum referre: nam hoc inter præcipua confulum munera fuit. Quintil. vero Instit. oratoriar. 6. dicit sonfulere verbum idem olim fignificasse, quod judicare; atque inde quosdam putare consules effe

⁽h) Liv. I. 600 (i) Dion. Halic. II. 13. Plus. in Romule p. m. 23, \$\mathbf{T}\$]40, (K) L. 2. \$\mathbf{N}\$, 15. D de orig. jur. (a) Cie. pro Plance c. 250 (b) Dion. Hall. IV. 76.

effe dictos . Pomponius denique IC. L. 2. S. 18. D. de orig. jur. (c) consules, ait, dichi sunt ab eo, quod plurimum reipublica confulerent . Pratores autem funt dicht auod præirent jure & exer-Eitu (d).

Initituti funt confules flatim post reges exachos (e) a. u. (*) 244. cum respublica guberna-toribus carere non posset. Creati autem sunt bini, ne unius imperium libertati pericu ofum foret: nam, ut Q. Catulus dicebat, non sape unus con-Jul improlus, duo vero numquam poft Romam condisam fuerant, excepto illo Cinnano tempore (f): annui funt creati, ne diuturnitate imperii infolescerent (g); unde etiam, si alter consul mortuus effet, in religuum anni tempus alius ei subrogabatur (b), qui dicebatur suffectus; fed hic comitia rogandis confulibus habere non poterat (1).

6. II. Infignia confutum.

Insignia consulum sucrunt primo, liciores duodeeim cum fascibus (k) & securibus, (quibus etiam aliæ gentes Latii utebantur (1)): & initio quidem quisque consul duodecim fasceshabebat; sed mox ex lege. Valerii Poplicola penes alterum dumtaxat confulem (m), idque alternis mensibus, fasces sue-runt: licet paullo aliter hac explicet Dion. Häl, V. 2. qui etiam tradit, penes eum consulem, qui fasces habebat, imperium quoque fuisse. Præcede-bant singuli & in lineam, unde listor, qui prozimus erat consuli, postremus dicitur (n). Antiquis temporibus prior fasces sumebat major natu (o): post legem vero Juliam de masisandis ordimilus latam ab Augusto imperatore a. u. 726, ille. qui plures liberos habebat; vel , fi par numerus liberorum

⁽c) Vid. eriam Cic. de orat. II. 19. (d) Varro de ling. Las IV. 14. Vid. enm. enmd. de vé. \$a P. R. II. apud Nonium p. 53. edir. opt. (e) Liv. 1. 60.

^{(*) (} Verius 249. Alias autem annorum patim citatorum

^{(*) (}Verius 143. Alias autem amorum padim citatorum differentias adnosare superscheduns .)
(f) Cic. post red. in senat c. a. (g) Flor, I. d. (h) Liv. II. 2. (i) td. XXXXI. 18.
(K) Horas. Od. II. 160, 9. Ovid Pont. El. IV. 9. 42.
(I) Diom. Has. VIII. 44. (m) Fal. Max. IV. 1. exempl. 1.
(u) Cis. Divis. I. 22. quens locum non babes Lips. Elest.
1. 23 ubi fussime agis de tistoribus.
(0) Plus. Popl. p. no. 103. Gell. II. 15.

Forum effet, ille qui maritus erat (q. Invenio etiam priorem habuisse fasces consulem, qui primus renunciatus erat (1). Alterum autem consulem ac-census, hoc est, minister quidam publicas præce-debat, listores pone cum virgis & bacillis sequebantur (1): aliquando autem servatum suit, ut alternis diebus fasces permutarentur (:). Secures etiam Poplicola, (qui, quod tot leges populares tulisset, a populo colendo Poplicola est distus (u)), fascibus exemit ; saltem in urbe ; nam extra urbem eas retinuerunt (x). Secundo utebantur fella curuli eburnea, ut antea reges. Tertium fuit, toga pratezta, hoc eft, que in extrema ora purpuram pretextant haberet; & hinc olim quidem ante deos Penates primo magistratus sui die sumebant ; postea vero ex templo Jouis Capitolini, ubi publicitus fervabatur (y). Quarto gestabant scipionem ebur-neum, (z) quod vulgo minus notum. Sub imperatoribus imminuta quidem consulum aufloritate. fed aucto fastu, plura insignia accessere, ut soga picta, (a) laurus in fascibus, (b) secures iterum iildem additæ &c. (¢).

6. III. De consulum potestate & munere.

Sunt itaque, ut vidimus, confules loco regum Creati; & initio quidem pleno eorum jure; (d) Auemadmodum etiam omnia eorum infignia primi Consules tenuere (e); unde reche Citero loco paullo antea citato imperium corum regium vocat. (f) Sed primo statim institutionis corum anno hoc jus imminuit ille, de quo jam diximus, Poplicola; lege lata de provocatione ad populum : nam ea quidem, ut notum est, jam tempore Tulli re-gis obtinuerat (g); sed tyrannide Tarquinii - · C

⁽q) Svet. Jul. 2. 23. (t) Liv. IX. 8. (4) Svet. Jul. 6. 20.

⁽t) Diarium verus apud Pigh, ad a, u. 385, (t) Dion. Hdi. V. 19 (x) 1d. X. 59. Liv. XXIV. 9. (y) Vid. Capit. in Ger. dian. c. 4. (z) Dion. Halie. III. 62. Juven. Sat. X. 43. Vopife. Aurelian. 6. 13.
(a) Lamprid. Alex. Sev. 6. 40,
(b) Mirtiah X. 100,
(c) Vid. Claudian. prol. II. in Eutrop. 7.

⁽d) Liv. IV. 3.

⁽c) Id. IJ. 1. (f) Vid. & Ouid. de Pone. IV. Eleg. I. 9. 85. 4 8) Vid. Liv. 1. 26 .-

Superbi obliteratam renovavit Valerius: tempore vero Ciceronis in desuetudinem abiisse vide. tur. (b) Huic addidit leges de fascium submisfione (i), quæ populo fiebat, & de magistratu injustu populi non gerendo (k). Postea vero eorum potestas etiam magis imminuta fuit, cum tribuni plebis fuerunt instituti, quibus jus datum fuit intercedendi omnibus omnino magistratuum actis. Tamen etiam postea aliquando extra ordinem summa poteftas (& eadem, quæ dictatoris: vid omnino Liv. VI. ig. quod Pompejo in III. consulatu obtigit vid. Asc. ad Orat. pro Mil. c. 25.) illis delata. fuit ; turbidis , scilicet , & in summum discrimen addustis civitatis rebus, sollemni senatusconfulti formula (1): viderent consules, ne quid respublica detrimenti caperes . Hoc Græci dicebant, Sid opperisos duras ixou, use undemar erotpisho ro Snuosio ounshival: (m) eaque forma fenatus consulti ultimæ femper necessitatishabita est: (n) & aliquando etiam prætores, tribuni plebis, & proconsules, qui ad urbem erant, ea formula comprehensi fuerunt . (0)

Et semper quoque stante republica multa sorum munia, magna & amplissima plane dignitas fuerunt (p); ita ut Curio non fine ratione Ciceronis confulatum vocaverit and five (a) Nam Prime caput erant totius reipublice . & tante anctoritatis, ut reges & nationes exteræ gloriæ fibi ducerent, fi in corum tutela forent (1): & hinc omnes magistratus ipsis erant subjecti, præter tri-

bunos

⁽h) Ipse Phil. I. 9.
(i) Vid. Liv. II. 7.
(K) Dien, Hal. V. 10.
(l) Vid. omn. Manut. ad Cic. Phil. V. 12. Sall. Catil.
29. Liv. III. 4. (Ad alios quoque maghiratus S. C. bujufmod. pertinebat. Vid. exempla apud Brisson. de form. II. p. 1/2.

⁽m) Dio l. XXXVII.
(n) Liv. III. 4.
(o) Caf. de bello civil. I. 5. Sall. Frague. hift. 1.
(p) Polyb. VI. 10.
(q) Cic. ad Art. I. 36. mam licer hoc maxime speller op. pressorem conjuvationis Carilinaria, & reliqua gesta Cicere.
wis, some visua deguirare m consularem moras.
(t) 1d. pre Sant. 30.

bunos plebis; qui, ut diximus, omnibus corum actis intercedere poterant . Secundo , militiæ tem. pore supremam potestatem obtinebant, quemadmodum antea reges : tribunos militum (pro parte ; nam pars creabatur a populo,) centuriones prafectos constituebant (s). Terijo, imperium in provincias habebant: & fubditos inde evocare (1). coercere, punire poterant. Quarto, populum convocare, cum eo agere, leges ad populum ferre. iisque de se nomen dare poterant. Quinto, litteras omnes a præsidibus provinciarum, vel exrecipiebant, (u) legatos audiebant, fenatus vel populi decreta exequebantur. Sexto. fenatum convocabant, confulebant, fententias numerabant, eumque dimittebant. Septimo denique annus ab iis denominabatur (x): quod etiam apud Athenienses solebat fieri ab uno ex archontibus qui enserve inde dicebatur (y). Et hæc om nia ita obtinuerunt, quamdiu libertas reipublicas constitit: ea vero Julii Czsaris, secutorumque proxime principum scelere oppressa, consulebant dumtarat fenatum, & principum placita ad eum referebant, (z) tutores dabant (a), servos manumittebant, (atque inde quidem consulare munus aufpicabantur) (b) , (c) vestigalia lo-cabant (d) , (quod antea cenforum erat) ludos quosdam publicos edebant, annum nomine signabant : quo eleganter alludit Seneca, Ep. 4. his verbis : nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat; qui inter magna bona multos consules numerat. Cum vero fub imperatoribus plures in fingulos annos confules crearentur, (ut ita sensimeorum dignitas evilesceret) : a primis tantum, qui ordinarii dice.

⁽⁽⁾ Cic. de legib. III. Polyb. VI. 24.

D (t) Cic. AB. in Verr. 7. D 18 D [in Verr. 33. 11. D

39. Id. Attic V[iI. 21. Tac Ann. XIII. 4.

(u) Cef. de bell. civ. I. 1. D 6.

(x) Eucan. V. 300. Senec. de benefic. III. 16.

(y) Polivx. V[iI. 2, 80. Paulin. Lacon.

(z) Ovid. de Pont. El. IV. v. 17.

(a) Capir. in Anton. philof. 10.

(b) Claudian. in Europ. 1. 3.0.

(c) I. Ann. Marc. XXII. 4. Claud. I. c.

(d) Ovid. d. 1. 17. D El. IX. 45.

Sect. 11. Cap. 111. 6. 2. bantur (e) & reliquis honoratiores erant, annus denominabatur; reliqui vero dicebantur suffetti. (f) quemadmodum tales jam, libera republica, vo-catos fuisse vidimus. Quin alii adhuc sub principibus fuerunt consules bonorarii, qui ex codicillis tantum a principe acceptis hoc nomen confequebantur (g).

6. IV. De aliis risibus consularibus.

Antiquis temporibus, five ante primum bellum Punicum, Kalendis Martiis confulatum iniisse videntur (b), quod tamen non fatis certum est: sed post a. u. 598. Kalendæ Januariæ huic rei deflinatæ funt. (1) Eo die consules primo mane a senatu & populo domi suæ falutabantur, quæ solemnitas proprie officium dicebatur, que vox in genere fignificat id, quod studir, aut cultus gratia alicui exhibemus. Ettque hic actus posterioribus temporibus processus consulares dictus. Vid Spanbem. de ul. & prestant. numism dif. XII.p. 457. (K) inde in Capitolium ducti vota concipiebant (1), &

(c) Vide Sves. Domis. 6. z. (f) Id. Jul. e 80. (g) Cassod. Variar. I. 20. Guther. de offic. domus Aug.

⁽h) Ovid. Paster. III. 47. (h) Ovid. Fafior. III. 47.

(h) Ovid. Liv. Epir. 47. Ov. Fafi. P. 81. (Us confulation an norum vario clarius appareas, pausis, quid poß Scalingti. Peravii, Sigonii, Dodwelli sensentias cognisas discri. Peravii, Sigonii, Dodwelli sensentias cognisas discri. Peravii, Sigonii, Dodwelli sensentias cognisas discription and sensentias confusion de la confusion serat deci quod ex tot tantifue turbis, intervegnis, volgue publica mutationibus ortum. Deinde no a. u. 530. and 539. Kal. Martiis. Postrema ab a. u. 555. confanta Kal. Jananiu magistratus curules: inibantur. In Epis. ausem Livianium legitur: cost a 539. Kal. Martiis. Postrema ab a. u. 555. confanta Kal. Jananiu magistratus curules: inibantur. In Epis. ausem Livianium legitur: cost a 530. ab u. c. magistratum, peratis comitiis injequentique anni confulibus creatis, inire ceperunt. Mutandi consetta causa fuit, guod Hispani reballabant. Ped Dodwellus in Chron. Dien. p. 54. ante verta inire ceperunt fic interpolas: (abdicarum novi autem cost. Hincitiques, Ovid. Past. III. 147. parum a nostro fuisse turbicum, quum ais: ad sparium belli, perside Pene, tai. Quod Nieupovinus exponit ad 1. belli Punici intitum; at ego cum Neap. de fine III. Punici belli interpretor. Si quis reservat, aversam fuisse Carthaginema u. 650. buneque mumerum actures mobis chronologiam, fulli amemorabilem eigue rei epacham proximam dare voluisse.

(K) Ovid. de Pens. IV. El. 41.

(1) Vide Lampr. Heliog. 6, 15.

boves fingulos Jovi immolabant (m); ac deinde fenatum habentes munus fuum auspicabantur (n): & de feriis Latinis habendis ad senatum referebant (o). Intra quinque dies post initum magistratum in leges jurare debebant (p), quod etiam secisse videntur, cum designati essent: atque ita cum magistratu abirent, jurejurando declarabant se leges servasse (9) concione de rebus a se gestis ad populum habita. (r) Tum etiam his primis diebus provincias inter se sortebantur, vel com-Parabant (s), hoc est, sine sorte de iis conveniebant. Legitimum annum consulatui gerendo diximus fuisse quadragesimum tertium; quamquam vi vel gratia sæpe juniores consules facti sint. (*) Qui autem reliquos magistratus bene gestissent, deberi sibi consulatum quodammodo putabant; unde suum annum petitionis dicebant (t).

5. V. De duratione consulatus.

Fuerunt Rome consules ex solis patriciis ab a. u. 241. ad a. 302. (**) quo decemviri consulari potoffate creati funt; sed post duos vel tres annos iterum consules ad annum urbis usque 309, ex quo aliquando confules. aliquando tribuni militum con-Sulari potestate, prout vel plebs, ve patres contentionibus vicerant, creati funt: donec a. u. 387. plehs pervicit, ut alter utique consul de plebe creare-tur; quorum primus suit L. Sextius Sextinus Lateramus (u): & postea obtinuit, ut duo quidem consules plebeji simul sieri possent; patricii vero non

⁽m) Ov. de Pont. IV. El. 9. 19.
(n) Vid. amn. Liv. XXI. 63. & XXII. 2. XXVI. 25.
(o) Cic. or. poft red. ad Quir. c. 5.
(4) Liv. XXXI. 50.
(9) Vid. Plin. Pangs. c. 64. Cic. Fam. V. 2. & not. ad eumd. ad Art. VI. 1. p. 592. ed. Grev.
(1) Cic. Famil. V. 2.

⁽a) Liv. XXIV. 10. & albi. (Caf. de bell, civ. I. 6.) (*) Svet. Aug. c. 16. Cic. Phil. V. 17. (t) Vid. Cafaub. ad Cic. Att, I. init. R. Cic. de petita

^{(**) (}Liv. III. 23.)

item (x). Inde fumma potestas penes consules mansit ad Julium Cæsarem usque, qui patriæ suæ vim nefario scelere inferens; libertatem e republica fustulit, & consulum auctoritatem labefactavit : sub principibus enim ex more quidem creati funt, at nullam fere potestatem habuerunt. Tum quoque non in annum, ut antea, fed in fex, in tres, vel in duos menfes (y); (quod tempore Dienis Caffii legitimum fuit) (2) vel etiam in paucos dies, immo horas, creati funt (a); utita princeps pluribus gratificari posset. Et hi sussecti consules minores dicebantur (b). Verum tandem [ufiniano imperante a. u. 1293. post Christum natum vero anno 541. plane creari defierunt: nisi quod primo adhuc imperii anno confulatum fusciperent. Idque obtinuit; donec a S. P. Q. R. per ministerium Leo-

nis papæ imperium Carolo M. deferretur. Quod autem modo de Julio Cæfare diximus, sciendum est . necessarium quidem fuisse mutare statum reipublicæ tempore Julii Cæsaris, veluti opi-nio satis probabilis est C. A. Ruperti ad Pomponium de orig. jur. XII. p. 139. quam et-'iam tuetur in Observat. ad Besoldi Synopsin minorem. Verum non minus scelestus suit Julius Cæsar, quippe qui net jure, nec amore boni publici, fed misera ambitione & libidine regnandi ductus jus omne abrupit, & patriam fuam in triftem fervitutem conjecit. Sed contradicendi studio, ut videtur, & paradoxa tuendi tenebatur Rupertus. qui etiam Tiberium & Attilam homines perditiffimos defendit, Trajanum vero laudatiffimum principem vituperat; ut & Justinianum, qui inter me-

diocres saltem censeri merebatur.

⁽x) Vid. Lambin. ad Cic. pro dom. c. 140

⁽y) Lucan. l. fubra d. (z) Iple lib. XL[II. p. 155. ed. reg. 1548. (a) Vid. Macrob. Sauvra. II. 3. Svee. Jul. 6. 76. 4b) Dion. XLVIII. p. 2540

CAPUT 1V.

De Prætoribus.

S. I. Origo Praterum.

C Ecundus magistratus ordinarii in urbe honor D fuit pratoris (a) (Zrourny ;) qued nomen antea, ut dixi, omnium magistratuum commune fuerat (b), fed demum boc magistratu creato peculiariter ei adhæsit'. Primus prætor creatus esta. u. 387. Sp. Furius Camillus (c) duabus potiss. mum de caussis; primo, ut solatium patriciis esset communicati cum plebe confulatus; fecundo, ut jus diceres; cui rei consules, cum frequentibus bellis avocarentur, vacare amplius non poterant : & hinc in nummis prætorum aliquando bilanz conspicitur (d). Creatus suit prætor comitiis centuriatis iisdem auspiciis, quibus consules (e); unde etiam aliquando collega corum vocatur (f).

S. II. De numero prætorum .

Creatus eff primo unus dumtaxat prætor; at al u. 510- ob negotiorum frequentiam alter est additus, (g) qui inter cives & peregrinos jus diceret, unde peregrinus præror est diffus (b): alter vero, qui inter cives solos jus dicebat, vocabatur urba-nus, & erat bonoratior; unde proprio quasi nomine honoratus dicitur apud Ovidium, Fastor. I. 52. & major, (i) & jus, quod ab eco edictifque ejus descendit, honorarium (K). A. u. 526. cum Sicilia & Sardinia in provincia formam redacta effent, duo etiam prætores, qui eas regerent, funt creati

⁽a) Lucan. III. 105.
(b) Afc. ad I. in Ver. c. 14.
(c) Liv. VI. 42. & VII. 1.
(d) Vid. Spanch. deuf. & praft, numifus. diff. X. p. 104.
(c) Gell. XIII. 19.
(f) Plin. Panegyr. prop. finem.
(g) Liv. Ep. 116. XIX.
(h) Le. 4. 5. 2. ff. deor. jur.
(i) Feft. v. major Confai.
(i) Feft. v. major Confai.
(i) S. fr. Info. de jur. nat. gent. & civ.

creati (1). A. u. 556. Hispaniis ulteriori & cite. riori subactis, duo quoque prætores iis provinciis regundis adjecti funt (m). Sed a u. 561. lege Bæbia (quæ tamen non diu obtinuisse videtur) constitutum suit, ut alternis annis quatuor dumtaxat prætores crearentur (n), atque ex his duo tantum, (urbanus scilicet, & peregrinus) in urbe manebant; reliqui statim in provincias; quas fortiti erant, proficifcebantur. Cum autem circa a. u. 605. (vel paullo post, cum Africa, Achaja, Macedonia in potestatem a. u. 607, redactis, ingens incrementum res Romana accepisset), constitutæ effent quastiones perpetue (0), (de quibus mox amplius) vifum eft, ut omnes prætores anno magistratus sui in urbe jus vel publicum, vel privatum dicerent, & finito demum anno in provincias proficiscerentur. L. Cornelius Sulla auclis quartionibus perpetuis a. u. 672. duos præterea adjecit; licet alii dicant, ad decem usque numerum prætorum ab eo austum fuisse (p). Quidquid hujus rei sit, Julius Cæsar certe a. u. 707. decem prætores creavit, (q) & mox eorum numerum ad quatuordecim, immo ad fexdecim auxit (r): cum nempe fociis sceleris sui obnoxius quovis pretio eos remunerare cogeretur Sed eo intertecto, ad denarium numerum redierunt. Augustus rursum duodecim prætores creavit, & paulo post sexdecim facti funt quibus Claudius imperator duos adjecit, qui de fideicommiffis jus dicerent : qui tamen ad certam tantum fummam judicasse videntur; ut de majore conful appellandus fuerit (s'). (t) Ex his unum detraxit Tisus, restituit Nerva injuncto munere, ut inter privatos & fiscum jus diceret (u). Tutelarem prætorem instituit M. Aurelius Antoninus vulgo dictus Philosophus (x). Minuente imperio rurfus"

⁽¹⁾ Liv. Epis. XX.
(m) L. 2. 6. 32. D. de or. jus
(n) Liv. XL. 45.
(o') Vid. Pigb. ad q. v. 609.
(p) L. 2. 6. 32. D. de or. jus.
(q) Dio libr. XLII.
(z) Id. libr. LIII.
(z) L. 2. 6. 32. D. eod.
(z) Vid. Quinfili. III. 6.
(u) Lr 2. 6. 32. D. eod.
(x) Gapitolia, ejus vis. 6. 10. L. 2. G. de off. pres.)

russus numerus pratorum minutus, ita ut tempore Valentiniani & Marciani imperatorum tres dumtaxat crearentur (y : & denique circa tempora Iustiniani omn.no creari desisse videntur.

6. Il'. Insignia pratoris.

Insegnia prætoris suerunt primo sex lictores cum fascibus, saltem extra urbem (z); nam quod quidam duos tantum ei tribuunt, ita intelligendum est, ut duo ad minimum listores semper ei præsto fuerint: atque inde oraniaixes diffus fuit (4). Secundo, toga pratexta; quam, ut consules, pri-mo magistratus sui die, votis nuncupatis, in capi-tolio sumebant. Tertio, sella curusis. Quarto, sril unal; quod erat locus altior in hemicycli formam, in quo fella curulis pratoris ponebatur (b); inferiores enim magifratus & judices subsellia tantum habebant. Quinto, basta, que jurisdictionis (c); & denique, gladius, qui questionis fignum erat .

S. IV. Munera pretoris.

Munera pratoris fuerunt Primo, ut ludos ederet; præsertim eos, qui in Circo dabantur (d), ut Megalenses, Florales, & similes: quod ingenti admodum pompa & sumtu fiebat: & hinc in histriones, fimilique farinz homines, faltem sub principi-bus, jurisdictionem quamdam exercuerunt (e) prætores. Secundo, ut farta tella vacante censura exigeret; sed non nisi ex senatusconsulto (f). Tertio, ut absentibus consulibus munus corum sufineret (g), senatum cogeret (ita tamen, ut nunquam id seret, nisi ad rem noyam (b) fenten.

⁽v) Val. Max. l. 2. ex. 9. App. Alex. Syriac. 5. 59a (z) Appian. ibid. (a) Cenjor. de die nat. (b) Tac. Annal. 1. 75.

⁽b) 1 ac. Apprai, 1. 75. (c) Sence de Frevie, vita, 6. Ma (d) Juven, XI, 192. (e) Tac. Apprai, 1. 7%, (f) A(con. ad Verr. III. 50. (porius I.) (g) Liv. X. 45 XXX. 17. & 214 (h) Cig. ad fam. XII. 28.

this rogaret, comitia & conciones ad populum has beret; ita ut absente consule plane summus magistratus effet (1): & præter consules, a reliquis magistratibus cometiatum & concionem avocare poterat (k); quamquam quædam ex his prætoris urbani dumtaxat fuiffe videntur. Quartum & præcipuum prætoris urbani munus fuit jurisdiaio, ut loquitur Cicero, de legibus, III. 3. juris discepta-tor, qui privata judicet, judicarive jubeat, prietor efto : is juris civilis cuftos efto : buic potestati pagento. Et ob hæc tot ac tanta munia non licebat prætori urbano plus quam decem dies urbe abeffe (1). Ut autem quid fuerit jurifdictio recte intelligatur, pauca de judiciorum apud Romanos ratione adjicienda funt ; quæ tamen sequenti sectione accuratius examinabimus.

& V. De jurisdictione .

Judicia omnia erant vel privata, vel publica Privatis (quorum proprie jurisquello dicta est.) præerant duo prætores, urbanus scilicet. & peregrinus: publicis vero judiciis, five quaitionibus, olim infe populns præfuit, qui ad ea exercenda quesitores (m), vel dictatorem (n) creabat: de servis vero & infimæ fortis hominibus triumviri capicales (a) judicabant; ædiles de rebus ad fuum munus pertinentibus (p). Sed, cum auctis immenfum Romanorum opibus non minus, ut fieriamat, augerentur scelera, circa a. u. 605. constitutum est. (q) ut dua qualem prætores, urbanus scilicet & peregrinus, confuetam jurisdictionem in caussis privatis obirent; quatuor vero reliqui capitalium criminum quættiones a fenatu pro temporum state decretas exercerent : que questiones perpetua funt di_

⁽¹⁾ C. ad fam. X. 12. Vid. Spanb. de u.f. & prestant.

mumism. dist. X. p. 120.
(k) Cic. Philip. II. 13.
(i) Gell. XIII. 5.
(ii) Gell. XIII. 5.
(iii) Gell. XIII. 5.
(iii) Liv. X. 26.
(iii) Liv. X. 26.
(iii) Liv. X. 26.
(iii) Plant Am.b. 1. 1. 13. & Aulul. IIII. 2. 2. & Afa. L.
2. 5. (Gell. III. 3. f. Vid. Pignor, de serv. p. 26.)
(iii) Tie. S. de edit. ed.
(iii) Ql. Cic. in Brus. 6. 27.

dicar, tum quod certa quadam formaiis effet prascripta, ita ut nova semper lege, ficut antea, opus non effet; tum quod prætores perpetuo (r). five toto anno, has quæltiones exercerent; nec populus, ut antea, extra ordinem quættores ad eas. exercendas crearet.

Primæ quæstiones perpetuæ suerunt de repesundis , de ambien , de majestate , & de peculatu . L. Sulla ils adjecit questiones de falso, (quod judicium etiam adversus monetarios fuit, (1) five adversus adulteratores moneta, ut vocanturin L. 16. neficis. Mox etiam plures alia promanarunt, ut de corrupto judicio (t), de vi publica, vel privata, &c. Sed etiam fic extra ordinem aliquando populus, vel etiam fenatus, (ut in caufa si-Lani repetundarum rei (u), de criminibus cognofeebat, vet quantiores dabat: ut, si res atrox es. set, vetuti in causa Milonis, qui Clodium interfecisse dicebatur: vet, si nova; ut cum ipse il te Clodius sacra Bone Dee violavistet, quando quantio de pollusis sacris decreta suit; (*) de Vestalibus incestus reis (y); & sic in similibus. De perduellione, ut jam ante vidimus, ipse populus comitiis centuriatis quærebat.

Quaftionibus a senatu decretis sortiebantur interse prætores, quæ cujusque quæstio sutura esset; nam comitiis incertam duintaxat jurisdictionem accipiebant. Aliquando autem duo prætores uni quæ. Rioni præerant, quod propter multitudinem cri-minum in quæstione de sicariis frequens suit (2); aliquando rurfus unus de duabus caufiis quarebat (a). De repetundis aliquando quæsivit prætor peregrinus (6), quia ita jurisdictionem & quartionem fimul habebat; & etiam quandoque ex fena-tus decreto prætor urbanus qualtiones publicas exercebat, de qua re tamen dubitari potest : nam quod

⁽t) Terens, Hecyr. 1. 2. 12. (l) L. 8. foqu. ff. ad leg. Corn., de falfs a (t) Vida Cic. pro Clu. 54.

⁽u) Val. Max. V. 8, ex-4.
(x) Sves. Jul. c. 6.
(x) Sves. Jul. c. 6.
(x) Afcon, ad Cie. pro Mil. c. 12.
(x) Cis. pro Cuent. c. 53.
(x) Cis. pro Cal. c. 13, call. cum and ad Quint. fr. 11. 3.
(b) Vid. Afc. in Or. in roga candida in nog. 3.

Verres in prætura urbana judicium publicum exercuit, contra leges fecit (c): denique urbana quoque à peregina fors junctæ fuisse leguntur (d).

Prætor urbanus, ut dixi, reliquis honoratior erat, & etiam honoratas xar ofoxle dicebatur (e): is enim erat custos juri: Quirilium (f); & ex ejus edictis prætor peregrinus, (de quo tamen du-bitat Sigonius) & prætores provinciarum edicta fua efformabant, unde etiam prator major vel maximus aliquando est dictus (g). Idem juratus ex eo ordine, penes quem judicia eo tempore erant. decurias judicum felectorum conscribebat (b); ex quibus tum ipfe, tum alii prætores eo anno concilia judicum fibi fortiebantur (i). Initio magiftratus prætor urbanus in albo proponebat edictum. five formulam, juxta quam eo anno jus dicturus esset de redus jurisdictionem suam concernentibus tinebantur, quod jus adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia prætores introduxerunt (1): & hoc edictum quotannis a prætore ejus anni renovabatur; unde lex annua dicitur apud Ciceronem in Verrem I. 24. & actiones prætorie etiam plerumque intra annum vivebant(m). Sed, cum prætores sæpe propter gratiam & ambitionem varie jus dicerent, & ab edictis suis discederent, a. u. 686 lege Cornelia, lata a C. Cornelio tribuno plebis, justi sunt ex edictis suis perpetuis jus dicere (n). Tempore autem & jusiu d. Hadriani imperatoris Salvius Julianus, Di. dii Juliani imperatoris proavus, magni nominis Istus omnia illa edista collegit, (e) in unum volumen redegit, ac certo ordine disposuit; quod proprie deinceps edicum perpetuum & jus bonorarium est dictum (p).

⁽c) Vid. in Verr. 1, 60. G Histom ib. ad 40.
(d) Liv. XXV. 3. XXVII. 36. XXXV. 41.
(e) Ovid. Fast. I. 13.
(f) Cic. de legib. Il 1. 3.
(g) Fest. voc. maximum.
(h) Horat. Serm 1 4. 11;
(i) Vid. Cic. in Verr. I 61.
(K) L. 2, 5. 10. ff. de or. jth.
(i) L. 7. 5. 1. ff. de just. G jar.
(m) Pr. inst. da perp. G semp. a ff.
(n) Ascon. arg. in or. 1. Cic. pre C. Corn.
(o) Europ. VIII. 17.
(p) L. 3. 5. 10. ff. de or. jur. 5. 7. Inst. de jur. nat.
gens. G etvik.

Jurisdictionem suam omnem tribus his verbis prætor exequebatur, fcilicet, do dico, & addico, (a) quorum primum tum dands judicis fignificabat poreflatem; tum bonorum possessionis, vindicia-rum, actionum dationem; secundum, juris dicendi, & fententia ferenda; tertium , judicatum faciendi & exequendi.

Cognoscebat prætor vel e tribunali, five per decresum; vel de plano (r), sive per lilelium in caussis levioribus. Non autem cognoscebat, nifi diebus faftis, qui ita dicti funt a fando; quod tria

mox dicta verba iis diebus fart liceret (f). Et hæc quidem omnia libera republica ita obtinuerunt; fed extremis imperii temporibus nihil fere præter Indorum curam prætoribus est relictum (1): unde Boethius (a) de prætoribus sua ætate verba faciens eleganter praturam vocat inane nomen , & fenatorii cenfus gravem farcinam : omnia enim eorum munia in præsectum prætorio, qui Cæsaris magistratus erat, sunt translata, popular magistratu a magistratu Cæsaris possessione deturbato (x).

CAPUT

De Ædilibus.

S. I. Edilium nomen , origo , & differentia .

E Diles disti funt, vel quod edes publicas privatalque curarens (a); vel, quod plebiscita in ede Gereris affervarent (b). Fuerunt autem triplices; ædiles nempe plebeji, curules, & cereales, diversis temporibus instituti.

Plebeji ædiles primum creati funt eodem tempore, iisdemque comitiis, quibus tribuni plebis (de

⁽q) Varro de ling. Lat. V. 4. (t) Vid. Sen. de clem. I. 5. (f) Ovid. Fastor. I. 47. (t) luven. XI, 193. (u) De conf. pb. III. pp. 4. (u) Vid. Scaliger. Epift. 121. (u) Varre de lingu. Lat. IV. 14. (b) L. 2. S. 20. ff. de er. jur.

I de quibus mox dicemus) a. u. scilicet 260. Edmitiis curiatis: unde etiam collegie tribunorum dicuntur. Jam enim, post ingentem seditionem, fecessionem plebis in montem facrum, reconciliatis ordinibus plebs petiit, ut fibi liceret binos viros quotannis creare, qui tribuais plebis velut administri (c) & adjutores essent; & eas causas judicarent, quas iph (tribuni) iis commissient (d): unde etiam judices aliquando sunt dicii. Creati funt initio quidem, ut diximus (e), comitiis curiatis; sed post legem Publitiam, ut reliqui Magistratus minores, tomitiis tributis.

A. u. 387. cum fenatus post communicatum cum plebe consulatum propter ordines in concordiam redactos diem unum ludis maximis adiiciendum censuisset, (f) recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum est a patriciis adolescentibus. se id honoris deorum immortalium causa libenter aduros, ut ædiles fierent; atque ita duo etiam ex patriciis adiles creati funt: sed sequenti statim anno hic quoque magistratus cum plebe est communicatus (g). Curules autem hi postremi sunt dicti, quia fella curuli, toga prætexta, jure imaginum æque ac magifiratus majores utebantur ; quæ omnia ædilibus plebis negata funt.

Denique a. u. 709. Julius Czesar duos ædiles addidit; qui, quod annonam curarent, Cereales a Cerere frugum dea præside sunt disti (h); & semper

ex patriciis funt creati.

& II. Munus edilium his paucis verbis describit Cic. de legib. III. 3. suntoque ædiles curatores mebis, annone, ludorumque sollemnium; viiisque ad bonoris amplioris gradum is primus adjeensus esto.

Primum itaque horum magistratuum munus suit cura urbis , (unde Græcis asuromoi, quan urbis legislatores dicas, funt appellati), ad quam spectarunt

⁽c) V. Dien. Hal. VIII. 35. (d) Id. VI. 90. (c) Seff. I. e. 8. §. 1. 2.

⁽f) Liv. VI. 42.

⁽g) ld. Vil. 1. (h) Le. 2. 5. 32. ff. deor. jur. Spot. Jul. 5. 42. Dio libro XLIII. f.

funt sequentia: prime, ut ædificia publica, temthe scilicet, basilicas, porticus, aquaduchus, &c. merentur & curarent, præfertim vacante cenfura (i); tum etiam privatorum ædificiorum curam gererent, ne scilicet ruinosa effent, & ita deformitas urbi, transcuntibus periculum crearetur. Secundo, curabant, (k) ut loca publica, balnea. puta cloace, (qua inter pracipua opera erant ma-gmitudinis!Romane, (1) &c., pracipue autem via munda effent (m); & eos, qui hac occasione deliquissent, mulcabant. Terrio, luxum, petulantiarn (n); fornicum & popinarum libidines coercebant. & peculiarem quamdam in meretrices inrisdictionem exercebant (o). Querro incendia curabant; quod munus ab Augusto imperatore primum iis impositum videtur (p) . Quinto, funerum aliorumque minimorum rituum confervatio venes eos evat (q). Sexto, curabant, ne quis animal, quod nocere poffet, (urfum forte, vel aprum), in publico haberet (r). Septimo denique prospiciebant, ne dii, vel sacra peregnina in urbe colerentur (* ٠).

Secundum munus ædilium fuit cura annone : unde. quod hanc partem attinet fere fimiles (1) fue. runt iis, quos Græci αγορανόμες vocant (). Ita. que omnes res in foro venales inspiciebant & æstimabant; merces improbas jactabant (u); pondera mensuras iniquas frangebant (x); unde forte etiam fœneratores coercere potuerunt (y); animalia & mancipia morbofa & vitiofa redhiberi curabant (z): jus de his rebus dicebant : mulclas de_ ·

⁽i) Sex. Iul Fronzin. de aqued. Rom. 11. 1658. T.IV. Aut. Grave (K.) Vid. omm. L. un ff. de via publ.
(1) Dien Hal. III. 57. (Liv. l. 56.)
(m.) Plaut. Stick. II. 2. 18. & Trucul. II. 7. 5.
(n.) Gell X. 6. (0) Senec. de vita beat. c, 7. Lipf. ad Tacit. (P) Dio libr. LIV. (Q) Cic. Philipp. IX. 7. (& ex 1. edi-VI. 663.)
(1) L. 40. feg. ff. de Æd. ed.
(* ex 1. edis. Liv. IV. 30.)

⁽¹⁾ Dios. Hat. VI. 10. 10. (1) Dios. Hat. VI. 20. (1) I law. Cape. IV. 2. 44 (2) Facet idem . . . II. (x) Juven X. 101. Forf. I. : (y) Vid. Liv. X. 23. (2) Top. sis. ff. fide Adil. ediff.

de'inquentibus imponebant (a); edicta concioiebant & proponebant, que etiam pars jurishonorarii fuerunt (b). Sed hoc postremum tantum ædihum curulium fuiffe videtur, ficut titulo Digestorum de ædulicio edicto docemur.

Tertium denique ædilium munus erat cura ludorum follemnium (c), ut Romanorum aliorumque statorum (d); non vero privatorum, quales erant ludi funebres, votivi, & similes: sed & hoc præcioue adilium curulitum erat, ut ex eorum institutione patet. Fiebant autem hi ludi immani fumptu ad infaniam ufque; unde demum ex provinciis pecuniam ad eam rem colligebant, viam fibi hac munificentia ad altiora sternentes (e). Hos itaque ludos ordinabant; præmia & pænas actoribus distribuebant. Plant. Trin. IV. 2. 147. fabulas agendas examinabant (f); unde etiam in reliquos libros aliquid juris iis fuisse videtur (g). Quarrum munus erat peculiare ædilibus plebis, ut scilicet p ebisciea & senatusconsulta in ade Cereris, & postea in crario adservarent (b); ne consules ea vitiare possent. Cerealium vero ædilium proprium erat frumento publico præesse (i), quod antea omnium ædilium erat; & paullo post rursus (k) prafecti, & curatoris annone fuit (1).

6. III. Insignia edilium, & quedam alia.

Ædilium curulium insignia suerunt præcipue sella curulis, & toga prætexta: tum etiam habebant jus imaginum, & antiquiorem in senatu sententiz dicendæ locum (m).

Licet autem ædiles populi Romani magistratus effent, tamen nec vocationem (n), nec prehenfio-

(D) Gell. XIII, 120

⁽a) Diarium vetus apud Pigh. Ann. ad a u. 585. (a) Diarium verus apud Pigh. Aun. ad
(b) §. 7. Inft. de jur. nat. gens. & civ.
(c) Cic. de leg. 111. 3.
(d) Id. in Verr. V. 14.
(e) Vid. eumd. Offic. II. 16. fequ.
(f) Didafcalia comadiarum Terentii.
(g) Tac. Annal. IV. 35.
(h) L. 2. §. 21. ff. de 0r. jur. Ill. §5.
(l) d. L. 2. §. 21.
(K) Tacit. annal. I. 7.
(l) Vid. Vionem lib. LIV. init.
(f) Cic. in Verr. V. 14.
(f) Gell. XIII. 124.

sionem habebant, nisi justu tribunorum plebis, & hinc etiam a privato in jus trahi poterant: nec lictoribus, vel viatoribus utebantur; fed fervis dumtaxat publicis. Tamen ædiles plebis etiam facrofanctos fuiffe, ex Catone adfirmat Festus, voc. sacrofanctium; quod ita intelligendum videtur . ne quis eos impune injuria lædere posset (o). Etiam municipia ædiles suos habebant (p), qui quinquennales sunt dicti (q), & censorum vicem obiisse videntur; quamquam in quibusdam municipiis, Arpinis exempli gratia, (r) nulli alii magistratus crearentur: camque dignitatem honestisfimorum Romanorum filii in municipiis, unde orti effent, exercebant, ut Marcus & Quintus Ci-ceronum filii Arpinis. Quia autem, ut dixi, nul-li alii magistratus in istis municipiis crearentur, hinc fummos ediles cos dicere censetur Juvenalis, Sat. III. 179. Duraffe hic magistratus, ut plures alii, videtur ad tempora Constantini Ma-gni; licet forte aliqua interdum mutatione.

CAPUT V I.

De Tribunis Plebis.

S. I. De nomine & origine tribunorum plebis.

OUidquid de etymo vocis tribunus sit, constat (a) in genere curatorem, vel prefectum alicui rei ea voce fignificari, unde disti funt tribuni militum, & eribuni erarii, (qui ita funt vocati, quod quæstori stipendium militum adnumerarent), (b) & postea sub imperatoribus

⁽ o) Vid. omnino Liu. III. 35. (p) Juven. X. 101. L. 30. S. 1. D. locat. cend.: (q) Spartian. Hadr. c. 19. & ibi Cafaub. & Salmas. (t) Cic. ad fam. XIII. 11. (a) Vid. Vofs. Lexic. stymol. (b) Varre de lingu. Lat. IV. 36. Afcom. ad Cic. Oy. in

tribuni voluptatum (c), mattimoniorum, scholarum (d), cet. Sed præ omnibus eminuerunt tri. buni plebis occasione, quæ sequitur, creati.

Cum plebeii homines per continuas expeditiones militares, quibus rem fuam familiarem curare prohibebantur, multum æris alieni contraherent, & fæpe a creditoribus, quando folvendo non effent, in fervitutem abducerentur (e), hanc injuriam. ulterius non ferentes fapius a patribus huius mali levamen petierunt: sed sæpius elusi, tandem auctore Sicinio quodam viro frenuo a. u. 250. in facrum montem trans Anienem fluvium fecesserunt (f); nec ante in urbem reversi sunt, quam patres debitorum remissionem, & nexorum solutionem iis promisissent, & plebi concessissent. ut ad defensionem sui lege facrata proprios quosdam magistratus sibi crearet (g); qui iribuni dicti videntur, quod ex iribunis militum fint facti.

§. II. Ritus quidam tribunicii.

Creati sunt primo *tribuni* plebis curiatis comitiis duo: inde a. u. 283. lege Publilia comitiis tributis quinque (h). Anno demum 207. decem tribuni creari cœperunt, bini videlicet ex singulis classibus (1), quamquam Cicero dicit, primum duos fuiffe creatos; postero autem anno auspicato decem, comitiis centuriatis (k). His comitiis præerat unus ex tribunis plebis sorte duchis. Quod si comitia dirempta essent, antequam decem so-

⁽c) Cassol. Var. Vil. Ep. 10. & XII. 14. (New possum bie en Urfasi Comment. de motis explicationnem nota: Teb. Volup. mon brevisme addere: , strieumen voluptatum sedis Roma, ac voluptations P. R. prajussa, notum ex E.XV. Cod. Tb. 5, L. 13. sis. de scenicis. Verum numquid ille idem fuerie, ac qui a voluptations, a Tiberio institutus, multi ambiog, gunt. Vid. Sveton. c. 42. Triburum bunc magni assima. 3 sum , confini en Caffodoro, Var. VII Ep 10. ube fermata ora-(d) L. un. C. de com, & erib. schol. L. &. C. de erogas. milit. ann.

rent creati, reliqui a collegio cooptabantur: verum hoc a. u. 305 lege Trebonia abrogatum eff. qua caurum fuit, ut, qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebei faceret (1). Lex etiam fuit antiqua, ut tribuni, qui fuccessores sibi in annum sequentem non creaffent, vivi cremarentur, si credimus Valerio Maximo, levis auftoritatis scriptori (m). Quia autem primi tribuni plebei IV. idus Decembris magiftratum inierunt, idem deinceps reliquis follemne fuit . (n) Creati sunt tribuni semper (*) ex plebe. & primis quidem temporibus sæpe ex infima : neque expatriciis, nisi adoptione ad plebem transiiffent, (o) aut ex senatoribus, quamvis plebejis, creari poterant: nec in senatum ipsis aditus erat. fed ante valvas curiæ in subselliis sedebant; (p) unde ea, quæ in senatu agebantur, intelligere po-terant: & tamen senatum poterant habere. Postea vero cautum fuit Atinio, ut videtur, plebiscito (ad a. u. 623. Pigbius Atinii tribunatum refert) incertum tamen quo tempore, ne quis, nisi fenafor plebejus, tribunus plebis crearetur (q).

6. III. Munus tribunorum plebis.

De his tribunis plebis ita loquitur Cicero, de legib. lib. 111. plebis, quos pro se contra vim au-zilii ergo creassi, sribuni ejus sunto, quodque ii probibessint, quodque plebem rogassint, ratum esto. Cum patribus, populoque agendi jus habento; ii-demque ad plebem, quod censuerint, serunto. San-Elique sunto; neque plebem orbam tribunis relin. quanto. Et hæc quidem ita Ciceronis tempore obtinuerunt: fed initio institutionis eorum unicum ipfis munus erat plebi contra patricios & magithratus auxilio esse (r); ita ut eorum potestas in D 2

⁽¹⁾ Liv. III. 65.
(m) Val. Max. VI. 2. ex 2. Liv. III 35.
(n) Dron. Hakis. VI. 29. Plus Quaft. Rom. to.
(*) (Hoc nimes generale: neque fequencia felum contra dicuns. fed & Liv. III. 65.)
(o) Vid. Svet. Jul. 6. 20.
(p) Val. Max. II. 3. 60.

⁽q) Vid. Lipf. Eleft.11.73. (Er Difel. ad Gelt.XIV. finic Commence Very Low to exerts

probibendo tantum (s), non item in agendo confisteret: (1) unde etiam primis temporibus pro magistratibus habiti (u) non sunt, (neque etiam vertem prætextam habebant (x)), sed potius pro impedimento magistratuum (y): verum postea vulgo magistratus dicti sunt (z). Itaque supplicem a iudicio & vinculis liberare poterant (a); & propterea ades corum dies noclesque patere debebant (b): nec extra urbem iis pernoctare fas erat (c) (neque etiam ullam illic potestatem habebant)
(d) nisi feriis Latinis; vel, si aliquo reipublicae causa proficisci juberentur: (e) quin nec mœnia quidem egredi iis licebat, si fides Appiano, Civil. Il. pag. 735. ed. Tollii. Poterant præterea SCtis. & omnium omnino magistratuum astis intercedere verbo illo follemni, Veto (f); cujus tanta vis erat, ut, qui non paruisset, sive ille privatus, five magistratus esset (g), extemplo per viatorem in carcerem duci juberetur, (quemadmodum etiam apud Lacedamonios Epbori, quibus in multis rebus fimiles crant tribuni plebis, poterant reges in carcerem conjicere (b) vel ad populum violatæ sacrosanciæ potestatis reus ageretur : erant enim tribuni plebis sacrosanti (i); ita, ut si quis re, vel verbo cos læsisset, sacer, hoc est, detestalilis esset, ejusque bona publicarentur. Quomodo autem vox facer scelestum & execrandum notet, eleganter deducentem vide fummum Perizonium, Not.ad Sanctii Minerv. pag. m.759. Si nou intercessissent SCto, littera T. subscribebatur (k).

ut

⁽e) Vid. Dionyf. Halic. VII. 32. Play. Cas. Min. pag. 763. F. (t) Gell. XIII. 12. (u) Pluy. Cerlot. p. m. 211. B. (x) Id. Quaft. Bom. vo. flue p. 213. (y) Liv. II. 56. (z) Vid. omnino Man. ad Cic. Fam. I. 7. mos. ad Sallaft. Ig. 41. 357: ad. I. Posffe. Giv. pro Quintle 6. 20. Tallaft. III. 2. (a) Vid. Gell. Nocl. Astic. VII. 39. (b) Plus. I. prox. d. (c) Gell. XIII. 12. App. Alex. Giv. II. p. 80. 447. (d) Dion. Hal. VIII. 37. Gell. III. 2. (c) Vide. exempl. apud. Liv. XXIX. 20. (f) Liv. VI 3. (g) Id. IV. 16. VII. 3. IX. (h) Report. Panyane. (i) Liv. II. 3. (b) III. 43. (f) Liv. VI 3. (d) Div. II. 3. (d) Div. III. 3. (d) Div. II. 3

ut ita stibunos quoque censuisse indicaretur: fi in. tercessissent, senatus auctoritas (1), (ut ita tamen, quid fenatus censuisset, constaret) dumtaxat perscribebatur. Unus etiam ex collegio acta reliquorum intercessione sua impedire poterat; (*) coque auxilio patres adversus plebem sæpe sunt ufi. Etiam in caussis civilibus aliquando intercedebant; licet hoc iniquissimum esse pronunciet Cicero (m). (n) Sed postea longe majorem potestatem sibi usurpare coeperunt, siducia præsertim facrosanctæ illius potestatis: itaque non tantum omnia, quæ ipsis non placuerant, rescindebant; tributorum collationes, militumque delectus prohibebant; at etiam senatus, (quod primo factum a. u. 297.) (o), populique comitia pro arbitrio cogebant & dissolvebant; leges, five plebiscita quacum que promulgabant : quæ primo quidem fo-Iam plebem obligabant, at post legem Horatiam (p) latam a. u. 304. & legem Horsensiam latam a. u. 466. universum populum obligare coeperunt (9). Agros denique, vectigalia (r), pecunias publicas, provincias, & imperia (;) magistratibus quibulvis pro lubitu dabant, vel adimebant; quæ omnia fiebant prætextu tuendæ libertatis . atque ita, dum potestate justis de causis primum iis data abutuntur, maximarum in republica turbarum fæpe auctores fuerunt : quod jam queritur Cicero · de leg. III. 9.

S.IV. At L. Sulla optimatium partibus addictus, cum rempublicam armis oppressisset, eorum potestatem valde minuit, (1) immo fere sustulit (u) lege lata a. u. 672. ne qui tribunus plebis fuises, alium deinceps mazistratum caperes, neque iis jus effet concionandi, vel leges ferendi; neve ad eos provocaretur : fed folam & nudam intercessionem ipsis reliquit (x). Verum a. u. 679. Cotta consul jus magifratus capiendi iis restituit (y); & reliqua omnia a. ս. 68≀.

⁽¹⁾ Vid. fup. feft, l. c. 2. §. d.
(*) (Vid. unum Liv. VII. 35.)
(m) Philipp. II. 2. Vid. eumd. Acad. queft. 4. 30.
(n) Vid. Liv. IV. 48. Dion. Hal. IX. 5.
(o) Dion. Hal. X. 31. (p) Liv III. 55. (a. u. 305.)
(1) Tac. Annal. XIII. 50.
(5) Vid. Suer. Iul. 51. 22. 36. 28.

⁽⁵⁾ Vid. Sver. Jul. c. 11. 22. 25. 28. (t) Dion. Hal. V. e ult. (u) App. Alex. Civil 1. 445. (x) Epir. Livian. 89. Cefar de bett. Civil. II. 5. 67. (y) Afcon. ad ovar. pro Germ. I.

u. 683. Pempejus Magnus (2); atque ita hac pote-

flas usque ad Julium Cafarem persititi.

Demum a u 730. in Augustum, & reliquos deinceps imperatores SCto iribunicia posellas est translata (a): licet tamen etiam tribuni plebis crearentur; quippe quibus Augustus concessit, ne ante in jus vocarentur, quam magistratu abissent (b): & sub Tiberio, qui ea simulacia libertatis Jenatui prabebat, etiam jus intercedendi habuerunt (c). Temporibus vero Nervæ & Trajani imperatorum dignitas eorum nihil aliud fuit, nifi inanis umbra, & fine Manore nomen (d); atque hoe ita ad Constantini Magni tempora in republica remansisse videtur, cum postea nulla amplius corum mentio occurrat.

CAPUT VII.

De Quastoribus.

6. I. Questorum nomen, origo, & numerus.

O Uaftores dicti funt a quarendo, quod conquirerent pecunias publicas & maleficia, que triumviri capitales conquisverunt (4). postea triumviri capitales conquisiverunt Fuerunt autem triplices, questores nempe urbani, sive exarit; provinciales, sive militares: & que-

firemi ad hunc locum non pertinent.

Origo quæstorum antiquissima censeri debet (b). & forte sub Romulo, vel Núma, certe sub Tul-lo Hostilio jam Romæ suerunt; sed qui ab ipsis regibus crearentur; quemadmodum etiam primis consulibus ad a. u. 307. usque jus quæstores sibi creandi tribuit Tacit. Annal. XI. 22. Alii vero dicunt, statim post reges exactos lege Valeria duos ruzstores a populo creatos suise (e), qui amrio iræeffent . Postea a. u. 333. (& tum etiam permif-

(b) L. un. pr. D. offic. quest. (c) Plus. Poplic. p. 103. Diss. Bal. V. 34.

⁽z) Cic. in Verr. 1. 15 (a) Svet. Aug. c. 17. Tac. Annal. III. (6. (b) Dio in Excempt. Peirefc. p. 664. & ici Valeft p. 93. (c) Tac. Annal. 1. 17. & vid. tumd. XIII. 18. ubi tamen jus corum imminutum eft. (d) Plin. Epif. 1. 23. (a) Farro de lingu. Lat. IV. 14.

fum est, ut ex plebe creari possent), duo sunt additi (d), qui consules ad exercitum sequerentur; & ad mini leria belli iis præsto essent. A. u. 468. univerfa jam Italia subasta, quatuor etiam quæstores sunt adjesti (e), qui per quatuor Italiæ regiones, quæ erant Oftienfis, Calena. Um. bria, & Calabria), reditus & vectigalia populi Romani curabant. Sulla quæstorum numerum ad viginti auxit (f): a Julio Cæsare vero quadraginta funt facti (g); ut ita a'iqua ratione præstaret. quæ multa multis promiserat, quorum quidam a populo, quidam ab imperatore creati videntur (b): fub ceteris imperatoribus numerus corum incertus & arbitrarius fuit. Ex his omnibus duo fortiebantur curam erarii, qui urbani funt dicti: reliqui vero questores provinciales, five militares dicebantur.

6. II.

Urbanorum questorum munus præcipuum suit cura erarii publici (i), quod erat in æde Saturni (k): quia aurea ætate sub regno Saturni, neque avaritia, neque mala fides locum habebat (1). Itaque pecuniam publicam accipiebant, expendebant, & in tabulas accepti & expensi referebant: leg s & Senatusconfulta custodiebant (m): signa militaria ex ærario ad confules in expeditionem ituros mittebant (n); prædam ex hostibus captam (o), & damnatorum bona subhastabant, & vendebant (p); legatos exterarum gentium excipiebant (9), deducebant, hospitia ipsis adsignabant (r). Præterea imperatores a bello redeuntes apud ipfos jurare debebant (1), se verum numerum hostium & civium D occi-

⁽d) Liv. IV. 43. (c) Ejust. epie. 15. (f) Tacir. Annal. XI. 22. (g) Dio XLIII. p. 315 ed. reg. a. 1548. (h) Vid. Pigbii Annal. ad a. u. 672.

⁽¹⁾ Ascan. ad Verr. III. 4. (k) Sver. Claud. 6 24. (1) Plus. Qu. R. 40. 275c

⁽¹⁾ Figs. 12m 10. 12. 17. (m) Super. Aug. 6. 0. 0. 17. (n) Liv. III. 65. VII. 27. (o) Diom. Hal. VII 63. (p) Gell. XIII. 74. (q) Piut. Qu. Rom. 47. (1) Val. Max. V. 1v h.

^(.) Id. H. 8. 1.

80 Sell. II. Cap. VII. 6. 2. 2. 0 4. occiforum ad fenatum scripsisse, ut ita triumphus iis decerni posset. Denique jurisdictionem quamadam exercuerunt, ut, e. g. inter scribas suos (s).

6. III. Provincialium quafferum munus.

Provincialium quafforum munus erat consules. vel prætores in provincias, quas fortitierant, comitari; ut flipendia & annona exercitui suppeterent. curare; vestigalia, tributa, (vettigalia proprie immobilia, tubuta mobilia, & capita frecharunt (u), frumentum publicum exigere, manuhias vendere (x), & omnium rationem ad ararium referre (y); exquirere, fi quid reip. deberetur, vel in commissum venisset; (2) pecuniam militum privatam apud figna depositam custodire (a); jurisdictionem a præsidibus suis mandatam exercere (b). Quod fi præfides ante adventum successoris sui provincia decessissent, munus eorum quæstores obibant (c). Et maxima necessitas inter quæstorem & suum præsidem intercedebat : ita ut hic illi parentis loco effet (d). Si autem mortuo quæstore alius præsidi quæstoris loco esse incepisset, hic pro questore esse dicebatur (e).

6. IV. Alia quedam de questoribus.,

Urbanus quæstor nec listorem, nec viatorem habebat; quia non habebat vocationem, vel prehenfionem (f); licet concionis convocanda jus haberet (g); militari vero, five provinciali quattori fui lictores adfuisse videntur, saltem absente prætore (b). Erat autem hic primus hono-

⁽t) Plus. Cas. Min. p. m. 766. B. (u) Vid. Lipf. de magn R. II. 2.) Cuiac. Obf. VII. 4. Sison. de ant jur. civ. R. I. 16. & L. Bos ad Tb. Mag. vcc. φόρας, τε λας ·).

⁽x) Plaus. Bacchid. IV. 5. 107.
(y) Vid. Cic. in Verr. II. 8.
(x) Svet. Domit. 6. 7. Veger. II. 2c.
(a) Svet. Jul. 2.7. (b) Cic. ad fam. II. 15. (c) 18.
(c) Id. Div. in Verr. 6. 15.

⁽d) Id. ad fam. XIII. 19. @ 15. @ pro Planc. c. 15. (Corn.

Nop. in Vis. Cat. c. t.).

(c) Cic. Verr 1. 16.

(f) Gelt. XIII- 11.

(g) Dion. Hal. VIII. 77.

(h) Vid. Cic. pro Pl. 6. 41.

. honoris gradus (i); nam queffure fides , edilite. tis magnificentia, preture diligentia & integritus viam ad consulatum sternebant (K). Poterat geri ouæstura circa annum vigesimum sextum, vel vigesimum septimum ætatis (1), quique hoc magistratu functus erat, in senatum venire poterat, licet infe senator nondum lestus effet (*). Sub imperatoribus quæstura varie abrogata, vel restituta est (m); &, quod curam ærarii quidem attinet, ei a. u. 725. binos prætores præfecit Augustus (n); sed earn curam quæftoribus, & quidem triennalibus (0). reddidit Claudius (p): post alias vero mutationes rursus præsecti e prætoriis constituti sunt (4). Procedentibus demum temporibus aliud genus quaftorum exortum est, qui dicebantur queftores, vel randidati principis (r), vel Augusti; & libellos ejus in senatu recitabant (s) Inde postea orti sunt quæstrores palatii (s), qui cum hodiemis cancellariis fere conveniunt ; & in aula Constantinopolitans όι μενάλοι Δονοβέται funt disti-

S. V. De alils magistratibus minoribus ordinariis .

Fuerunt & alii magistratus minores ordinarii, ut triumviri capitales, qui de infimæ sortis hominibus judicabant (a), & aliquando etiam alios damnatos pœna capitali affici curabant (x). Triumviri monetales, five auro, argento, eri, flando, feriundo; quod in monumentis priscis his notis, seu litteris fingularibus denotatur, A. A. A. F. F. Ab his diversi suerunt nummularii, ad quos num-

⁽i) L. un. §. 3. D. deoff. qu. (lea tamen, ur ante vi-giuriviratum capoffere debueriur, vid. Tae. Ann. III. 19.) (K) Vid. Cie. Philipp. XI. §. (1) Licen non fasis confer. Vid. b. fest. 1. §. 3. (@ mes

⁽¹⁾ Licet non fatis confict. Vid. b. fest. 1. \$, 3. (G mes b. p. p. 15.)

(*) (Fx 1. ed. Gell. III. 18.)

(m) Vid. omnino Tacit. Annat. XIII. 25.

(n) Die tib. Lill. vid. Svet. Ang. e. 16.

(o) Inferipe. vet. apud Raper. ad Pompon. de erig. jur.

II. 3.

⁽P) Svet. in ejus vit. c. 24. Dio lib. LX. (Ex 1. edit. Gell. XIII. 24. ubi vid. Gronov.) (9) Vid. Plin. III. Epifl. A. Capit. Anton. Phil. c. 9. of in Gord. 6. 4.

(1) A. L. un. D. de off. q. Infer. apud Grut. p. 3/2. n. 52.

(2) Tac. Annal. XVI. 27.

(3) Plastr. Aul. III. 2. 2.

E- Vesti. Casil. verf. fin.

nummi probandi causa deserrebantur (y); eosque-pecunia speciatores vocat Donatus ad Terent. Eun. III. 5. 18. Doniuazas dicit Menander, p. 134. ed. H. Steph. a. 1569. Præterea fuerunt triumviri no-Aurni, qui incendia curabant (2), & vigilias circumibant (a): triumviri valetudinis, quatuorviri viales, & multi alii similes; quales magistratus multos instituit Augustus (b), & qui recensentur ab Compbrio Panvinio, de civ. Rom. cap. 58.6 Segq. Et ex triumviris monetalibus & capitalibus, ac quatuorviris vialibus simul cum decemviris de litibus judicandis componebatur collegium vigintivirorum, de quo Tacit. Annal. III. 20. (*) Sed cum horum mentio non adeo frequens occurrat, & magnam partem munus suum ipso nomine denotent, amplior corum expositio necessaria non videtur: mavime cum hoc præcipuum nobis propositum sit bonarum litterarum studiosis eatenus. tantum auxilio esse,

Externi ne quid valeat per lave morari,

in optimis auftoribus legendis.

CAPUT VIII

De Magistratibus Extraordinariis, & primo de Dictatore, & de Magistro Equitum.

6. I. De nomine & origine dictatoris.

Mator, Græce A'loupering (a), (qui exemplo a Latinis, vel Albanis fumto, creatus videtur; nam etiam postea in municipiis Latinis distatores suerunt (b) a dicendo distus est; vel, quod a confule diceretur (c), cui dicto omnes audientes effent; vel potius a distando, quod multa di-

(b) Ascon. Arz. orat. Miton. & Cit. ead. orat. 10. (c) Verro, de ling. Lat. IV. 14.

⁽ v) L 3c. ff. de folus. (v) Val. Max. VII 1: (a) Plant. Amph. l. 1. 3. (b) Svet. Aug. 27. (*) (Uti omnino vid. Lipfins: sic intelligieur locus Cicer.

⁽²⁾ Dion. Hal. V. 73. (Dionyfius provingeres appellat, f. milangus ait veteribus dierourh-rais apud Gracos, Gleffaria Labbei : diffator porap Xos . dirtifox dis. Tillintis uta-Spiner cet.)

dictaret, hoc eft, ediceres (d): & dichum apud veteres etiam summum imperium fignificat, ut apud Virg. En. VI. 73. Alio vero nomine magi-fler p puli (e), & prator maximus dicitur (f).

Primus apud Romanos dictator dictus eft (ita enim proprie loquebantur (g), licet hoc perpe. tuum non suerit (b) T. Lartius Flavus 2. u. 252. (1) vel, ut alii volunt, triennio ferius, cum gravissimum bellum a Sabinis & Latinis metueretur. . & fimul domesticæ seditionis metus ingrueret. quod plebs ære alieno oppressa delectui dare nomen recufaret; ita ut majore imperio, quam effet confulare, respublica indigere videretur.

6. II. Causa, ob quas dictator crearetur.

Causa igitur, ut vidimus, creandi diffatorem prima & præcipua fuit seditionis, aut belli gravioris metus: & hæc initio quidem causa suit unica (k); verum postea alias etiam ob causas di-Aatores creati funt, qui tamen etiam belli gerendi haberent rotestatem (1). Secundo, comitiorum habendorum causa (m); tertio, senatus le endi (n); quarto, quæstionis exercendæ (o); quinto, ludorum inflaurandorum (p), præsertim ægroto prætore: fexto, feriarum constituendarum (9); septimo, denique etiam clavi figendi causa aliquando dictator creatus (r) est; quod ex prisca refigione fiebat in dextro latere ædis Jovis pestilentiæ tempore, aut gravi aliquo prodigio nunciato, ut omne infortunium a republica averteretur. Et in genere dictator dicebatur, quoties extraordinario & brevi imperio opus effet (1) Creabatur D

⁽ d) Dion. Hal. I. d. vid. Svet. Jal. c. 77. (c) Cic. de leg. III. San. Epift. 108. (f) Liv VII. 1.

⁽g) Curius Fortunatianus, III. (h) Pompon, L. 2. S. 18. D. de orig. jur. all quem. vide

Rupers.

ere.
(i) Liv. II. 18. (K) Vid. \$, prec.
(i) Vid. Liv. VI. 38, VII. 3.
(m) Liv. IX. 7.
(n) Id. XXIII. 22.
(o) Id. IX. 16. (p) Id. VIII. 40. IX. 34.
(q) Liv. VII. 28. (Vid. Memor. acad. lister. Parif.
Liv. IX. 3. (Vid. e.gd. Memor. pag. 300, feqq.)
(1) Liv. IX. 3. (Vid. e.gd. Memor. pag. 300, feqq.)

⁽⁴⁾ Vid, Liv. XXX. 24.

84 Sect. 11. Cap. VIII. §. 2. 6 3.

autem, non ut reliqui magistratus, popu-li suffragiis; sed jubente senatu (*) alter conful, quem vellet, ex fenatoribus consularibus (4) (ordinarie quidem) dictatorem dicebat ; idque filente nocle (x), & captis antea rite auspiciis. Et etiam absens consul distatorem dicere poterat; modo in agro Romano, qui Italia terminabatur, effet (v). A liquando tamen populus jubebat, quem dictatorem a consule dici vellet; cujus rei exemplum occurrit a. u. 543. in A. Fulvio Flacco (2). Sulla etiam & Julius Cæfar comitiis dictatores creati funt; ille interrege (a), hic prætore (b) comitia habente. Prodictator (c) a populo a. u. 536. creatus est Q. Fabius Maximus Verrucossus, ille, qui Cunttatar est dictus. Primus de plebe di-Aator fuit C. Marsius Rusilus a. u. 197. (d).

6. III. Potestas diffatoria.

Potestas dictatorum plane regia, imo regia potestate major fuit, unde alpernir ruparrida quati eligibilem tyrannidem dicas, eam vocat Dion. Hal. V. 73. quemadmodum etiam Espmnetasum potesta-tem vocat Aristoteles, Polit. III. 14. Et Appianus Alex. Civel. 1. n. 412. dictatorem appellat Tύρατνον αυτοκράτερα, tyrannum potestate fingulari. Itaque pacis & belli, & uno verbo omnium rerum arbitrium penes eos erat (e); de capite & bonis civis Romani inconfulto populo statuere poterant; idque fine provocatione (f) ad a. u. usque 304. quo Horatius, & Valerius confules legem tulerunt, quæ vetabat ullum magistratum si. ne provocatione creari (g); eaque lex a. u. 453. a M. Valerio consule tertium lata est (b). Dida-

⁽t) Epis. Liv. 19. (u) Liv. II. 18. (z) Id. IX. 18. (y) Liv. XXVII. 9. VIII. 23. (z) Id. XXV 5. (Q. Falvium appellas Livius XXVII. 5.) (a) Cie. Agrav. III. 2. (b) Caf. Bell. civ. II. 21. (c) Liv. XXII. 2. (d) Id VII. 17. (e) Dion. Hal. V. 74. (f) Liv. II. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VI. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. III. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. Ral. VII. 32. (e) Liv. 25. vid. atiam Dion. 25

Dictatore creato omnes alii magistratus exceptis tribunis plebis abdicabant (i): ad quod fingulare jus demonstrandum viginti quatuor lictoribus (iquod nempe idem juris tenerent, quod duo coff. (K))(1) cum fascibus & securibus (m) etiam in urbe, & ceteris regum infignibus utebatur, unde eleganter diffatoris imperium ingenio suo vebemens vocatur apud Livium II. 30.

Sed tamen quibusdam terminis hæc tanta potestas suit circumscripta: & Primo quidem semestris tantum erat, ne diuturnitate potentiæ in tyrannidem verteretur: itaque fi fex menfium spatio negotium, ad quod dictator creatus fuerat, perfe-Rum non effet, tamen distaturam deponere cogebatur : quod enim bis terve ea prorogata fit, ut in Camillo (n) & Papirio Cursore (o) dictatoribus. in summa reipublica necessitate suit factum: nam Sulla & Cæsar vi distaturam perpetuam invadentes reipublicæ leges palam spreverunt, execrando omnibus, quotquot in libera republica nasci contigit, exemplo. Immo statim sublata causa, ob quam creati erant, sæpe se abdicarunt (p). Secundo, nihil pecuniæ publicæ impendere poterant. nisi senatus aut populi justu. Terrio, non licebat iis cum imperio extra Italiam ire; quod femel tantum libera republica, fed fumma necessitate urgente, violatum est in Attlio Calatino (9). Quarto, equum adscendere distatori, nifi ad bellum ituro, vetitum fuit; quod ta-men Fabio Maximo bonoris caufa conceffum est (r): itaque ad populum ferre solebat ut equum adscendere liceret (s). Atque his rebus effectum est, ut per totos trecentos & plures annos nemo hac tanta potestate abusus sit (t); donec L. Cornelius Sulla a. u. 672. per centum & viginti annos intermissam di-Aaturam arripuit : eamque immaniter exercuit.

⁽i) Polyb. III. 87. Plus. libro, qui Amassius dicisur, m. 768. (K) Cis. de legib. III. 3.

(1) Plus. Fab. p. m., 176. A. & vid. Lipf. Eleft. I. 23.

(m) Liv. II. 18. Dion. Hal. V. 75. & X. 24.

(n) Liv. VI. 3. Plus. Camill. p. m. 144.

(o) Vid. Pieb. ad a. m. 42.

(b) Liv. III. 29. & IV. 20.

(c) Liv. Epic. 18. (c) Plus. ejus vita, p. m. 175.

(d) Liv. XXIII. 14. (t) Dion. Hal. V. 27.

⁴ i) Liv. XXIII. 14. (t) Dien.-Hal. V. 27.

cuit, occifis ultra quadraginta civium millibus. multisque rebus inique, & superbissime gestis. Is tamen dictaturam, (quam perpetuam reipublice conflituende causa, ut ferebatur quidem, nactus erat), deposuit: at, qui in multis ejus exemplum, I cet non tanta crudelitate, secutus est sufin Cæfar, ad mortem fuam usque eam retinuit (u). Itaque eo cæfo, lege Antonii confulis in perpetuum distatura e republica est sublata (x); & Augustus, cui ea postea suit oblata, dictatoris appellationem sprevit (v).

6. IV. De Magistro equitum.

Dictatori aderat magister equitum (I'maxpyns' (z)) eodem fere modo, quo olim regi tribunum celerum adtuise diximus. & hic ita dicebatur, quod, ficuti dictator universo populo, fic ille proprie equitibus dumtaxat præffet (a). Dicebantur autem ab ipso dictatore e consularibus fere, vel prætoris viris: nifi quod aliquando a fenatu, vel etiam a populo datum legimus (b). Munus magistri equitum erat dictatorem omnibus modis. qua re, quo confilio, juvare, eique obedientem esse. Insignia magistri equitum eadem sere suerunt, que pretoris; lictores nempe sex cum fascibus, prætexta, cet. Unus tantum libera republica dictator fine magistro equitum suit N. Fabins Buseo senatui legendo (*) a. u. 537. eodem-que tempore, quod numquam alias factum, etiam alter dictator in rep. fuit rei gerundæ causa M. Junius Pera: (c) & postea idem sibi sumfit Julius Cæfar a. u. 705. (d) (Plura qui desiderat, Jen. fium nostrum confulat in Ferculo litter. & abbatom Couture in Historia critica dictatorum; dummodo ea in lucem prodierit.)

CA-

⁽ z) Cic. Philipp. I. 10 (u) Svet. Jul. c. 77.

⁽y) Sues. Aug. c. 52. (z) Dion. Hal. V. 75. (a) Vid. Liv. III. 27. (b) Vid. Abrana. ad Cic. Philipp. II. 29. Liv. VII.

^{12. 24. 28. (34.} Vid. infuper qua neravinous al pag. 12. (c) Liv. XXIII. 22. (d) Vid. Fastes.

APUT

De Cenforibus .

S. I. De origine Censorum.

Enfores a quibufdam inter magistratus ordinarios recensentur; sed, cum non perpetuo in republica fuerint, juxta noffram ordinariorum magistratuum descriptionem (a), extraordinariis eos potius adnumerabimus. De censu præcedente jam fectione, quod fatis est, diximus, qui primo a re-gibus, postea a consulibus (b), qui ils successerunt, vel a dictatoribus actus est (c). At cum consules propter negotiorum & libellorum frequentiam vacare censui agendo non amplius possent, ideoque aliquot annis jam census suisset intermissus, a. u. 310. utilius visum est, peculiares huic rei magistratus creare, qui a cenfendo cenfores sunt dicti. Genfere autem primo quidem fignificat arbitrari (d), qua notione fumitur, cum fenatores in fenatu censere dicuntur : secundo, significat amorqueir, five censum pro conditione subditorum imponere (e) ut cum regio aliqua censeri dicitur: tertio etiam exce!lentiam quamdam notat; ut apud Val. Max V. 3. ex. 2, exer. Aristides, quo totius Cracie justitia censetur; Sen. Ep. 76. eleganter: id in quo ue optimum eft, cui nascitur, quo censetur. Media autem notio huic rei, quam agimus, convenit. Creati semper funt bini censores, & initio quidem in quinquennium; at a. u. 319. lege Æmilia cautum est (f). ut fingulis quidem quinquenniis censores crearentur; fed ita, ut potestas tamen eorum annua tantum & semestris effet; quod nempe grave effet, iisdem per tot annos magna parte vitæ obnoxios vivere. Creabantur sere ex spectatissimis consularibus, utique post secundum bellum Punicum; & primo quidem tantum ex patriciis: verum a. u. 402. pri-

⁽²⁾ Vid. sup. b. sec. c. 1, 6, 2.
(b) Liv. III. 3. & 22. Liv. Halie, VI. f. IX. 36.
Liv. &V. 8. (c) Dion. Halie, V. 75.
(d) Vid. Pisat. Rad. IV. 8. 5. 594.
(e) Cic. in Verr. II. 36.
(f) Liv. IV. 24. & IX. 33.

primus de plebe censor est creatus C. Marcius Rutilus, idem qui primus de plebe dictator fuerat: & paullo post lex lata est, ut semper alter censor de plebe crearetur: immo post a. u. 622. aliquando ambo censores de plebe creati sunt (a).

6. II. Munera censorum.

Munera censorum ad duo capita p æcipua referri possunt, ad astimationem nempe facultatum. & ad assimationem morum (b). Ad primum caput spectat census civitatis, quem peragebant censores in campo Martio fellis curulibus infidentes; ubi per præconem fingulas tribus, & ex iis ordine fingulos cives citari jubebant (i). Hi ad cenfores accedentes rerum suarum gestarum rationem iis reddere debebant (k); tum qua classe, quave centuria censerentur indicare, ut & ætatem suam uxorem, liberos, familiam, & facultates (1): qui incensus mansisset, vel fraude in bonis suis indicandis vel æstimandis (m) uses fuisset, virgis cæfus fub hasta vendebatur, bonaque ejus publicabantur quasi eius, qui se ipsum libertate indignum judicasset (n). Cives in coloniis & municipiis a censoribus earum civitatum censebantur (o), & qui in provinciis erant a præsidibus earum, ex formula tamen a censoribus urbanis data (p); quorum etiam omnium ratio ad cenfores urbanos referri debet; ita ut senatus uno quasi intuitu totius imperii opes & statum pernoscere posset: nam hæc omnia in tabulas referebantur; quæ Græc. ouildes dicebantur (q). Præterea pro ratione opum cives in classes & centurias distribuebant; tribus novas, cum opus effet, veteribus addebant (r); vectiga. lia omnia (1) locabant : (quique ea redimebant honesti erant ordinis, & plerumque ex equiti-bus) locare autem ea, nis Romæ, non licebat: his vectigalibus etiam per provincias leges da-

⁽g) Vid. Liv. Ep. 50. (h) Vid. Cic. de leg. III. 20. (i) Vid. elegantem locum Varr. de ling. Las. V. 9. (K) Vid. Gell. IV. 100. (l) Dion. Hal. IV. 15. (m) Senec. Epiß. 95. (n) Dion. iš Līv. I. 44. Vid. 100. Cic. pro Cac. c. 34. (o) Liv. XXIX. 15. (p) Id. iš. Cic. Verr. IV. 53. (q) Theoph. Infl. 1. 5. 5. 10. (1) Liv. X. 9. 6 Epis. 100. 4 5) Cic. Agrar. 10 Famil. II. 15.

bant (1), que leges, vel tabule censorie vocantur (u): exque diligentissime, quasi sacra quadam paterna, posteris relinquebantur (x): locabant etiam equos Circensibus præbendos (,), & cibaria anseribus in Capitolio (2). Opera publica facienda vel reficienda redemptoribus (a) & mancipibus locabant: redempteres enim dicuntur, qui certa quadam pecuniæ fumma accepta opus aliauod faciendum fuscipiunt, Belgice Aannemers, vel Undernemers dicimus; ut e. g. apud Plin. Hift. nat. XXXV. 3. redemptor tutele Capitolis est, die aangenomen beeft bet Capitool t' onderhouden ; & ita etiam accipe redempturam apud Liv. XXIII. & L. S. S. 2. D. de inft. act. ergolabi autem vocantur in L. un. C. de monop. & labente Latinitate susceptores dicti funt (6), quod cum Pelgica noffra voce convenit. Tum locatorum præterito lustro sarta testa exigebant (c); sacrificiorum denique publicorum pretia curabant.

Secundum muneris Censorii caput suit assimatio morum : & hinc cenfores etiam hodie vulgo dicimus, qui alierum moribus reprebendendis intenti sunt. Animadversio autem censorum non proprie delicta publica spectabat (d), (nam illa legibus & judiciis vindicanda fervabantur) fed domestica, & minora; ut si quis, e. g., in prælio, vel alia occasione belli e), se minus fortiter gestisset (f); agrum minus diligenter coluisset (g); celebs fine causa mansisset (b); as alienum fine necessitate contraxisset, cet. (i) tum de nulla re diligen. tius, quam de jurejurando judicabant (k). Et hæc animadversio plerumque nihil sere præter ruborem afferebat, ita ut non haberetur pro re judicata in nomine tantum, hoc est, dignitate versabatur, rgnominia proprio nomine est dista (n): qua

nota

⁽¹⁾ Cic. Ver. III. 6. (v) Id. Agrar. I. 2.
(2) Dion. Hal. I. 74. (y) Liv. XXIV. 18.
(2) Cic. pro Rofe. Amer. e. 20. Plin. Hift. nat. X. 25.
(a) Vid. Fest. voc. redemptores. Mor.Od.III.1.3. & HI.2.72.
(b) Juftin. VIII. 3. Vid. Salmaj. de medo ujur. e. 5.
(c) Liv. XXIX. 17. (d) Vid. Val. Max. II. 9.
(c) Val. Max. II. 9. ex. 7. (f) Liv. XXIV. 18.;
(g) Gell. IV. 12. Plin. Hift. nat. XVIII. 3.
(h) Val. Max. II. 9. ex. 1. Fest. voc. avorium.
(i) Vid. Val. Max. loo. cis. (K) Cic. Offic. III. 31.
(l) Cic. pro Civent. C. 42. (m) 18. feq.
(p) Id. de rep. IV. apud Non. 1.

nota tamen a sequentibus censoribus rursus tolsi poterat (o); ac notati iterum ad honores admitti; quin C. Geta, cum a. u. 639. senatu motus 'effet, sequente lustro ipse censor factus est (p). Notæ autem censorum præcipuæ fuerunt quatuor. Prima erat, cum fenatorem aliquem fenatu moverent hoc est, in recitatione catalogi senatorii filentio praterirent (9); qua re se talem pro senatore non amplius habere innuebant. Jecunda nota erat, cum equiti alicui equam publicum adimerent (r); si quis scilicet improbis moribus esfet, vel equum fuum publicum male partum habuisset, quæ culpa proprie impolitie, sive incu-tie dicebatur (s). Tertio, quandoque civem ali-quem tribu movebant, id est, ex bonessa in minus bonestam, sive ex rustica tribu in urbanam transferebant t; omnibus enim tribubus neminem move e roterant (u, quia scilicet nemini poterant jus surfragii adimere Quarta denique & gravissima nota erat, cum aliquem inter erarios (d= εθεφισμένε) (x) vocant Græci, sive in cæritum tahulas referrent (, , hoc est, in ultimam Classem; in qua incola oppidi Cere, (qui ob confervatorum bello Gallico sacrorum meritum olim civitate fine fuffragio donati fuerant 2). censebantur (a), hisque aliquando etiam tributum pendendum augebatur (b). Notas has infligere poterant censores etiam ex unius delatione, vel etiam ex propria sua scientia (ε); nam erant αληματίθηση, sive reddendis rationibus non obnoxii (d): iisque notis causa adscribebatur (ε), quæ proprie dicebatur elogium vel subscripcio censoria (f). Et hoc etiam fiebat in senatu motis: quod quidam negant : sed disertissimis verbis affirmat

Liv.

^{(0) 1}d. pro Cluent. 6. 43. (p) Cic.ié.c.42. Val Max.II, 9, 9. (q) Liv. XXXIV. 44. (1) Ovid. Trift. II. 80. (1) Gell. IV. 12. (1) Plin. Hißer. nat. XVIII. 3. (0) Liv. XXV. 15. (2) Bud. Comm. ling. Grae. n. 308. (9) Gell. IV. 10. Afron. ad Cic. Divin. in Verr. 3. Horat. Ep. I. 6. 62. (2) Liv. V. 40. (2) Gell. XVI. 3. (2) Liv. V. 40. (2) Gell. XVI. 3. (4) Liv. IV. 140. (c) Vid. Afron. ad Or. in Pif. 6. 4. (d) Dion. Hal. in excerpt. in er. Fabricii ad Pyrabum.

⁽c) Liv. XXXIX. 42. (f) Cie. pro Ciment. 6. 40

Liv. XXXIX. 42. Alter censor alterum in notis infligendis prohibere poterat (g): & etiam fe in-

vicem poterant notare (5).

Ad hanc partem muneris censorii etiam spestavit potestas ferendi leges sumtuarius, (quales suerunt Fannia, Licinia, aliæque (i),) ceterasque ad disciplinam & mores publicos pertinentes. Nifi potius illas leges aliis magistratibus ad populum ferendas dederint (*).

6. III. Rieus quidam cenfoeii.

Peculiaria huic magistratui suerunt, quod eum-dem bis censorem creare non liceret (1); quia iterata eorum potestas populo oneri sutura videbatur: quam legem tulit C. Marcius Rutilus a. u. 488. cum ipse secundum censor esset creatus; unde Censorini cognomen meruit (m . Altero quoque censorum mortuo alium ei sufficere non licebat (n); sed alter etiam se abdicare debebat: immo mors cenforis ominosa erat, quia sacrosan-Li habebantur. Tum, secus ac alii magistratus, fatim, ac creati effent, magistratum inibant (a). Antequam munus fuum auspicarentur consores jurabant, (p) se nihil gratiæ vel odio daturos; fed omnia fincero animo acturos. Exitu censuræ in leges jurabant ; & inde in grarium elcendenies. (its sepe apud Livium legitur, pro asendentes, ut essigo dicunt pro assigo; & inde assistims) (4) ibi nomina corum quos eraribs relinquebant. dabant (r. Denique omnibus rite peractis, after cenforum, cui id forte obvenerat ('s), in campo Martio plerumque lustrum condebat (t; vota pro falute publica concipiebat (u), sue, ove, & tauro circum concionem primum ductis facrum faciebat; quod suavetaurilia, vel solitautilia (x) dicebatur, quemadmodum in præcedentibus jam docuimus (y).

⁽⁵⁾ Liv. XXXX, vb. XLII. 10. XLV. 11.

(h) Vol. Max. II. 0. ex. 6. (i) Goll. II. 24.

(K) Vid. Plin. Hift.nat. XXXV. 17. (!) Vid Vol. Max. IV. 1.6x ?;

(m) Vid. Plus. Copiol. 18f0 init. (n) Liv. V. 31. IX. 34.

(c) Liv. XL. 45. (p) Zomayat. H.

(d) Plaut. Ampb. I. 3. 19. Marc. 11. 3. 107. cer.

(e) Liv. XXXIX. 37. (s) Id. XXXVIII. 36.

(f) Id. X. 9. (n) Val. Max. IV. 1. 10.

(h) Id. X. 9. (n) Val. Max. IV. 1. 10.

⁽F) Reft. ca vec. (7) Sell. 2500. c. 7. 5. 3.

Dignitas censorum maxima fuit (2), & non vi quidem, sed honore, supra ipsos consules; quorum etiam omnia infignia habebant, præter li-Rores: itaque a Cic. merito vocatur censura, magistra pudoris & modestia (a); & a Plut., Koouφήτις τιμής απάσης, η τρόπου τινά της πολι-τείας απάσης επιτελείωωσις (b), hoc eft, fastigium quasi omnis bonoris est hic magistratus, & auodammodo omnium in republica actionum con-Jummatio: & alibi (c) , A'pxn TAGOV ! EPOTATH Sed censuræ vim primus imminuit P. Clodius (d) tribumus plebis lege lata a. u. 605. ne quis senator nota censoria affici posset, nisi legitime accu-Latus & damnatus effet, cum ipfe, ut videtur, omni vita turpissimus eam suo merito timeret : verum ea lex a. u. 702. a Metello Scipione est abrogata (e). Diu intermissam censuram Augustus revocavit semel censoribus ex privatis creatis L. Munacio Planco, P. Emilio Lepido (f); & ter ipse magistri morum nomine præditus censum agens (g): fed jam Julius Cæsar præfesturam morum gesserat (b). Vespasianus item imperator cum Tito filio (i) a. u. 827. cenfuram gefferunt, & lu-ftrum condiderunt (k). Domissanus (*) vero cen-foris perpetui nomen fibi arrogavit (1). Sub fequentibus vero principibus censura sensim in defuetudinem abiit , nisi quod sub Decio Valerianum, qui mox imperator fuit, censuram gestisse legimus (m). (Plura de censoribus dabit tom. I. Hill. Acad. litt. Paris. p. 75. segq.)

⁽²⁾ Vid. Liv. IV. 8. (a) In Pijon. cap. 4. (b) In Cat. Mai. p. m. 345. (c) P. Émil. p. m. 175. (d) Vid. Cic. de harajp. refp. c. 27. (e) Dio XL. (f) Id. LIV. (g) Svet. Jul. c. 76. (h) Svet. Ang. c. 27. (i) Pijn. VII. 49. (K) Cenforin. de die nat. Grat. p. 1975. numer. 8. Wheler. Iriner. III. p. 120. ed. Amft. 1686. (**) (Eum Martialis Conformation appellat VI. 4.)

^{(#) (}Eum Martialis Censor maxime appellat VI. 4.)
(1) Inscrip. asud Grut. p. 574. n. 5. 6. 7.
(m) Tiebell. Poll. in Valor. 5. 1. sag.

CAPUT X.

De Interrege.

Interreges) Græce (a) (μεσοβασιλεῖς,) primum post mortem Romuli instituti sunt (b). Cum enim ordines inter se dissentirent, & inter Romanos ac Sabinos de regno contentio orta esset, placuit, ut penes unum ex senatoribus insignia & munus regium per quinque dies esset (minus recte, puto, dicit Plut. Numa p. m. 61. horis 12. potestatem interregiam suisse inclusam: & in voce Kupina locus corruptus est); atque is, co tempore sinito, alteri, quem nominare vellet (e), ea traderet; is post alteros quinque dies tertio, atque ita deinceps donec rex creatus esset (d); quæ sorma regiminis tum temporis per integrum annum obtinuit. Libera vero republica ad interregnum deveniebatur, cum nec consules, nec distator in republica essent (e); quod eveniebat, vel per repentinam eorum mortem; vel, si tribuni plebis intercessione sua comitia diremissent (f); vel ob similes causas. Creabantur vel prodebantur, (nam & hic proprium illud verbum erat (g),) præcipue ad comitia magistratuum habenda, quæ tamen a primo interrege haberi non solebant (b); & munus eorum porro idem, quod consulum, suit. Hic solus magistratus (r), ut jam diximus, numquam cum plebe est communicatus; & post tempora Cæsaris creari desiit.

C V-

⁽²⁾ Dion. Halie. fape, qui tamen IX. 69. eos vocas estrußetoilles.
(b) Liv. II. 17.
(c) Dion. Hal. V. 72.
(d) Id. II. 57. VII. 218
(e) Liv. III. 53.
(f) Vid. esmid. VI. 33.

⁽e) Liv. III. 53. (f) Vid. omind. VI. 33. (f) Cic. pro dom. c. 14. Liv. III. 40. VI. 41 (h) Alc. ad Cic. pro Mile 4. 5. (i) Gic. pro dom. c. 14.

CAPUT

De Præfectis Urbi, Prætorio, & Annonæ.

S. I. De præse Elo urbi .

P Refectus urbi diversis temporibus diversi generis fuit: & initio quidem reipublica, cum reges. & mox confules frequentibus bellis avocarentur, ne urbs fine magistratu esset (a), aliquem fibi substituebant, qui omnia regia, vel consularia munia obiret (vel, ut dicit Tac. loc. cir. qui jus redderes, ac subiris mederesur) & præsecus urbi diceretur, qualem primus instituit Romulus Dentsem Romulium (b). Hic itaque se-natum habere, & consulere, ac cum populo agere poterat; adeoque comitia centuriata habere (c): quamquam ad comitia magistratuum habenda dictator potius, si opus effet, crearetur.

6. II. De prafecto urbi Latinarum causa .

Creato vero prætore, cum penes ipsum summa potestas absentibus consulibus effet, præsecus urbi dumtaxat, (nam extraordinarium plane est, quod Cæsar sex vel octo præsectos urbi instituit in Hispaniam proficiscens), (4) creari cœpit ad usurpationem vetustæ religionis Lasinarum feriarum (e) causa, quæ a Tarquinio Superbo ultimo Romanorum rege institutæ per quatuor dies (f) a consulibus, priusquam ad bellum proficisci possent, in monte Albano celebrabantur in honorem Jovis Latialis, simul cum magistratibus quadraginta septem Latii populorum, i inter quos, post Romanos, præcipui erant Latini, Hernici, & Volsci (g)): & hac re Farquinius Romam La-

⁽a) Tacir. Annal. VI. 11.
(b) Id. d. l. (c) Liv. I. (c.
(d) Dio XXXXIII. p. 140. ed. R. Steph. 1548.
(c. (Tacir. ib. &) L. 2. § 33. B. de orig. far.
omittisur: syranus and Svett Jul. 75. & al.)
(f) Plus. Camill, in f. (g.) Doon, Hal. IV. 49.

tii (*) metropolim agnosci secit, cum a Magistratibus Romanis hæ feriæ indicerentur : & Romani facris, quæ ibi fierent, præessent. Quo tempore a mutuis injuriis diligenter abstineri debebat; unde a'royal, five inducia vocantur (b). Creabatur autem fere adolescens, qui senatoria extate nondum effet, & tamen in rebus subitis se-natum habere poterat (i): cum populo vero age-re non poterat, quod seriæ eo tempore effent. Sed hæ feriæ procedente tempore valde neglestæ funt (k).

6. III. De præfesta urbi ab Augusto instituto.

Augustus imperator ex confilio Mecenatis alium præsecum urbi instituit (1), cujus potestas ordinaria, continua, & per plures sepe annos proro-gata suit, cujus rei exemplum est in Pisone apud Taestum, Annal VI. 11. ubi egregie de hac præsectura loquitur: valebatque ejus potestas intra urbem, & centesimum ab urbe lapidem, L. 1. §. 4. D. de off. pref. urb. quam præsecturam ipse Mæcenas m) primus gestit. Munus (n) ejus erat ius dicere unde prætoris infignibus ufus effe videtur) (o), præfertim inter dominos & servos, libertos & patronos; de criminibus tutorum & curatorum cognoscere; nummulariorum fraudes coercere, & omnino quietem publicam procurare . Tum etiam quædam, quæ ædilicii muneris fuerant, usurpabat; ut curam carnis venalis p), & disciplinam speciaculorum (4). Habebat etiam potestatem relegandi, deportandique in infulam (r), quam imperator designavisset. Creabatur hic præsecus plerumque ex iis, qui jam alios hono-res omnes cum laude gesterant; & quas vicarius principis erat: unde in Novell. LXIII. §. 2. con-Aituitur, ut urbicaria presectura omnibus aliis prelideat

^(*) Id jam servius perpulerar. Liv. I. 45.
(h) Diospf. I. d. (i) Sell. XIV. 8.
(K) Vid. Cie. pro Planc. c. c. (l) Sves. Aug. cap. 17.
(m) Horat. Od. III. 8. 17. 29. 29.
(a) L. 1. D. de off. pref. urb.
(b) Vid. Spanbem. de vj. & preft. munispp. diff. X. 118.
(c) Vid. Spanbem. de vj. & preft. munispp. diff. X. 118.
(d) Pengir. Nor. imp. cec. 4. (q) d. L. 1. 5. 11. sq.
(eg. L. 2. §. 1. de ff. de pan. L. 6. \$ 10. furirde & leg.

fideat dignitatibus; & parem cum prefecto prato. rio dienitatem obtinebat (s). Unde eum amicum fuum vocant imperatores apud Ulpianum L. 4.D. de off. praf. vig. Præfecto urbi etiam additus fuit vicarius, qui eo absente vel mandante jurisdictionem exerceret (t).

S. IV. De prafectis pretorio .

Præfectis urbi subjungamus jam præsectos prætovio (qui magistris equitum successiffe dicuntur (x)) quos Augustus primum ex equestri ordine binos creavit eo confilio, ut fibi invicem obstarent (x). fi quid novi alter moliretur. Tiberius vero unum fecit Elium Sejanum ; qui vim præfecturæ modicam antea intendit (y), dispersas per urbem cohortes prætorias in una cattra conducendo : fed alii rurfus Augusti duos præfestos prætorio creaverunt (z). Initio autem institutionis suæ præse-Ai prætorio res bellicas tantum curabant: erantque proprie magistratus Cæsaris, quemadmodum prætor populi : fed primum M. Antoninus cœpit fecum præfectos habere, quorum auctoritate & periculo jura dictabat (4): & tandem Commodus imperator, ut ipse deliciis vacaret. Perenni præfecto prætorio omnes curas commist; eoque interfecto, quia nimia potestas videbatur, duos constituit (b), at postea tamen rursus in ea re variatum est. Itaque demum judicia & appellationes ad præfectum prætorio funt delatæ [c]: & ab eorum fententiis appellatio [falva supplicatione] interdicta fuit [d].

Postea Constantinus, immensa præsectorum potestate divisa, pro duobus quatuor constituit; unumque Orienti, alterum Illyrico, tertium lealia & Africe, quartum denique Galliis, Hispaniis,

& Bri-

⁽¹⁾ L. 1. C. de pref. Pret. 1. 4.
(1) Cassiod, Var. IX. 115. Vid. Clar Noode. de jurisd. II.1.
(1) L. un. D. de off. pref. pret.
(2) Dio Lil. p. 355. & LV. p. 377. ed. reg. 1548.
(7) Tac. Annai. IV. 2.
(2) Svet. Cai. c. 56. Tac. Annai. XII. 52. XIV. 31.
(2) Svet. M. dne c. ...

⁽a) Capit. M. Ant. c. 11.

(b) Herodian. I. 9. (c) Vid. L. 32. \$. 4. Cod. de appell.
(d) L. un. \$ 1, D. de off. praf. prat. Vid. Pancir. ad no. tie, dign. imp. occ. 3.

Re Britannie præfecit (e): fed militum curam iis ademit, eamque ad magifiros militum transtulit (f). Verum etiam ita magnam semper austoritatem retinuerunt: edista enim perpetuo observanda promulgabant; niss a principe sevocata suissent (g): provinciarum, quibus prærant, præsidibus imperabant (b): judices delinquentes puniebant, aut inhabiles removebant (i): tributum a principe indictum per provincias describebant (k): omnia denique vestigalia, portoria, salinæ, annonæ, ac classes ad species illas transvehendas erant sub eorum dispositione. Præterea etiam a præsidibus provinciarum ad præsestum prætorio appellabatur (1).

Olim præsecti præstorio (plerumque quidem, non semper) (m) erant ex equitibus (n): sed Alex. Severus senatoriam dignitatem iis addidit, ne, qui senator por essere senatoriam iis addidit, ne,

qui senator non esset, senatores judicaret.

Habebat autem præsectus prætorio sub se vicarios (o), sub quibus rursus tota erat diecesis. Diecessis autem multas metropoles sub se continet: metropolis multas civitates. Hæc autem ita breviter
subjungere visum est; licet, nec præsecti prætorio,
nec eorum vicarii proprie ad scopum nostrum
pertineant; cum de iis maxime agere statuerimus,
quæ libera rep. obtinuerunt.

S. V. De Prafetto annona.

Prafectus annone olim inter magistratus urbanos extraordinarios suit; nempe nonnisi arctissima annona creatus (p). Et ita etiam Pompejus M. huno magistratum gessit (q). Augustus ordinarium curatorem srumenti populo dividundi instituit (r): quæ dignitas etiam magna esse debuit; quod Varus eam in solatium ablatæ præsecturæ prætorio acceperit (s).

C A-

⁽c) Zosim. II. p. 100. ed. Oxon. 1579.
(f) Valef. ad Amm. Marc. XIV. p. 48. ex eodem Zosim.
(g) L. 1. C. de off. praf. pr. Or & Iltyr.
(h) L. un. C. de P. p. As.
(i) L. 34. C. de off. p. .. Or. & Ill.
(k) L. 135. C. de ann. & erib. 10. 15.
(l) d. L. 32. C. de ann. & erib. 10. 15.
(l) d. L. 32. C. de appell. (m) Tac. Hist. IV. 68.
(n) Capie. Comm. & M. Anton. (0) Scalig. Ep. 184.
(p.) Liv-IV. 12. 13. (q.) Cic, pro dom. c. 5.
(1) Svet. Aug. e. 37. (5) Tacit. Hist. IV. 68.

APUT XII.

De Decemviris Legibus (cribendis Consulari Potestate .

Nitio Reipublica pauca admodum teges Roma fuerunt; sed regum arbitrio lites judicabantur; & quod illi justum judicassent, pro lege erat (a). Denique cum paucæ illæ leges solis patriciis essent notæ, consules plerumque libidinem & licentiam pro legibus habebant. Hoc cum plebs diutius ferre nec vellet, nec posset, A. U. 201. P. Terentius Ara fa , er. p :- legem promulgavit, ut uinqueviri scrilendis de imperio conjulari legibus creurentur; utique quod populus in se jus dedisset, eo consules uterentur, neve ipsi licentiam ac libidinem suam pro lege haberent (b). Sed assiduis inter patres & plebem contentionibus in A. U. 299. res est protracta; quo tandem anno ex Senatus consulto legati in Græciam missi sunt, qui Atheniensum leges a Dracone & Solone, aliarumque gentium ab aliis legumlatoribus latas describerent (c). Iis A.U. 302. reversis, cum omnes alii magistratus abdicassent decemviri confulari potestate ad leges præscribendas ex patriciis (reati funt (d); qui primo quidem summa æquitate jus populo dixerunt, singuli decimo quoque die imperii infignia habentes. Tum etiam decem legum tabulas centuriatis comitiis pertulerunt æquissimas (e): ita ut universo populo fummo opere placerent. Sed cum etiam duas tabulas reliquis adjici placuisset, in annum sequentem iterum Decemviri creati funt: verum hi de libertate opprimenda, & imperio fibi retinendo conjurationem inierunt, & cum multa tyran. nice admodum & impotenter geshisent, abdicare tandem funt coacti (f), & in carcere, vel fuga perierunt. Leges tamen, quas tulerunt: ut erant æquissimæ, ita quoque sanctissimæ semper funt

⁽a) Dion. Hal. IV. 24 X 1. Tacis. Ann. Ill. 26. Pom-

^{1. 2. \$. 1.} D de orig. jur.
(b) Liv. III. c.
(c) lota, y1. Vid. \$. 10. Inft. de jur. nat. gent. & civ,
(d) Liv. III. 31. (c) loid. 34. (f) Ibid. 54.

funt habitæ . Et hæ funt celebres illæ duodecim (g) tabulæ, juris publici privatique per orbem Romanum norma & fundamentum (*): easque ad tempora Ciceronis usque nobilior juventus memoriæ mandabat (b), post quæ tempora jus prætorium introduci cæpit.

CAPUT MIII.

De Tribunis Militum Confulari Potestate, & quibusdam aliis.

6. I. De tribunis militum consulari potestate.

UM tribuni plebis ingenti molimine communicandum effe cum plebe confulatum urgerent, & patres viderent se contentione pares amplius non futuros, nec tamen ipfum confulatum cum plebe communicatum vellent, ut specie saltem aliqua super plebejos eminerent, A. U. 309. Senatus-consulto, & decreto populi sancitum (a) 'est, ut pro consulibus tribuni militum tres ex patricifs, tres ex plebeiis crearentur, qui confulari potestate rem publicam gererent 6); eoque anno finito rursus ex Senatus consulto plebs rogaretur; consulesne, an tribunos mallent? quique magis placuiffent, fierent. Tribuni autem militum confulari potestate sunt dieti, quia inter homines plebejos maxime eminebant illi, qui tribuni in castris fuisfent. At primo illo anno tres dumtaxat ex patriciis creati funt; iique paullo post, quod vitio creati esse dicerentur, abdicarunt, subiectis ipsis consulibus (c). Sequentibus annis consules iterum, vel tribum militum creati sunt, prout vel plebs, vel patres contentionibus prævaluissent : & hoc obtinuit usque ad A.U. 387. quo primus de plebe consul factus est ille quem jam diximus, L. Sextius Sextinus Lateranus (d). Creati funt primum tres, in-E 2

⁽g) Auf. Gryph. tern. 61. (h) Cic. de legih. II. 27. (*) (De his legg. omn. confulc Tacit. Annal. III. 27.) (a) Liv. IV. 6. (b) Dion. Halic. XI, 60. (c) Liv. ibid. 7. (d) Liv. Vic 42. Tab. Cap.

de quatuor, demum fex: octo vero numquam: licet id jam olim creditum fit . Vid. El. Perizon. Animadu. bist. c. 2. p. 45. Rupert. ad Pompon. de orig. jur. II. 11. ex nomine autem info apparet. eorum munus & infignia eadem quæ confulum fuiffe.

6. II. De quibusdam aliis magistratibus.

Triumviros, vel tresviros rei publica constituen-da, (qui post trucidatum in senatu Julium Cæfarem , (*) fuerunt M. Æmilius Lepidus , M. Antonius, & C. Julius Casar Octavianus, qui postea Augustus est dictus) quidam etiam magistratibus extraordinariis accensent; sed verius est. corum meram tyrannidem (e), non magistratum fuisse.

· Fuerunt alii quoque magistratus extraordinaris minores; ut quinqueviri mensarii (f), qui curarent, ut æs alienum dissolveretur; quinqueviri muris, turribusque reficiendis (g); duumviri navales (h); triumviri edibus sacris resciendis (i), cet. Sed de iis idem dicendum, quod de similibus ordinariis diximus, scilicet nomine ipso munus eorum satis indicari. Hi autem omnes magistratus, licet minores, ex honoratissimis sere capiebantur. ut de duumviris navalibus videmus apud Livium, XL. 42. & de triumviris coloniæ deducendæ, ibid. c. 20. & 43. Atque ita Pompejus M. & Pifo colonos Capuam dedunerunt (k): & antea lutacius Mutinam (1). Sub imperatoribus etiam suerunt curatores Kalendarii, qui foenus principibus debitum exigebant (m).

CA-

^{(#) (}Nam & bic cum Pompejo & M. Casso societatema ac triumwiratum iniera: Vid. Svet. Cass. C.19. Liv. Epis. CV. Flor. IV. 2 12. 490 respicit etiam Lucan. I. %, F. R.)

-(c) Svet. Aug. c. 27. (Flor. IV. 7.5. Liv. Epis. CXX)

(f) Liv. VII. 21.

(g) Id. XXV. 7.

(h) Id. XXV. 7.

(K) Cit. post red. in fem. 21.

(1) Polyo. III. 490.

(2) Vid. summing Ci. Noode de fem. II. 24

⁽m) Vid. omnino Cl. Noods de fem. II. to

CAPUT XIV.

De Magistratibus Provincialibus, sive de Proconfulibus. Proprætoribus, eorumque Legatis.

6. I. De nomine. & diversis proconsulum zoneribus .

PRovincia (Græc. inapxia) (a) est regio, quam populus Romanus provicis (b) vel precul vicit (c); & quia talis provincie regende munus quotannis alicui imponebatur, hinc vox ea pro omni munere, sive officio sumi coepit; (d) ut consularis provincia dicitur obtigisse Verri, cum quæstor esset consulis Carbonis (e). Hi vero ma-Bistratus proconsules & propretores sunt dichi, qui-bus aderant questores & legati.

Italia autem proprie dicta hic honos est datus. ut numquam pars ejus in provinciæ formam redacta fuerit. Et hic obiter notandum, septem federati Belgii civitates non rece Latine provincias dici, quæ vox potius terris in Brabantia & Flandria, tum in aliis orbis partibus ordinum nostrorum imperio parentibus conveniat. Disputatur autem, an aliquis dicendus fit proconful unica voce an vero pro confule (f; fed ea res magni momenti non est, & utrumque apud probos auctores inveniri puto (g). Ante bellum Punicum fecundum · imperio proconfulari raro opus erat, quia scilicet magistratus urbani omnibus fere negotiis sufficiebant; at postea aucto imperio provinciæ extra ordinem mandari coeperunt, quod quatuor potiffimum modis factum est. Primo, aliquando privatis imperium proconsulare mandabatur; quod primum contigit K. Fabio, & Sp. Furio A. U. 275. & ita postea P. Cornelio Scipioni (b), qui A. U.542.nullo dum magistratu gesto, vigesimum quartum ætatis annum agens in Hispaniam cum imperio est mis-Е 2 fus

⁽a) D. Lue. A.H. XXIII. 24. XV. 1. (b) Fest. (c) Isd. XIV. 5. (d) Ter. Phorms I. 22. & ibi Donas.

⁽c) Cic. in Verr. I. 13. (f) Man. ad Cic. Fam. I. 7. qui 70 proconful prebas. (g) Es isa Pigh. ad. a. u. 175. (h) Dien. Hal. IX. 16.

fus (i). Et huc etiam referendi funt, qui sequentibus temporibus post aliquot annos, quam consulatum gesterant, in provincias mittebantur, & qui ex prætura imperium proconfulare acceperunt. nt M. Marcellus A. U. 518. (k. & A. U. 562. L. Amilius (1).

Secundo, alicui quandoque ultra annuum tempus provincia prorogabatur; quod primum factum eft A. U. 427. in Q. Publilio Philone (m).

6. II. De tertio & maxime uftato procoss. Renere .

Sed terrio, ufitatius proconsules dicebantur. qui post gestum in urbe consulatum in provincias mittebantur; de quibus exactius jam est dicendum.

A. U. 631. C. Sempronius Gracchus legem tulit . cum tribunus plebis effet, (vide omnino Manus. ad Cic. Famil. I. n. 7. & Pigbii Annales ad b. a.) quæ etiam deinceps observata suit, ut senatus, (nam ad eum omnino hæc cura speclavit, licet ribuni plebis sæpe se ei nogotio immiscerent) (n), ante comitia duas provincias confulares. Lex prætorias futuris magistratibus decerneret, quas designati inter se sortirentur, vel compararent. Sed tamen hæ provinciæ certæ non erant e verum pro re nata, & arbitrio fenatus (o) eadem provincia aliquando confularis, aliquando prætoria fuit (p). Etiam labente jam Republica ali-quando contra leges plures provincia uni funt datæ, & aliis (e. gr. Pompejo, Cæsari) (41, per plures annos imperium est prorogatum. Post hanc legem Semproniam itaque comitiis ad conftituendos proconfules nihil opus erat; fed fub finem annui in urbe magistratus, consules, vel presto-res legem ad populum curiatis comitiis ferebant de imperio militari obtinendo (r), fine qua lege bellum administrare non poterant (1). Distinguendum

⁽i) Liv. XXVI. 12. (k) Liv. XXVII. 20. (l) Plvl. ciur vi. p. 25. (Liv. XXXVII. 2. pr.) (m) Id. VIII. 15. (m) id. viii. 25. prov. confular. 1.

⁽n) Cic. or. as prov. conjuiar. 1.
(n) Vid. fenatus audorisasem apud Cadium ad Cic. apife.
3. & oran. Manus. ad Cçl.
(p) Isid. 7. Id. da prov. canf. 7.
(q) Svet. Jul. c. 25.
(1) Liv. K. 32.
(1) Vid. fuper feft. 1. c. 6. §. 2.

dum enim hic eft inter imperium & potellatem : nam potestatem habere dicitur, quicumque a populo negotio alieni prafettus ett: unperium vero is tantum, cui a populo (*) nominatim elli gerendi potellas aara est. Imperium autem mandari solebat dictatori, consuli, prætori; & aliquando, ut hic videnus, privatis: proconfules enim proprie magistratus non erant (1), sed tantum cum potestate, & . fi le accessifet, cum imperio esse dicebantur: ideoque nec auspicia habebant, nec triumphus facile ipsis decernebatur, præsertim si ex privatis in provincias ivissent (u), quod tamen perpetuum non fuille, ex Pompejo Magno patet, qui eques Rom iterum triumphavit (x).

Postquam provinciæ ita præsidibus suis obvenisfent, vel potius ante, quam eas fortiti essent, ne ita locus odio vel gratiz daretur (y, fenarus-confulto orna antur (2), hoc eft, earum lutitudo, magnitudo etrecitos, stipendium, viaticum, comitatus, five cobors (a), (in qua erant legati, tribuni, præsecti, centuriones, ministri, contubernales) (b) decernebantur : ornare enim fæpe nihil aliud eff, quam inservere (c). Contubernales autem proprie dicebantur adolescentes primarii, qui cum præsidibus ibant, ut sub eorum quasi oculis militiæ aliorumque munerum rudimenta discerent (d). In ea cohorte præterea erant amici imperazoris, iique varii gradus, ita ut vel prime, vel fecunde. vel tertie admiffionis dicerentur (e), quos Galli hodie dicerent du grand & du petit couchet, on lever: qui scilicet ita familiares sunt præsidi . vel principi suo, ut ipsi cubitum eunti, vel lecto exfurgenti adfint: olimetiam comites funt difti (f). Post hac proconful, facris in capitolio rite per-

^{(*) (}Fest. cum imperio cet.)
(1) Apere Liv. XXVIII. 32. Vid. omn. Spanh. de us. & pres. numssifm. dist. X. p. 175.
(2) Val. Max. II. 8. 5. (2) Cic. pro leg. Man. c. 21.
(3) Vid. exempl. apud Liv. XXXIII. 3.
(2) Cic. Agrar. II. 13. (2) Tac. An. Vi.9. & ibid. Lips.

⁽b) Sver. Jul. c. 2. (c) Cic. in Verr. IV. 20. & sepe alibi. (d) Cic. pro Cal. c. 30. Id. pro Planc. c. 11. Tacit. Agric.

⁽c) Senec, de benef. VI, 11. Svet. Vefp. c. 14. (f) L. 4. D. de off. Afeff. L. 16. de off. pref.

actis, paludatus (hoc eft, paludamenso, que veflis erat imperatoria (g), (induius) in provincias proficifcebatur b), lictoribus cum fascibus & securibus adsumtis, & amicis aliquanto spatio extra urbem eos deducentibus (i).

6. III. Proconsulum in provincia munua

In provinciis hi magistratus, ut jam vidimus, habebant imperium & poteffatem; illud militiam, hæc jurifdictionem & cognitionem spectabat: hanc autem ut exercerent, plerumque paullo post, quam in provinciam venerant, conventum provincialium in civitatem aliquam indicebant (k ; vel infi provincia civitates juri dicundo obibant (1), idque forum agere proprie dicebatur (m). lus porro dicebant, (honeftioribus quibutdam provincialibus in judicium adscitis) (n), ex legibus, quas imperator, quum primum regionem illam in provinciæ formam redegiffet, en decem plerumque legatorum (o) sententia ei imposuerat; vel ex iis, quæ postea de ea provincia in urbe lata erant : vel denique ex suis edictis (p); quæ, quia plerumque ex edicto prætoris urbani fumebantur, translaticia dicebantur (4), & sæpius ediciis urbicis erant similia (r): licet tamen multa, quæ olim singulari jure in urbe recepta erant, ad provincias non porrigerentur (s). Habebant præterea curationem omnium rerum, que ad provinciæ administrationem spectabant: ubi etiam omnia ad imaginem administrationis urbana fieri solebant (t).

6. IV. Redisus ex provincia.

Finito annuo munere, (annus autem ille putabatur a tempore, quo provinciam ingressi esfent,

⁽e) Juv. Sat. VI. 400. Cic. Verr. V. 13.
(h) Diarium weeut apud Piph. ad a. u. 385.
(i) Liv. XLII. 40. Cic. in Pip. c. 15.
(K) Cic. Pamil. II. 8.
(I) Svet. Jul. c. 7.
(II) Cic. ib 6. Att. II. 16. 17.
(II) Cic. Verr. II. 50.
(II) Liv. XXXIII. 14. Cic. Verr. II. 50.
(P) Quorum exempla exfant apud Cic. ad Att. VI.1.
(q) L. 9. 8. 3. D. de off. proconf. (ubi ramen bujus voca-buli aulla mentio. Sad vide Brifs. de verbor. qua ad jus persinent fign.)

pertinent fign.)
(1) Vid. Menard, not. ad Cic. in Verr. II. 43.
(2) Noods 96f. II. 32. (1), Cic. Fags. X. 32.

Tent. non a tempore profectionis ex urbe) (u). proconful fuccessori, si advenerat, provinciam & exercitum tradebat; & intra triginta dies juxta legem Corneliam (x) provincia decedebat; post-quam (quod lege Julia cautum erat) (y) rationes provinciæ apud duas eius civitates depofuiffet: quod fi successor ejus nondum advenisset, tamen decedebat, legato, vel quæftore fuo (2) (quod frequentius erat, quia quæstor erat magi-tratus P.R. (a)) cum potestate in provincia reli-Ro. Cum Romam rediisset proconsul, privatus urbem ingrediebatur, nisi triumphum peteret; tum enim urbem non intrabat, sed senatui extra urbem in ædem Bellone, (vel etiam aliquando aliam) (b), evocato res suas gestas exponebat: & , fi triumphum impetraffet (c), donec eum egiffet, imperium, lege ea de re ad populum lata. retinebat (d), & interea ad urbem elle dicebatur (e). Inde rationes provinciæ gestæ ad ærarium re-serebat; ut & beneficiarios (f), sive eos, quos restimonio suo ob negotium aliquod in provincia be-ne gestum bonoratos volevas. & hoc intra triginta dies post rationes relatas debebat fieri (g). Si provinciam bene rexissent proconsules, magnos honores a fociis consequebantur, statuas, (ad quas improbi prætores etiam pecuniam exigebant) (b), fana (i), dies festos (k), &c. quemadmodum e.g. Lucullea festum in honorem Luculli apud Cyzicenos celebratum legimus (1), & Marcellea in honorem Marcelli Syracusis (m): sin secus, judiciis repetundarum, peculatus, aliifque accufari poterant.

Èş

5. V.

⁽u) Id. ad As. V. 14. 13. 21. (x) Cic. Fam. I. III 6. (y) Cic. Famil. V. 10. G nos. ad II. 37. (z) Ibid. II. 18. (a) Ibid. 11. 18 G ad Ass. VI. 6. (b) Liv. XXXVIII. 44. (c) Id. XXXIX. 4. (d) Cic. ad Ass. VII. 16. Liv. XLV. 35. (c) Cic. ad Ass. VI. 16. Liv. XLV. 35. (e) Cic. ad Ass. VII. 16. Pill. III. 10. 11. (f) Cic. pro Arch. c. 5. G Famil. V. 20. (g) Cic. I. prox. d. (h) Cic. in Verr. II. 11. To. (i) Cic. Famil. III. 7. G omn. ad Assic. V. 21. (6K) Ascon. ad Cic. in Verr. II. 10. (1) Plus. Lucull. p. m. 505. (m) Cic. in Verr. 11. 11. De divinis process. Europibus as Mamor. acad. list. Parif. tom. IL. p. 450.)

S. V. De propretoribus.

Omnia, quæ de proconsulibus dista sunt, etiam de propretoribus dista esse oportet intelligi; inter quos nulla suit disserentia, nis quod illi duodecim, hi sex tantum listoribus uterentur; tumquod proconsulis exercitus, cohors sec. sere ampliora essent: immo qui ex prætura in provincias mittebantur, aliquando proconsules dissi sunt (n); se rursus proprætores qui ex consulatu: quin quæssores in provincia relicti proconsules quandoque dicuntur (o). Aliquando denique etiam quæssor proprætore in provinciam missa legitur, ut Pisa apud Sallustum Catilin. c. 19. cui adde eumd. in Ingurth. c. 111. edit. Jos. Vuase, se Cato in Cyprum (p).

S. VI. Ordinatio provinciarum al Augusto instituta.

Quartum proconfulum genus ab Augusto imperatore inflitutum est-: is enim totum orbem Romanum in duas partes divisit., & provincias quidem validiores, & quæ hosti patebant (q) magis, fibi retinuit; pacatiores vero fenatui populoque tribuit; eo confilio, ut ita omnes regiones & omne imperii robur penes se essent; licet specie populum exercituum onere levandi . Prima hæc divisio talis fere fuit (r): senatoria & populares provincia erant Africa, Numidia, Aha, & cum Epiro Gracia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Cyrene, Bitbynia cum Ponto finitima, Sardinia . atque Hispania Batica . Imperatorias provincias conflituit hasoe, Hispaniæ quod reliquum erat, ut Tarraconensem & Lusitaniam, tum omnem Galliam , Narhonensem scilicet , Lugdunensem , Aquitanicam, & Celticam, cum iis populis, qui eorum coloni essent: item Celesyriam, Pheniciam,

(q) Svet. Aug. c. 47. (1) Dio. lib. LIII. ad. A. U. 724.

⁽n) Fr. Fabric. ad Cic. pro Ligar. c. 1. Sves. Aug. c. 3.
(o) Manus. ad Cic. Famil. II. 17.
(p) Vel. 1.1. 45. ubi male. Heinf. & Burmann, legume. guaftorius.

Ciliciam, Cyprum, Ægyptum; quibus postea adhuc aliæ accesserunt. Sed tamen sæpe regionum istarum conditio mutata est, ita ut, que antea senatoriæ provinciæ suissent, deinde essent imperatoriæ: & rurfus vice verfa (s). Ad provincias senatorias regendas a senatu sortito mittebantur, qui proconsules dicti sunt (1), licet aliquando prætorii tantum essent, (vid. Ez. Spanii de us. E prast. numism. dis. XIII. p. 59:. sequ) qui autem in Cæfaris provincias mittebantur, legati confulazes (u); vel fimpliciter consulares; item legati Cafaris pro consule (x), vel pro pratore dicebantur: & aliquando etiam prafides (y); vel procurasores; præsertim si ex privatis missi essent. His auidem, ut gladium & habitum militarem gererent . & militem capite plectere possent (2), concessit Augustus; que omnia proconsulibus adensit (a). Proconfules anno, legatos fuos quamdiu infe justisset, provinciis præsse voluit: illis, ne delectum militarem habere, vel pecuniam extraordinariam cogere possent, interdixit: (quamquam delectus nec libera republica, nisi speciali permisfu iis concessus videatur) (b), tum constituit, ut fuccessore misso statim provincia decederent. Ve. tuit quoque, ne quis ante quintum annum post gestum magistratum urbanum provinciam sortiretur. A præsidibus etiam multum differebant procuratores (afaris, qui curatores quoque, & ratio. nales Cafaris (c) dicebantur : & res fisci dumta at curabant (d), & aliquando etiam legatus & procurator in eadem provincia, ille jurisdictionem, hic vectigalia curabat (e). De quættoribus provincia-libus jam fupra c. 8 hujus fectionis diximus.

§ VII. De legatis. Proconsulibus & proprætoribus aderant legati, vel a fenatu dati (f), vel fenatus permissu ab Е 6 iolis/

⁽s) Vid. amm. Lipf. ad Tacie. I. 76.
(t) Salmaf. ad Svee. Aug. c 47.
(u) Serab. III. p. 165
(z) L. 10. D. de offic. pref.
(y) L. 1 D. cod (z) : 6. §. R. D. off pref.
(a) Dio lib. LIII. (b) Cic. Famil. XV. 1.
(c) Lambrid Alex. Sev. c. 45.
(d) Tac. Agric. c. 15.
(c) III. Bynkerfb. Off. jar. Rom. II. 10. feqq.
(f) Cic. Vatin. c. 89.

ipsis proconstrlibus adsciti (g) qui tum aliquem for bi legare dicebantur (b); vel denique lege extra ordinem constituti. Numerus eorum minimum erat ternarius (i): qui pro dignitate præfidis, & magnitudine provincia fæpe augebatur (k). Munus legatorum erat, ut quas vicarii quidam sui præfidis effent, sumque omni ratione, qua opera, qua confilio juvarent: tum privatarum cauffarum cognitionem mandata jurifdictione habeban-(1), publicas vero qualtiones ipfe proconful exercere debebat (m): nec etiam legati animadversionem habebant, nisi proconsul a provincia abesfet : unde fiduciariam tantum operam obtinere dicuntur (n). Aliquando etiam legatir (o) fine præfide provincias, pacatas scilicer, populi Romani nomine obtinebant (p). Munus hoc honoratum valde habebatur (4); & fæpe confulares (1) & prætorii eo functi leguntur: quin lictoribus quoque & fascibus legati, aliquando certe, utebantur, (1).

§. VIII. De legatiombus liberis.

Senatores, qui negotium aliquod privatume (unde tales reipublicæ causa abesse non censentur) (t) in provinciis gerendum habebant, aliquando liberam legationem a fenatu imperrabant (u), hoc est, legati nomine & infignitus ornabantar, ut ita honorationes apud exteras nationes essent (x), & ut facilities negotia sua perficere possent; quemadmodum exemplum talis legationis, voti solvendi causa susceptæ, habemus apud Ciceronem ad Att. IV. 2. XV. 8. 6 12. Sed cure multi facilitate senatus hac in re abuterentur. atque

⁽g) Cic. Fam. XIII. 15. & Manus. ib. ad. I. 7. Cic. in Ver. I. 17. (h) Fam. VI. 6.
(i) Sigon, dv am., jar. prov. II. 15.
(K) Cic. Philipp. II. 13. (l) Cic. pro Flace. 6. 21.
(m) L. 1. pr. D. de off. ej. oui mand. oft jar.
(n) Caf. de bell. civ. II. 17. & III. 51. Vid. & Lo1. \$.
10. de off. ejus. cui mand. oft jar.
(o) d. L. 1. \$ 1. (p) Cic. de prov. conf. 3.
(d) Gie. in Varin. e. 15. qui locus vifu dignus oft.
(1) Liv. XXXVII. 10.
(2) Cic. Famil. XII. 30. Vid. & Liv. XXIX. 9. & Gie.
Famal XII. 21. (1) L. 14. D. de legarion.
(u) Cic. Famil. XII. 1. & XII. 21.
(2) Val. Max. V. 3. ex 3.

De Legatione Libera ... 1 100

atque ita sociis sumptui onerique essent, Cicero (y) in confulatu fuo, cum rem plane tollere non posset, tempus minuit, & ex indefinito annuum fecit: quod tamen postea ex lege Julia rursus quinquennale factum fuiffe videtur (2).

APUT

De Ministris Magistratuum.

6. I. De scribis.

Nter ministros magistrataum primo loco erant feribæ, qui fingulis magistratibus apparebant, ut rationes publicas in tabula referent, & leges actaque omnia perscriberent; quique id muneris exercebant, scriptum facere dicebantur (a). Denominabantur autem scribæ a magistratibus, quibus apparebant (b), ita ut queltoris, cailicii, (scriba librarius cailiam curukum est apud Grus. P. 94. n. 11.) pretorii, & fic porro dicerentur: erantque in decurias divisi: unde decuriam emere dicit Cicero in Verr. III. 79. pro emere nus serie. Munus corum non nimis honorificum erat; fed tamen ingenui plerumque eo fungebantur, rarius libertini : (*) immo boneflus eorum ordo ibidem Ciceroni dicitur : vid. eund. de legib. III. c. ult. & adeo demum se extulerant, ut Cato in quastura eorum audaciam reprimere coactus fuerit (c): sed certum tamen est, eorum munus apud Græcos multo honorificentius, quam apud Romanos, fuiffe (d).

6. II.

⁽y) Ipfe de legib. III. 8.
(3) Cic. ad Artic. XV. 21.
(4) Liv. IX. 45. Pife apud Gell. VI. 9.
(b) Sigon, de ansigu, jur. civ. Rom. II. 9.
(*) Ros a fervili comitatu diftinguit Livius, XXXVIII.
51. f. Sed quod fervos publicos aliquando feribarum mumia obiiffe ais Pignorius, p. 61. dubito, an fatis evincat L. 3. G. de ferv. veip. manamis. Belgice dixeris eos fi. df. febrywars, bosh-bouders: as barbara voce klerken audiume.)
(c) Plus. Cat. Min. p. 20, 766. hbryuars , both bouders : as barbana (c) Plus. Cas. Min. p. m. 766. (d) Nopes Eumen. 6. h.

S. II. De accenfis .

Accensi (stads-boden of deur-vaurders') dieti funt ab acciendo: hi populum ad concionem, & jus poscentes in judicium ad prætorem accibant; silentium indicebant; consuli eo mense, quo fasces non habebat, præibant (e); erantque fere ex lihertis.

6. III. De praconibus .

Precones etiam in decurias divisi erant: eorum vero usus erat multiplex: scilicet primo in sacris, ut silentium indicerent. & verbis male ominatis parcere juberent (f), unde apud Græcos inconnounce sunt dieti (g), quasi sacros pracones dicas: eoque alludit D. Paullus, 1. Tim. II. 7. 2. Tim. I. 1. Secundo, intervenievant præcones in authonibus (b), ut bona venalia proclamarent, & pretia oblata renunciarent : qui autem in auctionibus publicis emebant, sectores dicebantur (i); immo ipsa auctio fectio appellatur apud Cic. Philip. 11. 26. 20. Gc. Tertio, in concionibus, ut audientiam facerene (k). Quarto, in comities 1), ut populum ad suffragia citarent, & magistratus designatos renunciarent. Quinto, in legabus ferendis, ut eas subjiciente scriba populo recitarent. Sexto, in judiciis, ut reos, accusatores, testes citarent, instrumenta prælegerent. Septimo denique, in fenatur, ut litteras ad eum missas, aliaque recitarent. Eorum autem ars admodum erat lucrosa (m). erantque plerumque liberi (*). His affines fuerunt

⁽e) Liv. III. 33. (f) Infra fest. IV. c. 3. \$ 6. (g) Homer thus. IX. 170 (xh. vxxx ransum invents: neque enim alteram vocem reciperet versus.) Athen. IV.

p. 140.
(h) Plaus. Men. V. 9. 91. (De formalis subbustare, subjecte haste, visti Brisson. VI.)
(i) Flor. II. 6. (48.) & Cic. pro S. Rose. 6. 19. 33.
36. & Cic. (k) Plaus: Poom. pros. 2.
(1) Cic. in Verr. V 15.
(m) Marsial. V. 57. VI 8. Juven. VII. 6.
(*) Immo ex anxigua lege apud Brisson. de formulis. p. 140. cives Romani esse debedane, quan extant clares ex Marsials (1. 6c.) siale , Il. ec.)

coaffores, qui rerum in auctionibus venditarum pretia exigebant (n). Sed fuerunt etiam coaffores publicanorum ministri, qui pecunias publicas cogebant (o).

6. IV. De Lictoribus .

Liflorum origo a Romulo fuit; exemplum rei ab Etruscis. Dicti sunt, juxta (p) plerosque, a ligando (q); de magistratibus majoribus, exceptis censoribus, apparebant; primo, preundo cum fa-scibus virgarum, (unde Græce ραβδέχος) & securibus, de qua re jam satis dictum est; secundo. Jubmovendo (r) obvios, (τω ἀνας ελλειν) (s), ut locum magistratibus facerent, formula sequente: f vobis videtur, discedite Quirites; unde tribunorum plebis accensus id facere non poterat, quia illi non omnium, sed plebis tantum magistratus erant (1); tertio, animadvertendo; ut debitus honos iis redderetur (u). Damnatos etiam jubente magistratu hac vel simili formula: Ilistor, adde pirgas reo, & in eum lege age (x), virgis cæde-bant, & securi percutiebant (y): erantque sere ex ima plebe, sed tamen libera, & sæpe liberti illius, cui apparebant (z). Itaque diversi erant lictores a servis publicis, de quibus exstat senatus consultum apud Frontin. de aquaduel. L. II. n. 1658. in Theff. Grav. T. IV. (Adde Pignor. & T. Popmam de fervis publicis) Adparitores autem eorum similes fuisse credo, quos nostri majores vaard gel ders dixere: quique hodie Amstelodami ac Lugduni stoepen, & Rottero. dami bellebardiirs vocantur, & magistratibus a custodia corporis funt.

6. V. De viatoribus .

Viatores, qui proprie ædilium & tribunorum plebis erant ministri, ita funt dicti, quia fre-

⁽n) Cic. pro Cluent. c. 64. Horat. Serm. I. 6.
(o) Grav. ad Cic. pro Rab. Poß. c. 41. Infeript. apud
Grus. p. 636 n. 5. 6. p. 617. m. 1.
(p) Plue. Rom. p. m. 34.
(q) Non. I. p. 80. edit. Plant. 1565.
(r) Liv. VIII. 31. Horat. Od. II. 16.
(s) Diom. Hal. X. 59. (t) Liv. II. 56.
(u) Id. XXIV 44. (x) Id. XXVI. 16.
(y) Id. II. 5. Nonius I. prox. d. (adde Liv. I. 25. II. 5.
(YIII. 7.) (z) Cic. in Verr. 1. 26.

Seff. 11. Cap. XV. 6. 4. 6. 712

suens corum ab urbe in agros via crat (a), cum proceres illi prisci, quos arcessebant, plerumque ruri degerent (6); agriculturæ enim studiosissimi erant Romani veteres (c).

6. VI. De carnifice .

Carnifex fuit, qui servos, vel infima fortis hemines gravioribus poenis damnatos supplicio afficiebat : servi enim & liberti diverso ab ingenuis supplicio afficiebantur (d). Erat autem tanto contemtui, ux extra urbem habitare cogeretur (e): quod etiam apud Græcos obtinuit (f); ime mo apud Rhodios urbem numquam ingrediebatur (g) carnifex.

⁽a) Columell. Praf. 1. Faß. bac voc (Inferiprio quadam apud Gruter. p. 238. babet : Viatores qui Cafarib. & cof.

apud Gruter. p. 258. babet: Viatores qui Cefarib. & cof.

b pr. apparent.)

(b) Cic. de fenelle.c. 10.

(c) Juven. X. 86. San. de prov. c. 3. (Cives Romanbaran, ur jubebar lex verus apud Brillon. de formul. iib. Il.)

(d) Tat. Annal. III. 50. & XV. 60.

(e) Plaut. Pf. ud. 1. 7 98. Cic. pro Rabir. perd. reo, 6. 50

(f) Pollux, Onom. IX. 1. f.

(g) Meurs. Rbod. I. 210 (& Falfer. Amounie. philat.

SECTIO TERTIA

DE JUDICIIS.

CAPUT

De Judichis.

Udicia funt vel privata, vel publica: privata judicia funt controversiarum de robus privatis legitima discussiones, cognitiones, & definitiones . Eorum porro ratio hæc erat.

6. 1. De citatione

Sì domi inter amicos lis componi non potuiffet, (quod tamen plerumque tentabatur) (a) die po-flulationum petitor (*) adversarium in jus vocabas, hoc est, rogabat, us se ad prassrem sequeresur. Si sequi nollet, ex legibus XII. tabularum obtorto collo eum in judicium rapere poterat (b); fi antea præsentem aliquem antestatus esset (c), hoc est, restem advocasset (d); quod siebat tacta esus auricula (e), quia ima auris memoriæ fedes habeba-tur (f). Sed postea edicto prætoris cautum suit, ut, si quis in jus vocatus non iret, fatisdaret so. re, ut se in jure sisteret (g). Si reus satis, vel cautum non dedisset, post antestationem in jus ducebatur ad prætorem postulationibus sedentem ; alioquin in carcerem, ubi fervaretur in fequentem postulationis diem in jure sistendi causa (b). Quod fi quis domi suz latitaret, extrahere quidens eum inde non licebat (i), quia sua domus .

⁽a) Cie. pro Quine. c. 5. & 11. & ibi noc. Id. pra Cec.

^{(*) (}Qui ambo olim rei fano diffi. Vià. Ignonyma nostra.).
(b) Plaus. Pom. III. 9, 45. (c) Horas. Serm. I. 9. 79.
(d) Plaus. Posp. IV. 9, 50. Curc. V. 5. 11. Pgm. V. 4. 59a.
(e) Hor. d. 1. 77. Plaus. Curc. V. 2. 35. feg.
(f) Servius ad Virg. Ecl. VI. 5.
(g) Tio. D. A quis in jus voc. non isr.
(h) Plaus. Porf. II. 4. 18. Noods observ. II. 20.
(i) L. 18. Gr. D. de in jus noc. Cig. pro dem. 43a.

domus tutiff mum cuique retugium atque receptaculum ent; verum edicto pratòris, quod ad ædes rei cum testatione affigebatur, cuaius fuit: & , fi tertia citatione, (fiebant citationes decem diebus inter ingulas interpontis) (k), reus non partifset prætoris decreto bona ejus possideri, proscribi & dittrahi jubebantur / Si reus in judicium venisset, actor edebat actionem (m, hoc eft, declarabat, qua actione un, & qua ex causa agere veller, nam arpe plures actiones in unam causam concur ebant; ut e. g in causa surti aliquis poterat acere rei vindicatione, vel conditione furtiva, vel denique ad poenam dupli in furto nec manifesto vel quadrupli in turto manifesto (n); ei, qui domo fua prohibitus fuerat, actio injuriarum, & alia de vi illata competebat : & sic in aliis. Tum actor a prætore actionem, five judicium postulabat , hoc est , perebat , ut fibi in adversarium ticeret intendere (o ; reus vero postulabat advocatum. His impetratis after certa formula vades petebat, fore, ut reus certo die, ('qui plerumque perendinus erat), le judicio sisteret; isque reum vadari dicebatur p), reus contra dicebatur vadimonium promittere (q; &, fi non adeffet, vadimonium deferere (r). Tertio inde die, nisi transactum esfet s), prætor litigatores citari jubebat, quique non adfuisset, (nis causa (1) sontica fuisset impeditus ... causa cadebat (u).

C. II. De intentione actionis .

Si uterque adesset, actionem suam-actor intendebat certa formula conceptam ; fingulæ enim a-Aionum intentiones propriis suis formulis erant inclusæ, a quibus nec latum unguem recedere licebat (x), nec vel uno nummo e. gr. plus petere **(y)**

⁽k) L. 62. feq. D. de judic. (l) Sigon. de judic. I. 18. (m) L. 1. r. D. e dedend Plant. Perf. IV. 9 8.

⁽k) L. o.s. fey. D. we power.

(m) L. 1. v. D. a dedenth Plant. Perf. IV. 9 8.

(n) 8. 5. Inft. de oblig. que ex det. nafc.

(o) L. 1. 1. 5. D. de poflul. L. 4. 8. 1. D. de damn. infeft.

(p) Hor Serm. I. 9. 15. Plant. Curc. I. 3. 5.

(q) Gell. VII. 1. (r) Cic. pro Quint. c. 14. 16. Ge.

(a) Quid fit transfigere vid. L. 1. D. de transfatt.

(i) Tot. tit. D. A. quis caux. in jud. fift.

(u) Svet. Cai. c. 39. Horas. Scrub. L. 9. 36.

(x) Svet. Claud. 6. 14.

(v); salque composuisse dicebatur Cn. Flavius Scriba primum, mox ædilis curulis A.U 449. (2): (a) sed eas formulas prudenter sustulit imperator Constantinus L. 1. C. de form. & imp. act. subl. Concepta actionis intentione, actor judicium five iudicem in eam a prætore postulabat : si judicem, aut eum , qui proprie judex dictus eft , aut arlitrum, fi judicium ; aut recuperatores , aut cenzumviros. Judex, quia ex albo (t) prætoris da-batur (c), cognovit omnis generis causas, sed leviores; nec a formula judicii vel tantil'um, ut dixi, ei licebat ditcedere (d). (Judex inter par-tes sedere dicitur Phædr. Fab. I., 10. Gell. XIII., 2. p. 643 ubi vid. Gronov.) Irbiter cognosce-bat de iis caussis, que bone sides (e) & ar'ira. rie dicuntur: & in arbitriis aliquando pecunia deponebatur, que dicebatur compromissam (f . Recuperatores dicti (unt, qui de rebus privatis recipiendis, reddendisque cognoscebant, & in controversiis de facto tantum dabantur, ut in injuriis (g), &c.

§. III. De gensumviris.

De centumviris paullo latius est dicendum. Hi fuerunt creati terni ex singulis tribubus, ita ut re vera centum & quinque numero essent, qui in caussis gravioribus, & quæ non fasti sed juris erant, (præcipue in hæreditatis petitione, caussa inofficiosi testamenti (b), & similibus (i, judicia faciebant . Hæc autem centumviralia judicia nec privatis. nec publicis judiciis erant simi-lia, vid Grav. Praf. ad tom. II. Thef. antiquit. Rom. sed propriam quamdam sibi formam habebant:

⁽y) Plau Most III. 1. 127.
(2) Liv. IX. 46 L. 2. §. 7. D. de orig. jur. §. 7.
(a) Cic. ad Artic VI. 1. pro Mur. c. 11. & de orat. I. 41.
(b) Cujus meminis sence. de bemes. III. 7.
(c) Gell. XIII. 8.
(d) Sen. de clem. II. 3. & epist. 48.
(c) 10. seq. Inst. de ast. Vid. omnino Gic. pro Q. Rose. Com.

Com. 4.
(f) Cic. ibid. & in Vorr.
(g) Gell. XX. 1. Hosom. ad Cic. pro Cacin. c. 1.
(h) L. 13. D. de inoffic. refiam. (De sentum virulium caufa...
Thun profanatione & c. malea conquerieur Pl. Ep. 11. 14.)
(i) Cic. de Or. I. 38.

bant: ac præterea centumviri in tribunalibus &debant (k), cum alit judices subselliis dumtaxat uterentur (*); nec ab iis appellari poterat (1). quia totius populi hic confessus quodammodo confilium erat. Videntur creati centumviri circa a. u. 513. quando primum triginta quinque tribuum numerus expletus est, & facit eo L. 2. §. 29. D. de or. jur. At post Augustum hæc judicia magis frequentari coeperunt (m), & centum ac octoginta ordinario judices conscripti sunt, & in quatuor confilia, five tribunalia divisi (n). Hi prætore denunciante a decemviris filitibus judicandis (o) cogebantur, qui inter minores magistratus, & in confilio prætoris erant; ac etiam centumviris quodammodo præerant : erant autem quinque senatores, & quinque equites Romani (p). Præsidebat huic judicio prætor urbanus medius, ut videtur, inter quatuor confilia; fed cause leviores in duplici tantum confilio aliquando agebantur, ita ut uno tempore dux diversa causa agi possent (q). Conveniehant centumviri in Basticis, quæ suerunt ædisicia splendida; ubi deposita erat basta (r), signum jurisdictionis : unde hasta judicium pro censumvirali dicitur (s): & bastam cogere dicebantur decemviri: quemadmodum judicium cogere dicuntur, qui judicio presunt (1),

S. IV. De forma judicii .

Judex, ut arbiter, a reo probari debebat, ac tum judex convenire dicebatur (a): & judicio quoque centumvirali uterque, tamactor, quam reus, subscribere (x) debebat, ut ita in illud consensisse

⁽¹⁾ L. 76. pr. D. de Jegas. 2.

(*) (Gell. XIV. 2. ub) vid. Gronov }

(!) Siccema de jud. centumvir. I. 6. Sues. Domis. c. t.

(m) Dial. de cl. or. c. 32.

(n) Plin Ep. I. 12. IV. 24. VI. 13. Quinciil. XII. t.

(o) Lucan. ad Pijon. 41.

(p) Need. de jurifd. 1. 12.

⁽a) Vid. omn. Pin. Ep. II. 14.
(f) L. 2. §. 29. D. de or. jar. Svet. Aug. e. 36. Marrial.
II. 62. (a) Vel. Max. Viz. X. 1.
(e) Val. Max. IX. 12. 7. Noode de jurifd. I. 12.
(e) Val. Max. IX. 12. 7. Noode de jurifd. I. 12.
(e) Val. Max. IX. 7. 2. Cie. pro Ciacat. c. § 1.
(a) Pin. Epig. V. 1. VII. 62.

eos appareret. Judex porro ille dabatur (), qui' nec legibus, nec natura, nec moribus, quo minus judex effet, prohiberetur: & in ea verba dabatur, quibus postulatus erat. Tum interponebantur fatisdationes judicatum folvi, & rem ratum baberi. Prior præstabatur a procuratore rei. absente reo (2), vel ab ipso reo, si præsens esset, in judicio, vel extra judicium, procuratorem fuum confirmante (a). Hujus satisdationis tres erant clausulæ (b), nempe de re judicata solvenda; de re defendenda, hoc est, judicio sisti; & de dolo malo. Sed in propria persona conventus reus satisdatione non gravabatur (c): at de exitu litis expectando vel juratoriam cautionem, vel nudam promissionem, vel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellebatur. Rem ratam haberi, fatisdationem præstare debebat procurator actoris (d), de cujus mandato aliqua ex parte dubitabatur (e): vel, si mandatum exhibere non cogeretur, quales erant personæ conjunctæ actori (f). Hujusque rei ratio erat, ne judicia fierent elusoria, atque ita dominus de cadem re iterum experiri cogerctur. Tum etiam actor eum, unde petebatur, sponsione provocabat, ni ita effet: & pecunia, quæ deponebatur, dicebatur facramentum (g).

Deinde fiebat lieis contestatio; quæ nihil aliud eft, quam rei controverse apud judicem ex usraque parte testato fatta narratio (b): & judicium demum a lite contestata incipere dicitur; unde ante judicium conceptum, & ante litem contestatam idem valent (i). Post litem contestatam uterquelitigator denunciabat alteri in diem tertium, five perendinum (k), unde comperendinatio est dicta, que eadem condictio (l). Eo die judicium fiebat;

(1) Fest. bas vos.

⁽y) L. 12. 6. 2. D. de judie.
(2) S. 5. Inft. de farifd.
(2) S. 4. Inft. eod.
(3) S. 4. Inft. eod.
(4) L. 6. D. judicer. fol.
(c) S. 6. 2. Inft. de farifd.
(d) S. 4. Inft. b. r. Mem. argum. in erat. Clc. pre Quint.
(e) L. 1. C de proc.
(f) d. S. 3. Inft. b. r.
(g) Valef. ad Liv. III. 37. Verr. de ling. Lat. IV. 4.
(h) L. un, C de lir cone.
(i) Noode de jurifd. l. 152,
(h) Feft. hoc voc.
(h) Feft. hoc voc.

misi judex aut alter litigantium morbo soneico (m) impeditus abeffet ; tum enim dies diffindebatur (n). Si alter litigatorum non venisset, neque morbum excusasset, prætor in eum edeclum peremtorium (o) dabat; ad quod non post tria, sed post duo edictà ventum est (p). Si uterque venisset. iudex primo jurabat, se e lege judicaturum: mok uterque litigatorum ejus justu jusiarandum columnia (q) præstabat, hoc est, jurabat, se non frustrandi, aut vexandi causa litem suscipere (7): columniari enim proprie est, quod Galli hodie dicunt, chicaner (3). Actor etiam in quibuidam causis in litem jurabat (t), hoc est, juratus litems astimabat (u); scilicet in judiciis bonæ sidei, ubi res repetebatur (x), vel, si contumacia, aut do-lus rei intervenisset (r). Judex, si unus effet, unum vel alterum amicum jurisperitum in consilium sibi adsumebat (z). Tum causa perorabatur, ouod vel breviter fiebat, & caufe conjectio dicebatur (a), vel pluribus & artificiosis verbis, quales sunt orationes Cic. pro Quinctio, & pro Roscio Comado. Rabulæ autem, qui causas tantum moral antur, moratores inde fuerunt dicti (b). Denique testes audiebantur; & tabulæ laliaque inffrumenta producebantur.

6. V. De exitu- judioii .

Post meridiem ante solem occasum ad sententiam dicendam ventum est, nisi judex causam inon intellexisset; tum enim jurabat sibi non liquere, atque ita judicatu illo solvebatur (c): & hinc poft-

⁽m) Qui quis st , vid. L. ule. 8. 1. D. de adit.edist. Gell. XX. 1. L. 00. D. de re jud. L. 113. D. de vert. sign.
(n) L. 2 \$, 3. D. st quis caut. in jud. sist. Gell. IV.2. vid. legem Numa apud Fest. voc. reus.
(d) L. 65. seq D. de jud. (p) Vid. Noodt. Obst. I. 8. ...
(1) Vid. L. 213 D. de verb. sign. & ibi Goedd.
(1) Pollux, Onomust. VIII. 5. 55.
(1) Vid. D. 20. Rosc. Come c. 1. L. 5. D. de in lit. jur.
(u) L. 8 D. cod. (z) L. 3. \$. 2. D. commod.
(y) L. 3. D. de in lit. jur. (De jurejourando qualicumque vereruma lege Memor. acad. lit. Paris, tom. II. p. 244. & som. V. p. 2. sequ.)
(2) Gell. XII. 13. Plaus. Mero. IV. 3. 34.
(a) Gell. V. 10. Vid. L. 1. D. de reg. jur.
(b) Vid. Asc. & alies ad Diu. in Varr. 6. 25.

postea, ne temere judicarent, aliquando imperatoris judicium efflagitabant (d). el etiam ampliabat (c) judex causam, hoc ett, aifferebat : (arabithan dicunt Graci) (f), quod tamen publicis judiciis magis ufitatum fuiffe videtur. Pronunciabant autem plerumque judices waern(g) fibi rem aliquam ita ese, vel non ese, etiam fi certifime. rem cognovissent (b : alioquin alterum litigatorum condemnabant (1), alterum absolvebant (k). Arbitri vero primo arbitrium pronunciabant; deinde, ni reus arbitrio paruiflet, eum condemnabant (1); & quidem, fi dolus rei intervenisse probaretur, in quantum aftor jurejurando litem æstimasfet (m); licet etiam quandoque officio judicis jusjurandum taxatione refrenaretur (n). Et in arbitriis quidem judex liberior fuit (o), quam in judiciis, quæ tricti juris erant; quia in arbitriis poterat rationem habere ejus, quod bona fides exigebat (p): licet tamen etiam arbitri prætoris au-Aoritati essent subjecti (9); isque eorum, ut aliorum judicum, sententiam & pronunciaret, & exequeretur. Cum autem femel judex, five bene, five male, fententiam dixisset, judex in ca causa essé definebat (r).

Peracto judicio, reo 'aliquando ex justis causis dabatur restitutio in integrum (s); quæ est redintegranda rei, vel caufa actio: & proprii erroris veniæ petitionem, vel adverfarii circumventionis allegationem continet, cum appellatio iniquitatis fententiæ querelam prodat (t):

Reus, nifi intra triginta dies, quam condemnatus fuerat, judicatum feciffet, vel appellaffet, a

præ-

⁽d) Phadr III. 10. (c) Afcon. ad Verr. 7. 9.
(f) Lucas Aflor. XXIV. 21. & XXV. 17.
(g) L. 16. §. 1. D. de liber eauf. (Phadr. I. 10.0. uhi vid. Riterth. & Rizatt. Adde Briffon. de form. Quod fi non liquere fibi juraffene. , judicatu illo folvebantur. Vid. Gell. XIV. 2. f. adde Phadr. III. 10. 41.
(h) Cic. Acad. IV. 47.
(i) Vid. e. g. L. 1. § 1. D. quae fene. fine ap. refc.
(k) Vid. Sigon. de jud. I. 12: (l) L. 12. pr.D.de dol.mal.
(m) L. 63. D. de rei vind. (n) d. 1. 12. pr.D.de dol.mal.
(o) Sen. de benef. III. 7 (p) §. 10. feq. Infl. de aff.
(q) L. 3. §. 1. D. de recepto qui arbir.
(i) L. 51. D. de re jud.
(i) L. 1. feq. D. de jur. in integr. 1984.

prætore nexus creditori addicebatur '(u), ut etm in privatum carcerem conderet, donec pecunia. vel opera latisfecisset (x). Actor contra calumnia iudicio tenebatur; calumniatores autem funt, qui accepta pecunia litem falso intendunt ('y). In judiciis vero divisionis tam reus, quam actor, de calumnia jurare debebat (2).

Judex denique, si sciens (a) dolo malo injuste judicaffet, litem fuam faciebat, hoc elt, veram litis astimationem prastare cogebatur (b), de quo crimine aliquando etiam lege repetundarum quæfitum fuit. Quodsi pecuniam judex a litigantibus accepisse convinceretur, ex lege XII, tabularum capitis damnabatur (c). Et hæc de judiciis privatis: fequentur publica.

CAPUT II.

De Judiciis Publicis.

16. I. Publica judicia que fint.

P Ublica judicia funt, in quibus quaritur de cri-I minibus; atque ita vocantur, quia in iis cuivis de populo actio permittitur (a). Ita igitur re-Re postunt definiri, quod fint decreta, que de cri-minibus, questore aliquo judicium exercente, judices ab eo dati fecerunt , prout leges de fingulis criminibus late jufferunt (b). Fuerunt hæc judicia vel ordinaria, vel extraordinaria: illa, quæ a prætoribus; bec, quæ a quæstoribus (qui questores parricidii (c) dicebantur & duumviri) (4)

⁽u) Ter. Phorm. II. 2. 20. Cic. pro Flace. c. 20. GeH. XX. r. omn.

^{1.} omn.
2. Quindil. Inft. VII. 3. (Hi remporarii fervi erane, Spoprie nexi dicebantur; at durius a dominis habiti magnas fepe turbas dedere. Vide e. g. Liv. II. 13. Hoc ramen ligandi jus defit a. u. 470. tefte Livib VIII. 28.)
(y) Tot. sit. D. de calum. (2) L. 44. 5. 4. D. fam. ere.
(a) L. 15. D. de judic.
(b) pr. 1nft. de obi. qua quafi ex d. n. rubr. sis. 13. l. I. Dig.
(c) Gell. XX. 1.
(d) S. 1. Inft. b. s. Salm. de modo ufar. 6. 3. p. m. 107.
16) \$1. 1nft. b. f. \$2 Salm. de modo ufar. 6. 3. f. de 0. J.

(d) a Populo extra ordinem constitutis exercebantur. Atque olim quidem omnia judicia publica erant Extraordinarea; verum circa A. U. Bos. constitute funt Quasiones perpetue, (de quibus jam aliquid, cum de Prætoribus ageremus. diximus) hoc est, certa crimina certis Pratoribus dijudicanda sunt data; ita ut novis legibus ad eam tem amplius opus non effet. Post hoc tamen tempus multæ etiam Quæstiones, vel ab ipso Populo in Comitiis, (de quibus judiciis paulo post dicemus) vel a Quæstoribus extra ordinem creatis exercitæ funt; & hoc vel ob atrocitatem, vel ob novitatem criminis : ut , exempli gratia , in caussa Milonis, qui Clodium occidisse dicebatur (e); & in caussa ipsius Clodii pollutorum sacrorum rei (f). Et sic A. U. 640. de incestu Ve-Italium extra ordinem quæfivit L. Cassius Longinus (g). Primæ autem Quæstiones perpetuæ fuerunt Repetundarum , Peculatus , Ambitus , & Maiestatis.

S. II. De materia borum judiciorum.

Repetundarum , subintellige , pecuniarum ; (Græci dicunt , xp veir Tiva nanwoems enanxias, judicare aliquem repetundarum (b); & ivouras δφλειτ, damnari repetundarum (i); repetundarum, inquam, judicium est (k), quo socii provinciales pecunias, sibi a magistratibus provincialibus contra legem ereptas, reperune; unde socialis hæc lex a Cicerone in Verrinis (1) vocatur: & hoc judicio ex lege Julia et-iam poterat agi adversus eos, ad quos ea pecunia per-

⁽d) Cic. pro Rab. perd. V. 4. Liv. I. 26.
(c) Vide Oras. pro Milone.
(f) Cic ad Ast. I. 11. Plus. Cic. p. 30, 874.
(g) Ascen ad Cic. pro Mil. 11.
(h) Plus. Cas. non longe ab inis.
(i) Asch. map Bud comm. L. Gr. n. 30, 42.
(b) L. 1. 3. 4. S. ad L. Jul. reper. Possel, Calligr. p. 44.
(l) Vid. Divinas. 5. Gr. 20.

pervenerat (m): licet videatur etiam exilii poena fuisse constituta repetundarum damnatis (n); Peculatus judicium est, quo quis accusatur surti pecuniæ, publicæ, vel sacræ (o); itaque xhorn In Symposius dicitur Plutarcho aliifque . Peculatui affinis est quæstio de pecuniis residuis, ut nempe pecuniæ publicæ, quæ refiduæ apud quemque essent, exigerentur (p). Ambitus crimine tenetur, qui malis artibus honores a Populo impetrare conatus est (q); itaque hoc judicium in Urbe cessavit, postquam ad curam Principis magistratuum creatio pertinuit, non ad Populi favorem. Majestatis crimen est (non ut vulgo ho-die prave enunciant, lesa Majestatis; * & hoc erimen aliquando simpliciter Majestas dicitur (r) quod adversus Populum Romanum, aut eius fecuritatem committitur (s), ut exercitum e provincia educere; fua sponte bellum gerere; injus-Au Populi, aut Senatus in regnum accedere (1); legiones follicitare (u). Sed hujus criminis prætextu secuti Principes plurimos innocuos sustulerunt , ita ut Plinius Paneg. p. m. 121. eleganter dicht, Majestatis singulare & unicum crimen fuiffe (fub Domitiano scilicet) illorum, qui crimine vacarent . Majestas autem, ut id obiter addam, quemadmodum ea vox hodie fumitur, vel potius quemadmodum fumi oporteret, nihil aliud eft , quam dignitas ex Imperio & honore ; nec ta. le quid , quale hodie fibi fingunt amnipotentiæ Principum patroni (x). Hoc crimen sub Imperatoribus impietatis crimen dictum fuit (y): Sinn Tis acestias (z). His quæstionibus postea Sul-

⁽m) Cic. pro Rabir. Poft.
(n) Vid. Cic. Verr. 1v. 10. collato cum orat. pro Balbo
21. nam ex iis locis videmus, C. Catonem Tatracone exulasse.
(o) I. 1. & 4. ff. ad i lui. pecul. Cic. 1. Verr. 4.
(p) Acom. ad Cic. Cornel 1. p. 565. ed. Grev. Rubrica
818. 13. XLVIII. ff.
(q) Vid. l. un. pr. ff. de L. Jul. amb.
* (Tamen Tac. Ann. 111. 24. dixit: name culpam...
gravi nomine lasarum religionum ac violatæ majetatis adpellando.) (r) Cic. ad Famil. 11. III.
(s) L. 1. §. 2. ff. ad L. Jul. Majest. Che. Verr. 1. §.
(t) Cic. in Pis. 21.
(u) 1d. pro Ciuem. 35. (Infigue exemplum in Pisone

⁽ v) Cie. in Pif. 21. (u) Id. pro Ciuent. 35. (Infigne exemplum in Pisone V. Ap. Tacit. 11. 79. 190. Peris p. m. 46. (y) Tac. Ann. VI. 147. (z) Xiphilin. 46.

la Dicator adjecit quastiones de Sicariis & Veneficis, (quibus qui teneantur, videri potest in titulo Pandectarum ad eam legem) & de Falso. Fals crimen committit, qui testamentum, vel aliud instrumentum falfum fecerit, vel monetam adulterinam sit fabricatus (a): unde hæc lex etiam restamentaria & nummaria dicitur a Cicerone in Verrem L. 1. c. 42. §. 7. Instit. de publ. que fiebant ex lege Pompeja de parricidiis: (quo-rum pœna erat (b), ut cum fimia, cane, ferpente, & gallo gallinaceo culleo infuti , & virzis sanguineis verberati in mare demergerentur c): quod si mare longius abesset, secundum D. Hadriani constitutionem ad bestias dabantur. vel vivi exurebantur (d) ex legibus fuliis de ve publica, vel privata: vis publica est, quæ principaliter rei jurique publico (e) contraria est : vis privata, que rei jurique privato (f). Et sic aliæ præterea quæstiones, ut de adulteriis, de de periuriis. &c. fuerunt.

6. III. De Ordine judicii publici .

Ordo Judicii Publici hic erat : Qui aliquem acculare volebat, eum in jus vocabat eo modo, quem in Privatis Judiciis diximus: & hoc fæpe iuvenes nobifissimi faciebant, qui ex virorum illustrium accusatione gloriam sibi aucu-pabantur (g); vel, ut loquitur Cicero pro Cacio cap. 7. adolescentiam suam commendare uolebant (b). Inde accusator a Prætore po-stulabat, ut sibi ejus nomen deserre liceret: (quod itaque ab ipfa accufatione distinguendum Fa eß

⁽ a) Vid. tit. . ad l. Corn. de falf. l. 8. & 9. cod.

⁽b) L. 9. ff. b. s.
(c) Junen. VIII. 213. Sucs. Ner. 45.
(d) L. 9. ff. ad L. Pomp. de parr. Vid. Cl. Noede proBab. I. II.
(c) L. 1. & 2. ff. ad l. Jul. de vi publ.
(f) Tis. T. ad. l. Jul. de vi priv.

⁽g) Exem. ap. Sues. Jul. 4. Cic. in Verr. 1. 38., (h) Vid. esiam Cic. 18. 30.

eft (i)) fed hoc nec mulieribus (k), nec pu-pillis (l) (nifi in certis cauffis, ut si parentum, liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filii, filiz, nepotis, neptis mortem exequantur) nec militibus concedebantur (m), nec infamibus : neque etiam licebat magistratus, vel eos, qui caussa Reipublica abessent, accusare secundum legem Memmiam (n).

Si autem plures essent accusatores, judicium fiebat (o), uter deferre deberet , quod Divinatio dicebatur : de cujus nominis ratione vide Ascon, argumento in divinationem Ciceronis, Gellium II. c. 4. Alii vero, fi vellent, accusationi subscribere poterant (p). Inde die constituta coram Prætore dilatio nominis certa etiam formula fiebat, (exempli gratia, Ajo te spoliafse Siculos , &c. atque eo nomine seftertium mil. lies ex lege repeto (q)) si prius accusator juras-set calumniarum (r), hoc est, fe non calumniandi caussa rei nomen esse delaturum . Quod fi reus tacuiffet, aut confessus esset, lis astimabatur () in judiciis repetundarum, aut peculatus; aut pœ-na repetebutur in aliis. Si inficiatus effet, postufabatur, ut nomen ejus inter reos reciperetur, hoc eft , in tabulas inter reos referretur (s) : delatio autem libello fubscripto, quo omnia & singula ad accusationem spectantia comprehendebantur, apud Prætorem relinquebatur (") . Tum Prætor certum diem, quo uterque, reus scilicet & accusator, adesset, constituebat; qui alieuando decimus, aliquando tricesimus erat; & in.

⁽¹⁾ Vid. Cic. ad Famil. VIII. 6. & ibi Manut. Id. pro

⁽K) L. 8. ff. do accuf. (1) L. 2. \$ 1. cod. (m) D. I. 8. ff. cod. (n) Gic. in Valine 14. Wal. Max. III. f. 9c

⁽n) Cic. in Varine: 14. Vai. Max. 111. 7. 96
(o) 1. 16. ff. de eauf.
(p) Cic. divin. in Verr. 14. G ibi Afcon. Tac. Ann. 1.
74 Coelius ad Cie. X Liv. XXXIII. 47. (Nepos Atic. 6.),
(q) Divin in Verr. 5.
(1) Coelius ad Cie. Famil. VIII. 8. Liv. XXXIII. 49.
(a) Cie. in Verr. AB. 1. 15.
(b) Coelius ad Cie. f. d.
(c) L. 7. 97. G. 5. 1. d.
(d) L. 7. 97. G. 5. 1. d. d. eauf. Gall. III.

⁽u) L. 7. pr. & S. 1. ff. de cauf. Gell. III. 4-

in judicio repetundarum sæpe longior (*), quia scilicet probationes ex provinciis multa inquisitione erant petenda. His factis reus cum amicis & cognatis suis fordidum (y), sive obsoletum habitum adsumebat, & patronos sibi conquirebat. Cum dies dictus advenisset, accusatores, reus & patroni ejus per præconem citabantur, quique non adfuisset, caussa cadebat (z): sive absente accusatore rei nomen ex tabulis eximebatur (a), Si adeffent, fortitio judicum fiebat eo numero (b), quem lex præscribebat ; & ex illis , qui eo anno ad judicia selecti erant (c): que ut jam antea vidimus, aliquando penes Senatores, aliquando penes Equites fuerunt; quibus demum ex lege Aurelii Cona Prætoris accessere Tribuni ararii (d) : quos sustulit Julius Cæfar (e) : sed iis restitutis Ducenarios addidit Augustus, qui de levioribus fummis judicarent (f). Ex his litigantes, quos idoneos fibi non putabant, replacers poterant (g); atque in corum locum Prætor, vel Judex quæftionis alios fubfortiebatur (b): in judicio vero repetundarum ex lege Servilia (i) actor ex quadringenzis & quinquaginta judicibus edebat centum, ex quibus reus quinquaginta rejicere poterat. Judices citati (nisi ex justis caussis se excusaffent) jurabant (k), se ex lege judicaturos . Hinc iam causia peragebatur accusatione, & Gone . Accusatio maxime nitebatur testimoniis , Quæ suns probationes artis expertes ; suntque 88 in.

⁽x) Ascon, argum. Aft. I. in Verr.
(y) L. 19. ff. se injur. Liv. II. 54.
(z) Ascon. in argum. Cornelism.
(a) Cic. Verr. II. 40. & IV. 19.
(b) Ascon in Proem. Aft. in Verr. & 6.
(c) Vis. de bac re omn. Patric. as Or. pro Scauro p. 1006. ed. Grev.

⁽d) Ascon. ad Or. in Pis. 39. (v) Suer. Jul. 41. (f) ld. Aug. 32. (g) Vid. Abram. nor. ad Cic. in Vatin. II. P. Manus,

in argum. Or. pro Mil.
(th.) Afcon. in Vorr. I. d. & ipfe Cic. Aft. I. in Verr. 10.
(i) Vid. Sigon. de jud. II. 17. 1K.) Vid. Cie. Luculle verf. fin. & Phil. V. s.

sviplices. Primo, Questiones, five testemonis ac servis termentis expressa (1); quod tamen contra dominos non licebat, nisi in caussa incestus. (m), vel conjurationis. Secundo, Testes, qui debebant esse homines liberi & non infames (n): erantque vel voluntarii vel inviti (0), quibus ex lege accusator testimonium denunciare poterat-(p): utrique autem igrasi testimonium dicebant: unde etiam juratores dicuntur (q). Alii autem: iurasores, ut hoc obiter addam, erant, qui portum intrantes de nomine suo, de patria, de mercibus, quas ferebant, interrogabant; quorum meminit modo citatus Plantus in Trinummo A. W. S. 11. verf. 30. posses eo hodie Gallice dicere, des commis de recherche. Sed e diverticulo in viam. Tertio etiam ex tabulis accusatio instituebatur, quarum nomine omne scripturarum genus. venit, quo caussa sirmari potest: ut ex. gr. tabulæ dati. & expensi; tabulæ auctionariæ (r); tabulæ argentariorum (r). His productis accu-lator dicebat oratione ad inferenda & augendæ crimina artificiose composita; cui patroni rei defensionem ad misericordism movendam sactam opponebant: itaque, præter testimonia, etiam. argumenta petita ex vita anteacta rei, tum conjecturas, suspiciones, &c. addebant: & præcipue. in peroratione judicum animos flectere conabantur. Præter patronos reus etiam plerumque laudatores exhibebat viros amplifimos (); præfertim si quis reus repetundarum esset, qui provinciales quosdam testes sibi adducere solebat : dabanturque fere, quasi legitimo numero, laudatores decem (u): & præterea etiam perfonæ miserabiles, liberi, forte rei impuberes, uxor fimiles. que producebantur (x).

S. IV.

⁽¹⁾ Id. pro Cluent. 63. (Exempla frequentia occurrunt ap. Livium . Adde Tacis. III. Annal. 14. 22. 22. 67. & Afcon. in Milonian. p. m. 2777. Tevente Adelph. III. 4. 37.)
(m) Cic. pro Mil. 21. & sin partit: 44.
(a) L. 3. pr. ff. de sessib. (Terent. Photm. II. 1. 63.);
(b) L. 4. cod. Vid. 1. 19. Cod. de tess.
(p) Cic. pro Rose. Amer. 38. & in Verr. I. 9.
(q) Plaut. Prol. Pecn. 38. Senec. Apocaloc. init.
(1) Cic. Castil. II. 8, Id. II. 25.
(1) Cic. pro Balbo 38. Id. Famil. 1. 9. Suct. Aug. 56.
(u) Cic. Verr. V. 22. (x) Vid. cund. pro Sext. 63.

6. IV. De Sententie latione.

Inde Judices Sententiam ferebant; nisi lex Comperendinationem haberet, ut in judicio repetundarum (y). Comperendinatio autem differebat ab Ampliatione (de qua mox) præcipue, quod hæc in certum diem pro arbitrio Prætoris, illa semper in perendenum fiebat (2): tum, quod in comperendinatione prior defensor, inde accusator dicebat, quod in ampliatione secus obtinebat. Sensenria ferebatur hoc modo: Prætor judicibus tabellas dabat (a), eofque, ut fententiam ferrent, in consilium mitsebat (b). Tabellæ autem erant triplices (c), Una absolutionis, in qua erat litera A. Altera condemnationis, in qua litera C. (d). Tertia Amphationis, in qua litera N. L. fignificantes Non liquet: & hæc ampliatio, incertis judicibus utrum absolvere, an condemnare reum deberent, sæpius fieri poterat (e). Hæ tabellæ a judicibus in urnam conjiciebantur (f); unde cum effent educte, Prætor sententiam, postquam eam ex tabellis cognovisset, (prætexta prius posita (g)) pronunciabat certa formula conceptam. scilicet, videri aliquem aliquid fecisse, (ut nempe dubitationis aliquam speciem præ se ferrent) vel, videri jure fecisse (b), vel contra : æquis autem suffragiis reus absolvebatur (1). Atque in ipla formula condemnationis Pana plerumque etiam exprimebatur hoc modo, exempli gratia, Videtur vim feciffe, eoque nomine aqua & igni **B**.

⁽y) Cic. Verr.I. 11. © II. 7. © 9. Val. Max. VIII. 1.2. (z) Afcon. ad Cic. in Verr. I. 9. (a) Cic. pro Flacci 19. (b) Ceitus ad Cic. Famil. VIII. 8. (c) Afcon. ad Cic. in Verr. 7. Vid. 9r. pro Cluent. 18. 3. (d) Cic. pro Mil. 6. (Vel ⊙ Matrial VIII. 36 & Afcon. Pedian. ap. Eraim. in Chiliad Indorus quoque 1. Ovig. c. 3. Nam iudices candem literam Thests apponebant ad cotum nos mina, quos (upplic) afficiebant.)

Nam sudices candem literam Thera apponehant ad cotum nosmina, quos supplicio afficicant.)

(c) Vil. Max. VIII. 1. Liv. XLIII. 2.

(f) Vid. Virs. En. VI. 431.

(g) Sence. de Ira: VI. 6. Val. Max. IX. 12. 7.

(h) Vid. Cic. Lucult. vers. fin.

(i) Id. pro (Cueno. 27. Dion. Hal. IV. 64. f. lices ibi de judicio populari agatur. Lege autema ibi, accessibi de judicio populari agatur. Lege autema ibi, accessibi de pro (Cueno. 27. Dion. Hal. IV. 64. f. lices ibi de judicio populari agatur. Lege autema ibi, accessibi de propina de contra de

ei interdico; quod Græcis est , grupos pai idares 21070 Dion. Halic. IV. c. II. apud Plutarchum vero in Mario p. m. 420. A. additur nei siyus. & tello: & idem Grace etiam dicebatur sipyeadai ayopas, nai rur ispur (k) : verum licet poena expressa non esset, tamen legis potestas in reum exercebatur (1): quemadmodurn fere hodie in Anglia judices ex privatis, quos Juratores vocant, pronunciant, guilty or no guilty, fontem effe vel infontem, Judex vero regius legem exequi curat. Condemnatum reum sequebatur litis estimatio in judiciis repetundarum (m) & peculatus; in ahis animadversie pro ratione delicti. Reo vero absoluto duo judicia adversus accusatorem relinquebantur : alterum Calumnia (n), si faisum crimen dolo malo intuliffe conflaret; cujus poena erat, ut frons calumniatoris (o) lit. K. (ab ea enim litera olim vox hac inchoabatur feribendo Kalu. mniam (p)) inureretur; unde integræ fronsis bominem dicimus pro probo (q): alterum Pravaricationis, fi acculatorem cum reo collufisse, vel vera crimina reticuisse probaretur (r).

Præter Prætorem etiam his judiciis præerat, qui Juden Questionis dicebatur. Hune Sigonius (s) (cui adsentitur Celeberr. Noode de jurisd. II. c. s. (s)) putat suisse magistratum captum post ædilitatem (u); ejusque suisse munus, tum, ut absente Prætore ejus munere sungeretur; tum ut datam actionem exerceret, judices fortiretur, testes audiret, tabulas inspiceret, quæfliones haberet, & reliqua feceret, que Pra-

tor

⁽K) Bud, comment. ling. Gr. 354. (1) Cic. pro Sulla 22 l. 1, 5, 4, ff. ad FC. Turpit. (m) Vide Cic. pro Rabir. Post. 4 G ibi Abram. Velleja Pasere. H. 8.

⁽n) L. 1. (1. 1. feq. ff. ad SC. Turpill. (o) Plin. Pamer. (Schol. ad Cic. pro S. Roscio 2a.) (P) Marsian. Capell. III. (Plin. Paneg. XXXV. 3. & ibi (q) L. 13. ff. de Testis.

Cellat.)
(7) L. 1. S. 6. H. ad SCeum Turpil. I. I. H. de pravar.
Vid. Cie. Persit. Ores. 36.
(8) De judic. II. 5.
(1) Vid. esiam Suet. II. & ibi Caf.
(2) X Vid. Grav. ad d. I. Suet. & emm. Grut. Infer.
CCXXV. 7. Cic. pra Cluent. 27. & 29.

tor fere vel propter dignitatem, vel propter occupationes minus curabat.

S. V. De Judiciis popularibus.

Constitutis Quastionibus perpetuis quadam tamen judicia, ut diximus, apud Populum Comitiis peracta funt (x): & judicium quidem perduellionis semper Comitiis centuriatis. Perduellis autem dicitur (y), qui hoftili in Rempublicum animo effe deprebenditur: nam bostes veteres perduelles dicebant (2). Ergo hoc crimine tenebatur, qui directo contra leges de jure civitatis, aut libertatis Populi fecerat, ut contra legem Porciam. (12tam A. U. 556. a P. Porcio Lacca Tr. pl. (a)) vel Semproniam (b): quarum illa vetabat, ne quis civis Romanus verberaretur, aut necaretur (c); hæc, ne de capite civis Romani iniussu Populi judicaretur (d): merito enim de his rebus infe Populus cognoscebat, eratque hoc crimen inter crimina majestatis atrocissimum (e). Tributis Comitiis judicia facta funt, cum Magistratus, vel Pontifex non capitis aliquem arcesseret, sed mulcam indiceret (f): vel, fi capitis die dicta. antequam illa venisset, reus sponte sua in exilium abiiffet, hac Comitia sufficiebant, ut exilium ei confirmaretur (g).

Forma Judicii popularis hac erat: Magistratus, qui aliquem accusare vellet, Populo per praconem convocato e rostris (b), diem reo dicebat ad audiendam accusationem; à in rebus capitalibus quidem Vades (i), (quod primum contigit in K. Quinclio (K) A. U. 201.) in mulcta prades a reo petebat (1), qui si dati non essent, reus ad diem judicii in carcere

Tr. Cis. pro Sext. 30x & de LL. III. 4.

(7) L. 134. ff. de V. S.

(2) Plaus. Amph I. 1. 94.

(a) Vid Vaili. G. Porcia 10.

(b) Vid. exem. ap. Val. Max. VI. 5. 3.

(c) Liv. X. 9. Git. pro Rab. perd. reo 4.

(d) Itid. Plus. Gracch. p. m \$16 D.

(c) Vid. Cic. Verr. I. 5. Liv. XXVI. 3.

(f) Cic. de legg. III. 3. (g) Liv. II. 35. XXVI. 3.

(h) Vid. Plus. Brusp p. m. 996.

(i) Aufqn. Technopagn. p. 433. ed. Toll.

(k) Liv. III. 33. (1) Gren ad d. Liv. L.

fervabatur. Cum dies dista venisset, neque par ... vel major Magistratus, intercessifiet, reus per praconem e rostris citabatur (m); &, fi non venis. set, neque excusatus effet, mulcia, ei dicebatur (n). Si venisset, accusator testibus & argumentis adhibitis accusationem instituebat, camque ter intermissa die peragebat. In singulis autem accufationibus panam , multiamue pro arbitrio ao. cufator. dicebat, eaque inquisitio. dicebatur (o): Populus vero, qui mulcam aut remittebat, aut jubebat, mulclam ecreare dicebatur. (p). Tum: per tres nundinas (q) rogationem scriptam promulgabat, quæ crimen & poenam continebat (r): ipfis deinde tertiis nundinis quartam accusation nem peragebat (1), & tum denique potestas dabatur reo ad dicendum . Post hac magistratus , qui accusabat, diem Comitiis edicebat, vel, si Tribunus, plebis aliquem perdueltionis accusaret (), diem Comitiis a majore Magistratu peter bat. Tum deinde reus cum amicis Populum fordidati (u) supplicabant & prensabant (x); ac judicium fiebat suffragiis latis eo modo, queno capite de Comities diximus : nis intercessisset aliquis, aut judicium auspiciis, vel excusatione morbi, exilii, aut funeris curandi effet discusfum: vel etiam fi accusator accepta excusatione diem prodixisset (y); aut placatus plane ab ac-cusatione (z) destitisset. Denique, vel absoluzio rei , vel in eum damnatum, animadversio sea auchatur.

(S. VI. De suppliciis Rems.

Itaque pauca hic addamus licet de divers por narum, quæ apud Romanos obtinuerunt, generibus. Eæ vel bona spectarunt, ut damnum; vel

⁽m) Liv. XXXVIII. 51.
(n) Exem vid. apud Liv. XXV. 4.
(o) Id. II. (a. XXVI. 3.
(p) Id. XXV. 3. Cic. w LL. III.
(q) Cic. pro demo 15. (Dionyl. Halic. VII. 58.)
(1) Afom. in Or. Cic. pro M. Scauro infe.
(a) Cic. pro domo 17. (V. Sigonium, de omnibus his late differentem).
(u) Gell. III. 4.
(x) Liv. XXVI. 3.
(y) Liv. d. L.
(y) Liv. H. 61. III. 22.

corpus, ut vincula, verbera & salie; vel jus, ut innaminia, exilium, servisus; vel denique ipla morse quidans puniti sunt. Damsum alio namine Mulbla est dicta: & antiquistimis temporibus in ovibus & bubus dumtaxat constitit (a): fed cum. ca mulôtæ punitio inæqualis effet, quod boves, ovefoue alias parvi , alias majoris pretii adducerentur, postea lege Ateria constituti funt in oves fingulas aeris deni, in boves aeris centeni: ita ut maxima mulca tunc effet termille & viginti affium (b) 😅

Vincula erant, vel publica, vel privata: Publica erant carcer; in quem post confessionem rei conjiciebantur (c): (unde nisi x. die post latum judicium ad supplicium duci poterant. Vid. Tacit. Ann. III. 41. & ibi Gronovium .) Privata, cum apud magifratus domi, aut etiam privatos nobi-

les custodiendi ponebantur (d)...

Verberatio, qua virgis fiebat, extremum mortis supplicium pracessit (e): fusuarium autem in castris magis obtinuit; de quo ergo suo loco dicemus .

Talio ex lege duodecim tabularum erat poena injuriæ propter membrum ruptum (f); nisi reus cumilæfo de poena remittenda pactus fuisset (g).

Ignominia fuit infamia, ita dicta, quod in nomine tantum verfaretur (b), ut jam supra diximus, eaque jus munerum, honorumque civi-

lium ferme ademit ...

Exilium quidem in irrogatione poenæ non nominebatur, sed aque & ignis interdictio, quam: necessario sequebatur existum: neque enim sine aquæ & ignis usu esse quisquam in Urbe poterat (i): fed aqua & ignis interdictioni fub Au-F. 6, gufto-

⁽ a) Gell. XI. 1. -(b) Feft. V. Mulffa. (Qui ad noftram meneram valent 75 Haren.)

⁽c) L. 5. ff. de cuft. reor.
(d) Liv. XXXIX 14. Saliuft. Catil. 55.
(c) Svet. Nor. 45.
(f) S. 7. Inflicat. de injur.
(g) Gell. XI. 1. Feft. V. Talionis.
(h) Cic. de Rep. IV. apud Now. I. 93.
(i) Vid. cund. pre Cacin. 34.

gusto successit deportatio (k). His mitius puries. bantur relegati (1), quippe qui civitatem retinerent; qua aqua & ignis interdictione, five exilio tollebatur (m): eaque poena honestiorum ferme erat (n).

In Servieutem vendebantur, qui nomen fuum in censum non detulissent (a); vel, qui citati

nomen militiæ non dediffent (p).

Mortis damnati, vel securi percutiebantur præ-via, ut diximus, verberatione (q): eaque pæna more majorum infligi dicebatur (r); vel taqueo insis guttur in carcere frangebattir (3); vel de mobore, qui locus quidam in carcere erat, præcipitabantur (1), vel denique de saxo Tarpejo depiciebantur (w): fed hoc pomæ genus postea abolitum fuise videtur (x): Servarum vero fupplicium ordinarium erat crux (7), five furca, quamipsi ferre debebant, unde furcifer commune ser-vorum opprobrium (2); heet alii pasibulum surcam suisse dicant (a). Aliquando etiam servorum frontes literis inurebantur (b). Dum autem ad supplicii locum ducebantur, nolam de colto pendulam gestabant (c), ne obvir forte infausto occursu polluerentur.

Aliquando etiam ignominiæ causa cadavera uncis per Urbem tracta (d) in scalas Gemonias abjection

sunt (e); vel etiam in Tiberim (f).

(f) Lamprid. Helieg. 170

. Alia suppliciorum genera, quod arbitraria fere fue-

```
(K) Vid. P. Manus. de LL. Rom. 23, f.
(1) Ovid. Trift. II. 137
(m) L. 2. ff. du publ. jud. (n) Juven. XIII. 147.
(a) Dion. Halic IV. 15. & V. 75.
(b) Cic pro Cacin. 14. Valer Max.IV. 344. (v. ct. p. 207.)
(c) Liv. II. 5. & XXV. 15.
(c) Sver. Ner 49. (c) Cxf. g. b. VI. 44. )
(e) Sall. Caril. 55.
(f) Feft. V. Robur. (u) Liv. VI. 201
(2) L. M. ff. de poen.
(y) Plaus. Mil. II. IV. 10. Juven. VI. 219.
(2) Donat. & Eugraph. ad Ter. Andr. III. V. 12. Plan. queft. Rom. p. 180. (Similes tiuli fant, mafigia, werbers.
 Gruciarius
               (a) 1fd. Orig. V. 17.
(a) 1fd. Orig. V. 17.
(b) Juven. X. 14. Plant. Caf. II. VI. 48.
(c) 1d. Pfeud. I. III. 98.
(d) Juven. X. 66.
(c) Sver. Vicett. 17. (Tib. 73.)
```

fuerunt, & pro libidine ac favitia Principium exacta funt, non recenfebimus.

Locus, ubi judicia publica exercita funt, fuere forum, vel Campus Martius, vel etiam Capitolium: privata in foro coram tribunali, vel in ba-filicis, vel denique de plano funt peracta.

Inter notas, scelestis post mortem adjectas. potissima fuere nominis atque imaginis. (1) Ne quis ex corum gente idem deinde prænomen gereret. Liv. VI. 20. Tacis. II. 32. & III. 17. (2). Ut eorum nomen e fastis raderetur. Tac. Ann. III. 17. (3) Ne corum imago funus familiare fequeretur. Tac. Ann. II. 32. & III. fn. Sequentia autem loca ex Falsteri V. CL. Amoenit. Philolog, de pana nominis transcribimus; Gell. II. 6. VII. 20. & IX. 2. Latiant. de Versec. III. 3. Suer. Domit. c. uit. Lamprid. in Commodo c. 111t.] plura dabit consults. C. H. Trotz in Me. moria damnata .

⁽ Crucem & patibulum idem effe vid. Juft. XXII. 7. Et alis apud. Lips. & Bartholin. de cruee. FR.)

SECTIO QUARTAL

De: Sacris: Romanorum ...

PRIMUM. CAPUT

De Diis ..

N facris Romanorum hac tria potifimum confideravimus : primo fcilicet, quos coluerints. fecundo, per quos; tertio, quemodo.

S. I. De diversis Degrum generibus.

Dii, quos colueruns Romani, fuerunt fere innumeri (a); præsertim cum procedente tempore & prolato imperio omnia fere facra peregrina in Urbem penetraverint (b); quorum tamen Deorum maxime celebratos duntaxat recenfebimus Diffribucbantur in Deos Majorum gentium (c), & Minorum gentium. Majorum gentium Dii erant duodecim: Consentes, ita dicti ab antiquo verbo. conso pro consulo (d), & octo Selecti (e). Minorum gentium Dir sunt, qui Semones, Indegetes & Semider vocantur : quibus etiam Dit agrefles, marini, fluviatiles, & similes funt accenfendi .

6. II. De Jove ..

Consentum, (quos Ennius his verficulis comprehendit (f), Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Joui, Neptunus, Vulcanus, Apollo .) Con-

⁽a) Vid. Plin. H. N. II. 7. Juven. XIII. 46. (b) Min. Pel. p. 15. ed. Rigals. (c) Cic. Tuscul I. 13. (d) Augustin. de C. D. IV. 23. (d) Augustin. de C. D. IV. 23. (c) Vid. Varr. fragm. P. 41. ed. Durds. (f) P. 263. edis. Neap.

Confentum, inquam, primus est Jupiter omnium: Deorum maximus (g), Deorum atque hominum: Pater (h): & Jovis quidem nomine communiter fumma divinitas fignificata fuisse videtur, ut in Oriente 70 Bel , five Baal . Vide Selden: de DIIS: Syris Synt. II. c. 1. p. m. 109. qui recte, ut vi-detur, inde statuit Jovis nomine pro vero Deo. nos uti posse (*). Hic juxta quosdam (i) rta di-chus est, quasi Juvans Pater: sed verius est antiquum nominativum Jovis fuiffe junctum voci Pater, & inde primum factum effe Jovis pater (k'), mox Joupiter, & Jupiter .. Canterus vero annotationibus in epitaphia Heroum Homericor, p. 23. vulti-10 Jupiter effe diminutivum a Diuspiter; cum antiquis Dius fuerit, quod nobis est Deus. Jouis autem ab Hebraico · Jebouah dictum: videtur: nifi verior fit opinio Salmafii in epif. ad Menagium p. m. 5. Jupiter vocem effe a Zdπάτηρ. Vid. & Voff. Esymol. V. Juvo: & L. Cappell. differt. de nom. Jehovah p. m. 289. Fuerunt hoc nomine plures; & Varro vel trecentos. fuisse dicit (1), quorum omnium res gestæ postea uni Jovi Cretensi funt adscriptæ. Hic Saturmi & Rhea, sive Opis silius suisse, & in Creta insula (m) natus, educatus, & a quibusdam etiam sepultus dicitus (n). Cum autem adolevis fet, patrem fuum regno expuliffe, atque: illud cum fratribus fuis divififfe fertur; ita ut ipfe quidem aerem & terram, Nepsums mare, Pluto inferos obtinuerit: Et quidem hæ fabulæ in historiæ veritate originem habent (0), sed earum tamen omnium explicatio hic nimis longa, fatis incerta. & operola foret: prælertim cum id tantum agamus, ut poetæ potissimum ab adolescentibus, minore negotio intelligantur. Pingebatur

(K') Gell. V. 12.

⁽g.) Horat. Od. I. XII. 17...
(h) Virg. Em. I. 254...
(14) (At Jovem fabulofum a poetis noffris Hebrzorum more Deum Deorum dici, non minus pie quam graviter conqueritur. Vir Ampliff. atque amiciff. B. Huydecoper, Crifcos in Vondel. p. 26. (eqq.),
(i) Cic. N. D. II. 25. (K)
(i) Apud Trevull. in Apologes.
(m) Virg. En. III. 104.

⁽n) Ceprian. de idalor. vanie. lais, Callin. byma. in Jevem verf. 7. Lucan. VIII. verf. ult. (0) Diod. Sic. V. 15.

Jupiter plerumque sedens in throno eburneo, sceptrum sinistra manu, dextra sulmen tenens, aquia lam avem sibi sacram, (unde illa minister (1. ministra) sulminis (p)) cum Ganymede pocillatore such conjuxta se habens: nam hunc Jovi, Heben Junonis siliam Diis aliis ministrasse quidam dicunt (q); vel etiam Vulcanum (r). Arbor ei sacra erat Quercus, (præsertim Jovi πολιούχο, urbiuma

prefidi (s)) vel Æfculus (t). Cognomina lovis apud Romanos plurima fuerunt; inter præcipua autem hæc: Jupiter Feretrius (Græcis τροπαιδύχος, five σχυλοφόρος dici possit (u)) dictus est a ferendo; quia ei spolia opima, hoc est, que dux duci bostium in acie detraxisset (x), afferebantur, & consecrabantur; licet a feriendo ita dictum velit Plutarchus in Romulo p. m. 27. C. Huic primus templum dedicavit Romulus cæso Acrone Cæninensium Rege (). Jupiter Stator (Græcis Zeu; Ospásios (2), qui & Emisacios (a) dici possit) a sistendo appellatus, cui idem Romulus templum vovit (b), ut Sabinos victores, & Romanos fugientes fiferet . Jupiter Elicius ab eliciendo dictus, quia se eum certo carmine e coelo elicere posse putabant (c) ad prodigia expianda, & præcipue fulmina; cui primus aram exstruxit Numa (d). Jupiter Capitolinus ita dictus a Ca-pitolio, quod erat templum in monte Tarpejo (unde etiam aliquando Tarpejus | upiter dicitur (e) (omni-

⁽p) Horat. Od. IV. IV. 1.
(q) Br. Schol. ad Hom. II. 2. 20
I Lucian. Deor. Dial. 5.
5) Plut. Corlot. F. m. 114. E.
(t) Plin. H. N. XVI. 4.
(u) Dion. Halic. II. 34. Vid. omn. Propers. IV.
El. IV. Opima o
(y) Liv. I. 10.
(z) Dion. Halic. II. 50.
(a) Plut. Romui. p. m. 19. Bo
(b) Liv. I. 12.
(c) Ovid. Paß. III. 317.
(d) Liv. I. 20. © 31a

(omnium magnificentissimum (f), & quasi sedes quædam Imperii Romani, & arx omnium na-tionum, ut dicit Cicero Verrin. VII c. 72. ita ut eo exusto finis Imperii adesse crederetur (g). Votum fuit hoc templum a Rege Tarquinio Pri-fco, altius exftructum a Servio Tullio, perfe-ctum a Tarquinio Superbo, & dedicatum denique ab Horatio Pulvillo Consule A. U. 244. (h). Postea ter incendio, vel ruina eversum, ter restauratum est, a Sulla nempe, a Vespasiano (i). & postremum ab ejus silio Domitiano (k), cum fub Tito rursus arfisset : hic, Domitianus scilicet, in ejus duntaxat inaurationem (quod pro nostrorum temporum tenuitate vix credibile sit) duodecim millia talentorum five 7200000. nostratium florenorum (imperialium potius) absumsit (1). In eo Consules primo magistratus sui die. & Imperatores ab bellum ituri sacra saciebant & vota nuncupabant (m), ac victores reversi triumphali pompa eo deducebantur (n). Jupiter Latialis a Tarquinio Superbo consecratus est. ut ab omnibus Latii populis (o), inter quos erant præcipui Romani, coleretur, cum ferias Latinas Tar Suns in monte Albano celebrarent (p): & ex tauro immolato quisque populus (erant populi quadraginta septem) partem acciperet (7). Diespiter (7), quasi diei & sucis pater; qui etiam Lucetius (1) & Dijovis (t) est dictus . Jupiter Lapis ,

⁽l) Vid. Plin. H. N. XXXVI. 15. (2) Tacis. Hift. IV. 54. (h) Paule aliser Dion. Halic. V. 35. & Tac. Rifs. \$11. 72. (i) Tacio. Rip. IV. 53. (K) Succ. 5. Stat. Sylv. IV. 3. 16. (i) Plus. Poplic. p. m. 105.

⁽¹⁾ Plus. Poplic. p. m. 105.
(m) Liu. XIII. 49.
(n) Virg. Em. XI. \$15.
(o) Vid. Cic. pre Plane. 9.
(p) Liv. XXI. 50.
(q) Diom. Halis. IV. 49.
(t) Horat. Od. I. 14.
(s) Fest. bas vos.
(t) Varr. de LL. IV. 10. Gell. V. 12. omm.
† (Lachant. c. 20. air, lapidem quem Sauten, pro Jove devoravir, deinde terminum este factum: cui consentir Paufan. in Froc. & ita Jupiter Lapis estet Jupiter sessimalis FR.)

dictus a lapide silice (u), quem jurantes manu! tenebant; quod-jusjurandum fanctiffimum habebatur (x), ejusque formula videri potest apud Fe-stum V. Lapidem. Hospitii juri sanctissimo quo-que præsidere credebatur Jupiter, unde zévies, five Hospitalis est dictus (y). Vejovis denique appellatus est, qui nocendi tantum vim haberet; ita dicus a particula privativa ve (z), & a juvando, quali minime juvaret; vel, ut alii putant, quasi parvus lupiter (a). Sacra Jovi fie-bant juvenca; nam taurum ei immolare mali ominis fuiffe vult Servius ad Virg. En. IX. verf. 627. Sed aliter Uvidius Metam, IV. vel. 755. ubi vid. Farnab. (b) & omn. Vossum Idol. L. IX. 6. 17. (De Jove Fulgeratore singularem libellum: conscripsit Cl. P. Burman adde Hillor Acad. Litter. Parif. T. 1. p. 13. de Jove Tonante &c.):

6. III. De Lunone.

Tovi comitem dabimus uxorem & fororem (c) Junonem, quam etiam a juvando dictam quidam volunt (d). Fingebatur hac Dea throno insiadens, habitu regali, scilicet sceptro & diademate: infignis, pavanem, qui ipfi facratus erat (e), juxta se habens. Hac Dea primo divitiis proprie præsidebat, & regnis (f): unde Juno Regina Romæ in Aventino culta suit, captis Vejis eo traducta (g); & absolute etiam aliquando Regi-na [b], & Regina Deorum (i) dicitur. Secundo Matrimoniis præerat (k); & hinc dicta est Matrona (1); & Materiamilias (m); (quæ:

⁽b) Vid. & Dion. Halic. IV. 40. (c) Virg. En. I. 46. unde explicandus Cie. pro domo?

⁽d) Serv. ad Virg. En. I. 4..

⁽d) Jerv: aa virg Mn. 1. 4. (c) Ovid: Mecam. I. 722. (f) Id: Epis: Paridis, 81. (g) Liv. V. 22. XXII. 1. XXII. 37. (h) Juwen. XII. 3. (k) Id: En. IV. 3. (k) Id: En. IV. 3. (l) Horas. Od. III. IV. 59. (p) Plaus. Amph. II. 11. 201.

eadem. fere quæ Gr. yaundia) Juno Juga (n): item, Gr. Zwie: (o.)) quod conjuges jungeres i & Primubu quod nubentibus præesset (p): & ex: eo munere etiam: Cinxia vocatur a cingulo, five zona virginali, qua sponsa (q) cingebasur. Ter-tio, puerperarum Dea præses erat, & tum dice-batur June Lucina (r), quod sucem nascenti-bus daret, & eo nomine apud Comicos a puerperis invocatur (1). Juno Moneta etiam celebris. Roma fuit (1), a monendo dicta; quia monde. rase terre motum fue plena effe procurandum. Junonis ministra de nuncia erat leis (u), cujus occasione obiter addere debeo, (licet nihil ad hune rhombum) Homerum etiam dicere Jovens statuisse iridis osentum mortalibus, (Il. A. ves. 28.) in vioci supife Tépas preponter avopator ouod ex facris nostris (») haustum videri possit.

S. IV. De Vefta ..

Vellas duas fuiffe volunt, alteram Majorem Caa-Il uxorem, Saturni matrem (y); unde fære-cum Cybele-Deorum matre confunditur (z): al-teram Minorem hujus & Opis filiam (a): Illa terram , hac ignem fignificatum fuiffe-dicunt ; unde hac etiam semper virgo fuifie credita est quia ignis nihil producit (b): fed: plerumque confunduntur (c), & posteriori, que prioris sum, adscribuntur; atque hoc vice versa. Di-Aarn volunt quidam Vestam , quod vi sua ftaret. (d): fed verius est etymon, quod a Græca voce Cu--

⁽a) Fest. V. Jugarius.

(b) Apul. VI. non jonge ab init. Poll. Omn II.13. Segm. 38c.

(c) Virg. En. IV. 166.

(c) Fest. V. Cinxiz.

(c) Virge de L. L. IV. 10.

(c) Plaut. Trucul. 11: V. 23. Terent. Andr. III. 1. Ov.

⁽⁴⁾ I. 181. (a) Id. Metern I. 170. Virg. En. IV. 694...
(x) Genef. IX. 11. feq... (y) Virg. En. IX. 159.
(2) Vid. Eq. Spenhens. diff. de Vesta . \$. 19.
(a) Ovid. Fast. VI. 188.
(b) Ibid. 101... (c) Vid. Vost. Idel. II. \$11.
(d) Ovid. Fastor. VI. 199.
(e) . Cis. de Net. Deor. II. 170.

cuius honorem ignis perpetuus (de quo mox) in foco servaretur. nisi quis cum Becmanno de Orig. L. L. p. m. 355. deducere velit ab UN .

ignis, & 171, jab, dominus: quod postea etiam

secerunt Voss. in Etym. & alibi; & Leigh. in Crit. Sacr. p. m. 13. Cultus eins fuit antiquissimus, utpote ab ipso Ænea in Italiam allatus (f). Romæ autem ei templum primus extruxit Numa; quod rotundum erat, quia tellus rotunda est (g): vel potius, quod universum mundum eo adumbraverint; cujus in medio ignis fit (b). In eo statua nulla erat ; sed ignis ille perperuus (i) , quem certissimum Imperii pignus esse credebant (k), adscryabatur a Virginibus Vestalibus (de quibus infra hac Sect. c. 2. §. 17.), magna in eam. quæ id extingui passa suerat, pæna constituta (1); & hoc etiam magni & infaustiffimi prodigii loco habebatur : eoque cafu a radiis folaribus rurfus accendebatur (m); licet etiam quotannis Kalendis Martiis renovaretur (n). Tamen etiam hodie in nummis statua ejus conspicitur (e), tum alia forma, tum tympanum manu gestans, quia ventos terra (p), ut aerem tympano, contineri crede-bant. In ejus templo pernoctare, (nam ingredi fas crat (q)) aut ejus penetrale ingredi viro no-fas erat (r): in quo alia etiam facra adfervata fuisse vulunt (s); five illa Palladium (s), hoc est. minuta quedam Palladis effigies (u), (quæ ma-zime vulgaris est opinio) sive aliud quid fuerint. Solebant etiam veteres in vestibulis ædium aram Vestæ sacram habere (x).

⁽f) Vid. Vivg. En. II. 296. (g) Fest. V. Rotundam.
(h) Plut. Numa p. m. 67. (i) Ovid. Fest. VI. 295.
(k) Ibid. 445. (l) Liw. XXVII.-1. Val. Max. I. 1. 6.
(m) Plut. Numa p. m. 65. C. (n) Ovid. Fast. III. 143.
(o) Vid. Lipf. Syns. do Vest. 3.

⁽p) Suid. V. Esta

⁽q) Dion. Hal; II. 67. Tac. A. XV. 36. & H. 1. 43. (1) Ovid. Fast. VI. 450. (2) Vid. Dion. Halic. II. 66. (3) Vid. Trip. III. 1. 26. (2) Vid. Lucan. IX. 296. (2) Eugraph. ad Ter. IV. III. 12.

ĸ

6. V. De Minerva & Muss.

Minerva dicta fuit ab antiquo verbo meneo. pro quo hodie dicimus moneo; also vero nomine Pallas eft vocata ἀπό τὰ πάλλην τὸ δόρυ. five a vibranda hasta (y). Hac Jovi dignitate suit proxima (z); unde etiam in Capitolio cum eo & Junone culta suit (a), & sumen a Jove acceptum (b) vibrare credebatur. Imo ex ejus cerebro nata fingitur (c), quia sapientie & co-mnium bonarum artium Proses habetur (d; quin ipse Jovis intellectus, sive providentia (.): & hinc patrima dicitur, quod patrem tantum, non vero matrem habebat (f); hinc quoque ille phrases sunt ortæ, invita (g), vel crassa Minera va (b) aliquid sacere: quarum illa significat. conari aliquid, cui negotio a natura dotes tibi non fint concesse; ut, si quis, qui poeta natus non sit, versus conetur facere: hæc vero notat tenui filo, & quafi aliud agas, rem quandam perficere. Ob hanc ergo cauffam præcipue Athenis, ubi maxime vigebant literarum studia, culta fuit, ή Θεός κατ' έξοχην ibi dica (i). Speciatim autem lanificii (k) dicitur inventrix . & olea-(1); unde Pallas aliquando pro ipfo oleo ponitur (m): & praterea architectura præsidere dice-batur (n). Tum bellorum etiam & armorum Dea erat: unde Armipotens (o) dicta fuit, & belli pre-

⁽v) Serv. ad Virg. Em. 1. 18 (z) Hor. Od. I XII. 12. jed vid. ibi Cl. Bemiejum. (s) Liv. III. 17. (b) Virg. En. I. 42. (c) Luciau Deor. Dial 8.

⁽d) Ovid. Faft. III. \$13.

⁽c) Pharmur. de mat. Deor. 20. (& id paffim inculent An-

na Dacris ad Hom. Iliad.)

(6) Carull. 1, quiequid ibi tumultuentur interpretes.

(Vide tamen Veffium ad eum.).

(g. Horat. de arte 185.

(h. Cic.; amil. Ill.; G. Nub. 600. Catall. epith. Pen

[|]si 112. (k) Virg. En. V. 284. VIII. 409. (l) Id. Georg. I. 12. (m) Ovid. Trift. IV. S. 46 (n) Virg. En. II. 15.

Sect. IV. Cap. I. S. s. 0 6.

Tes (p): & denique quadrigas & bigas, quibus in bellis utebantur veteres, invenisse scribitur (9). Hinc pingitur armata torvo vultu, glaucis oculis (r), (quemadmodum perpetuum ejus epitheton apud Homerum est γλαυκώπις Αθήνη) scutum five agidem (nam agis erat scutum pelle caprina obductum) manu tenens, quo belli Trojani tempore a Jove donata fuerat; in eoque Gorgonis, five Medusa caput effictum (s) erat. Festum eius celebrabatur mense Martio per quinque dies, unde Quinquatrus, five Quinquatria dicitur (t): vel potius quod post quintum Id. Mart. celebraretur (u): qualia ei in Albano monte celebranda etiam postea instituit Domitianus Imperator (x). Avis ei sacra suit noclua (y), arbor vero olea .

Minervæ jungendæ funt Muse Jovis filiæ [2]. Scientiarum prafides : Sed notius eft, quam ut moneri oporteat, eas novem numero fuisse; quarum nomina fuerunt hæc: Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Eurerpe, Poly-bymnia, & Urania. De his fingulis vero dicere nimis longum, & minus utile foret, (v. Auson.

Eidyll. xx.)

'6. VI. De Cerere.

Ceres Saturni & Opis filia (a) ita dicta' (juxta veterum quidem mentem) ab antiquo verbo cereo pro creo (b), quafi frugum creatrix; prima enim fationem & usum frumenti homines docuit; cum illi antea glande vescerentur (c): un-

⁽p) Id. XI. 483. (q) Cic. de N. D. III. 23. (r) Prop. II. XXI. 14. Ovid. Arr. II. 659. (s) Virg. Am. VIII. 435. (De Gorgonib. v. Memor. Acad. Litter. Parif. T. IV. p. 70.) (t) Ovid. Faft. III. 810. (u) Varr. de L. L. V. 3. Gell. II. 21. (x) Sacs. Domis. 2. (v) Hooim. Sab. 204.

⁽²⁾ Sace. Domás. 4. (y) Hegiu. fab. 204. (z) Hefed. Theog. V. 23. 6 31. (a) Ovid. Fafor. VI. 285. (quafi Geres, air Cic. de N. D. 11. 26. ubi & aliorum numinum eryma perfequitur.)

⁽b) Serv. ad Mirg. Georg. 1. 7. (c) Claud. de raps. Prof. 1. 30. Juven. VI. 10.

de fæpiffime alma dicitur ab alendo fcilicet (d.); Græcis, Suntar Spenterpa προπάντον (e); licet etiam aliis Deabus hoc cognomen tribuatur ut Veneri apud Ovid. Metam. XV. vef. 844. Primum autem hanc artem monstravit Triptolemo (f); ille deinde reliquis hominibus, & hinc Ceres pro ipsis frugibus dicitur (g). Leges etiam prima hominibus dedisse creditur (b), unde Θεσμοφόρος Græcis, Latinis vero legisera dicitur (i): & ejus facra Θεσμοφόρια dicta funt : unde unum ex dramatibus Aristophanis Θεσμοφοριάζεσαι hoc est, mulieres sacra Cerevis celebranies inscribitur : & hoc ideo, quia homines ad mitiorem cultum, a glandibus ad fruges traducens, legibus vivere fecit : præsertim cum etiam agros tum distinguere oportuerit (k). Sacra ejus peragebantur Romæ mense Aprili per dies octo a matronis castis (1), quæ tum viris & vino abstinere debebant (m), & in casto Cereris effe dicebantur (n). Quia autem hæc facra religioso quodam silentio celebrabantur, Horatius Od. III. n. 5. arcanam Cererem dicit, quod tamen maxime ad facra (o) Eleufinia, quæ ei in Attica fiebant, spectat; qui enim non initiati iis adfuissent, morte plestebantur (p).

Faces in ejus facris adhibebant (7), (unde πυρφόρος Græcis dicitur (r)) quia facibus ad Ætnam accensis filiam fuam Proferpinam a Plutone raptam quasiverat (s). Filius Cereris fingitur efse Plutus divitiarum Deus, quia priscis hominibus divitiæ ex agricultura proveniebant (:).

⁽d) Ser. d. l. ([cd credibilius], effic ab Hobr. 7127y virgo.)
(c) Orpheus bymn. in Cereren 7.
(f) Virg. Georg. I. 19. Marmor. Arundell. 24.
(g) Terent. Eun. IV. V. Lucan. IV. 181.
(h) Ovid. Metano. V. 341.
(i) Virg. En. V. 52.
(k) Serv. En. IV. 52. Grost. de J. B. & P. II. 2. 8. 2.
(l) Juv. VI. 50.
(u) Dion. Halic. I. 33.
(a) Fest. V. Minusteur.
(b) Suet. Ner. 34.
(c) Lurip, supplic. 250.
(e) Ovid. Fast. IV. 4932.
(l) Hasod. 3507. 959.

⁽t) Hefied. Stoy. 969.

Sel. IV. Cap. 1. 6. 6. 6 7.


Immolabatur Cereri porca fæta, quia illud ani-mal frugibus noxium effe folet (u). Pingebatur vero coronam gestans spicis ornatam (x), facem plerumque altera manu tenens, altera quandoque papaver. In Cereris facris etiam vulpes comburebatur (y), quod Carfeolis Equorum Oppido segetes incendissent vulpes, codem sere modo. quo Samsonem Philistaorum segetes incendisse leeimus .

E. VII. De Diana .

Diana juxta quosdam dicha est quasi Dea Jana. hoc est Luna (2); nam eadem Luna suisse ple-rumque putatur (a): alii nomen ejus deducunt a Graco diòs, hoc est, lovis; ejus enim & Lasone filia est habita: unde & Latonia Virgo (b) dicitur; nam semper virgo suisse fertur. Hæc venationibus, sylvis & montibus præsuit (c); unde canes ei facra fuerunt (d): & primitias feræ capiendæ, sive πρωτάγρια Dianæ Αγροτέρα, sive Venatrici vovere solebant (e). Hinc etiam A'ypaulos, O'pha, O'peilo yn dicta eft (1). Eadem & parturientilus opem ferebat (g); & tum cum Junone Lucina confundi videtur, (ita certe (h) vocabatur & etiam Ilinbya a Græco Thusor, hoc est, veni (i); ac Diva genitalis dicitur. Hinc etiam imago ejus multis mammis & uberibus aliquando instructa est. & ipsa **40**-

(h) Carull. carm. 33. (i) Horas. I. mor d. ubj samen Cl, Benet, legendum vult Genetyllus juum vid.

⁽⁰⁾ Ovid. de Ponto II. IX. 29.
(2) Horat. Latra. fec. 30.
(y) Ovid. Fast. IV. 679. feg.
(22) Varr. de R. R. 1. 37. at quidem emendat Scal. de
Emend. Tamp. II. p. 49. 174.
(a) Vid. Varron de R. R. I. 37. Vost. Instit. Or. IV. 1.
(b) Virg. En. IX. 37.
(c) Horat. Op. III. 22.
(d) Ovid. Fast. V. 141.
(e) Vid. omn. Ez. 5pan. ad Callim. bymm. im Dian. 104.
(f) Vid. Celeb. Perizon. ad El. V. H. II. 25.
(g) Hor. earm. fec. 13. (Timzi jocum in Dianam Ephestam v. ap. Cic. II. de Nat. D. 27.)
(h) Catull. carus. 31.



Toxumecos. five multimammia est dicta (k). Het quoque, ut dixi, Luna credita suit, unde cum sunula bicorni in fronte pingitur, (nam eossem Deos veteres sub diversis supe nominibus colebant) eoque nomine hæc cum Apolline fratre fuo Indis facularibus maxime colebatur (1): quibus ludis in eorum honorem pueri & puella patrimi & matrimi choreas ducebant, & hymnos canebant : ac ob eandem rationem etiam Notifuca (m) , & fiderum Regina vocatur (n) . Templum Dianæ primum Romæ exstructum fuit sub Servio Tullio Rege in monte Aventino quod To xolvor Tar Adtivor, five Latinorum commune ərat (o). Pinge atur coma dissoluta, arcum & fagittas manu tenens, (unde ἰσχέαιρα dicitur (p), & rocoris (9) cervos, vel alia animalia persequens, ac canes & instrumenta venatoria juxta se habens. Immolabatur ei verres (r), & pinus arbor ei facra fuit (1). Confunditur eadem fæpe cum Hecate (t), sive Proferpina ; de qua nos tamen feparatim potius dicemus.

6. VIII. De Venere, Cupidinibus, & Gratiis .

Venerem a veniendo dictam volunt, quod Amor (cujus hæc Dea præses est) ad omnes veniat (u). Alii derivant a Succoth Benoth; dux II. Reg. X VII. 30. (x) Cl. Clerious deducit ab Eolico Divagis pro ivagis (y). Eam

⁽K) Minuc. Fel. p. 93. ed. Rigale. & ipfe ad eum loc. (S. cap. XXI. p. 538. ed. Daili.) Nummus ap. Vaill. G.

Claudin. 41. (1) Horas. Od. IV. VI. (m) Ibid. 38,

⁽m) lbid. 38.
(n) ld. carm. fac. 35.
(n) ld. carm. fac. 35.
(n) Bion Halic W. 26.
(p) Hom. ll. E. 53.
(q) Hopd. Seop. 14.
(r) Horse. Od. III. 27.
(s) lbid.
(r) Vid. Meurf. Mijc Lucon. I 2.
(u) Cic. de N D. II circa med. (vide Belg. Grzc. p. 221.)
(z) Selden. de Diis Spris S. II. 6. Voff. ldel. 11. 221.
(J) Bibl. Selaff. T. VII. p. 149.

Eam quidam Jovis & Diones filiam dicunt (2):plures spuma maris ortam volunt, & inde Græcis. Α οροδίτην από τε αφρε, hoc est, a spuma este dictam (a): unde etiam plerumque in concha flans, vel concham manu tenens (b) pingitur, & quidem nuda : ac propterea marinam cana vo-cat Horatius Od. IV. XI. 14. & ideo etiam a navigantibus invocabatur (c). Aliquando etiam curru vehitur tracto a cygnis, vel columbis (d), vel etiam passeribus (e); quæ aves, vel ob pulchritudinem, vel ob falacitatem Veneri erant facræ, eique etiam immolabantur, quamquam vulgo fanguine non placaretur (f), sed ture & vino; quia scilicet non decebat Deam generationi præsidentem cæso animali placare. Colebatur præcipue a Romanis, quia genus suum per Æ-neam ab ea deducebant (g); unde ille sæpe apud Virgilium, aliosque Dea natus vocatur (b): & propterea Julius Cæsar templum Veneris genitricis (i) Romæ exstruxit . Aliis etiam cognominibus Romani eam venerabantur, ut Veneris Erycine (k), & ita dicta ab Eryce Sicilia monte (1), ubi Æneas ei templum exstruxerat. Cluacina vocata est ab antiquo verbo cluere (m); hoc est, purgare, quia ejus templum eo loco stru-Aum erat, ubi Romani & Sabini positis armis fe a bello purgaverant, & reconciliati erant.
Libitina (n) Venus vocabatur (o), in cujus templo ex instituto Servii Tullii Regis (p) pro fingulis mortuis fingulus nummus folvebatur : (quemadmodum in templo Junonis Lucinæ pro natis & in templo Juventutis pro iis, qui virilem

⁽²⁾ Virg. Est. IX. 47. CA En. 1. 256. (a) Itid. v. Lat. Sense. Hippol. 2. v. 273. (b) Vid. Plaur. Rud. III. 111. 42. (b) Vid. Plaur. Rus. III. 111. 42.
(c) Ovid. ep. Parisl. 24.
(d) Ovid. Metam. XIV. 597.
(c) Apulej. Metam. XIV. 597.
(c) Apulej. Metam. VI. non longe ab init.
(f) Tacir. Hift. II. 2. Cepull. de Coma Berenis. 50.
(g) Lucres. ipfo init.
(h) Virg. En. V. 710.
(i) Sver. Jul. 61.
(k) Horat. Od. I. II. 33.
(l) Virg. 1. d. 769.
(m) Plin. H. N. XV. 20.
(n) Herat. Serm. II. VI. 19.
(o) Vid. Plur. Numa p. 86. 67.
(p) Dion. Halif. IV. 13.

⁽p) Dion. Halic. IV. 15.

Tilem togam sumpserant (q) ut ita doceretur omne, quod natum est, etiam mori debere : & in eo templo a Libitinarlis omnia vendebantur (r), quæ ad procurationem funeris necessaria erant. Hinc Libitinarius in glossariis dicitur erant. Hinc Liberinarius in gionariis dicitur έγταφιας ής , ενταφιοπώλης , & τεκοοδάπτης ; cujus fervus erat Pollinefor (s): & ipfa Libisina εντάφιον , five funus (t). Fingebatur Venus uxor effe Vulcani , fed cum Marte adulterium acommittere dicebatur , & cum eo aliquando reti a marito suo mira subtilitate sacto deprehensam fingebant (u). Arbor myrtus ei facra erat (x), & mensis Aprilis ; * unde Kalendis Aprilis mulieres myrto coronatæ lavabant (y): quem menfem tamen non and ris Aqpodirus, five a Venere, (quæ plurimorum sententia est) sed ab aperiendo dictum vult Varro (z), quod cœlum, terra & mare tunc aperiantur: unde idem mensis apud Athenienses Artisnoide vocatur, quod hoc tempore cuncta florescane (a).
Veneris comites & filii suerunt gemini Cupidi-

nes Eros & Anteros (b), quibus eleganter si-gnificatur, amorem, nist mutuus sit, subsister non pose . Hi finguntur & pinguntur pueri ; quia amantes pueris plerumque vix funt fapientiores (c); finguntur nudi ad puritatem, alati ad levitatem amantium significandam ; vel etiam , quia amantes agiles effe convenit : fagittis infiructi dicuntur, vel, ut velocitas amoris denotetur; vel etiam ob dolorem (d), qui eum fæ-pe fequitur: lampades habent, ut ardor amoris

note-

⁽g) Ibid.

⁽⁹⁾ Isid.

(1) Plut. Quali. Rom. 11. p. m. 269.

(2) L. S. 7s ff. do inflit. all.

(2) Vid. Lipf. ad Sence. de benef. VI. 18.

(2) Ovid. Metam. IV 171. (Adde Homer. Odyss. 8. 257...

365 Lucian. in Dial. Deor. p. 150. & 155. I d. Bened. It. e. pigrammation clegans in Anth. L. II. 115 Yahus. De Ma. is Vulcan uxore pauci prodiderunt, at Lucian priori loco Valcamum uxores ait duxisse Venerem & Grasiam.)

(x) Horat. Od. I. IV. 9. Virg. Ecs. VII. 62. * (CXI. Ed. VII. Od. XI. 15.

(y) Ovid. Fal. IV. 150.

(z) Apud Macrob. Saturn. I. 12.

(z) Ibid. (b) Horat. Ods. 19. Sence. Hippol. 27; (Cu. Pido Vulcani Venerique filius suit, v. Ambol. c. Unde pri. Vignus Martis, & hic clus vitticus dicitus Ovid. II. Anar. El. (d) Horat. Od. II. 8.

(d) Horat. Od. II. 8.

MS.

notetur (*); atque iplæ etiam lagittæ corum ar-

dere dicuntur (f).

Tres Gratie ettam Veneris Comites fuerunt (g), que mude plerumque finguntur, quia amicitia fine suco esse debet; & manibus junciis, ut concordia amicorum significatur (b). (Memorabilia de Gratiis habent Memor. Litt. Acad. Parif. T. IV. p. 10.)

6. IX. De Marte . Bellona , & Victoria .

Mars , ut notum eft , Belli Prefes fuit (i). atque ita distum est, quod marilus in bello præeffet (k); vel potius a Giæco A'pns præposito M. Mavors etiam dicitur, quod magna vertat.
(1); & Gradivus (m); Græcis Soupos Apres (m), vel Sou'pios, ut est apud Servium ad Virg. En. III. ves. 35.) vel a gradiendo in bellum; vel potius a Graco verbo npadairsir, hoc est, vibrare quod hastam vibret . Fingitur Mars (iu. xta chofdam; nam aliter Hom. II. E. v. 896.) ex Junone (0) fine maris ope natus, & folo floris cujusdam contactu conceptus. A Romanis autem præcipuo honore afficiebatur, quia Romuli & Remi pater fuisse vulgo creditus est: & quod etiam genti bellicofissime ejus cultus maxime conveniebat: ac præter alia templum habuit in foro magnificentissimum, ubi Martis Ultoris nomine colebatur (p) . Duk etiam Romani exercitus ad bellum profecturus antea facrarium Martis ingre-diebatur, & ancilia (q) (scura quædam sacra erant, de quibus infra sectionis bujus cap. 2. § 13.) commovebat, ac mox hastam ipsius simulacri dicens. Mars vigila (r). Sacerdotes Martis peculiares erant Sa-

⁽c) Claudian. de rap. Prof. 1. 26.
(f) Horas. Od. H. 8. 34.
(g) 'd. Od. I. IV. 5. & I. XXX. 5.
(h) Vid de iis lufe Senee. de benef. Is 3. & Paufan. Boot. 34.
(i) Ovid. Faft. III. 85.
(K) Varvo de L. L. IV. 10. fed vestius ex lingua Hebraica (m. Varvo de L. L. IV. 10. fed vestius ex lingua Hebraica (m. Virg. loco in textu not. (Ovid. East. V. 555.)
(m) Virg. loco in textu not. (Ovid. East. V. 555.)
(n) H.m. II E. 30. & fape. (O) Ovid. Fast. V. 2296
(p) Vid cap. feq. § 11.
(q) Serv. ad Virg. Em. VIII. 2.
(1) Ovid. Fast. III. 36.

Salii, & Flamen Martialis; de quibus suo loco. Animalia ei facra erant Lupus, Picus (s). & maxime Equus; qui etiam ei immolabatur mense O-Ctobri in campo Martio (:). Pingebasur ardente vultu, currui plerunque infistens, vel equo infidens; hasta & flagello armatus, gallum gallinaceum quandoque juxta fe habens ad vigilantiam militibus adeo neceffariam denotandam, vel etiam ob pugnacitatem ipsius animalis. In ejus honoiem primus anni mensis, qui nunc nobis tertius, a Romulo Martius dictus fuit.

De Bellona.

Marti aurigæ vicem præstabæt Bellona (u), five illa ejus uxor, five foror fuerit. Hao dica fuit a bello, & ejus facerdotes Bellonarii dicebantur; qui in furorem acti (x); (unde in Gloss. vet. Seopopsusroi vocantur) dum facra ejus celebrarent, futura prædicere credebantur (); tum etiam cultris se ipsos cruentabant, ut sanguine suo Deam placazent (2): (qui mos pluribus gentibus suit samiliaris, ut vel ex sacris literis (a) discimus) sed hæc sestio membrorum postea simulata duntaxat fuit . Enyo etiam est dicta, unde hæc vox pro ipso bello ponitur (b). Ædes ejus extra Urbem fuit, in qua Senatus dabatur iegatis exterarum gentium (c), & Imperatoribus a betlo redeuntibus, & triumphum petentibus (d): ante illam ædem columella stabat, quæ bellica (e) dicebatur; in quam hastam mittere solebat secialis. cum bellum populo alicui indixisset.

G }

De.

⁽s) I ucret. II. 660. S. Aur. Viel. de Or. gent. Rom. (r) Feft. V. Equis., & lavius V. Oftober. (u) Statius Theb. VII. 71. (x) Horat. Serm. II. III. 213.

^{(2) 10°} ar. 30° m. 11. 111. 213. (3) Juven. IV. 114. & Vi. 512. (2) Lacan. I. 565. (3) I. Reg. XVIII. 28. (b) Hom. II. E. 333. & ibi Schole Murriuk, de Spece

⁽e) Liv. XXX. 21.

⁽d) Ida XXVIII. 32. (e) Fest. V. Bellona ...

Villoria, quæ fimul cum Minerva educata suiffe dicebatur (f), etiam Romæ colebatur subforma virginis alatæ, coronam, vel palmam mae nu præferentis.

6. X. De Mercurio ...

Mercurius a mercibus dictus fovis & Maie (quæ filia erat Atlantis) filius (g) , Nuncius & Minister Deorum, & pracipue Jovis suit : unde-Gamillus apud Romanos est dictus (b), quæ vox ministrum notat . Hic Deus sermonis habebatur (i), (unde lingua ei facra erat (k)) & inde Deorum superorum & inferorum internuncius (1); unde Lyftrenses Paulum Mercurium dicebant, quia is præibut in loquendo, รัสเผลิท สบรอร ที่ง o ทั่วย์แยงos รัย doys (m); itaque animas defunctorum ad inferos deducere, loca iis adfignare (n), & rurfus fi opus effet, eas inde reducere (a) credebatur, ψυχαγωγός (p) & νεκροπομπος (q) inde dictus. Mercatorums Quoque & lucri (r) unde κοινός Ερμής dicitur-(5), quia divitias procurat omnibus expetitas; περδώς (t) etiam εμπολαΐος & αγοραίος (u): & hinc etiam mercatores certo ritu præterita fuamendacia expiabant, & futurorum veniam (x) a Mercurio petebant (lueri, inquam, & ex ratione furum etiam Deus habebatur (γ): unde Arifopbani Τοιχωρύχος dicitur (z), quod perfossorem parietum diceret Plautus (a): & ab hac lucri caussa cum marsupio aliquando pingitur (b) ... A4-

⁽f) Dion. Halico I. 33. (g) Virg. En. 1. 30. (h) Pius. Numa p. 64 C. (i) Horse. Od. I. X. 5. (l) Schol. Arlipph. Pius 112: (l) Claudian. de rape. Prof. I. 50. (m) Aflor. XIV. 12. (u) Horae. Od. I. X. \$. (o) Virg. En. IV. 243. (p) Hefsch. (l) Claudian. Deor. Dial. (l) Ovid. Paft. V. 671: (l) Lucian. Deor. Dial. (l) Ovid. Paft. V. 671: (l) Lucian. Navigio. P. 406. ed. Greu.

⁽³⁾ Lucian Navigio. p. 456. ed. Grew. (1) Id. Timene. p. 111. (u) Poll. Onom. VII. 2. fin. (2) Ovid. Faft. V. 621.

⁽⁷⁾ Horat. I. p. prex. d. (2) Plus. 1143. (a) Pleud. IV. II. 23. (b) Vid. Patin. num. Imp. ex ere med. form. p. 3?s.

Arium quoque omnium præses, & præciphe min fices, & lyra inventor (c): tum etiam palestris (d) & gymnasiis, astronomiæ (e), poesicæ. (unde poetæ viri Mercuriales dicuntur(f)) aliisque, ut dixi, artibus præsidebat, unde Aoyio. Eouns dicitur (g); ita ut plane effet negotio. fissimus (b). Pingebatur ut juvenis formosus, petaso & talaribus aureis alatis insignis (i); caduceum, sive virgam manu tenens (k), cui duo serpentes crant circumvoluti, quia præconis etiam fungebatur munere, & pacis auctor erat, cujus symbolum olim fuit hic caduceus. In triviis & quadriviis statuæ quædam e lapide quadrato in ejus honorem ponebantur folo capite exerto, quæ Mercuriales, & Græcis Herme dicebans tur (1), quia ob crebra ejus itinera viarum ettiam curam peculiarem gerebat : unde irolios vel, ut alii, surodus etiam dicitur (m). In bibliothecis quoque, quia scilicet omnis eruditionis præses erat Mercurius, flatuæ ejus ponebantur mixtæ cum flatuis Minerva, vel etiam Herculir, qualinde Hermathena & Hermerache dicuntur (n)

S. XI. De Neptuno, Portumno & Matuta.

Neptunus aquarum Deus a nubendo, hoc est , segendo dictus, quia aqua terram obsegis (o), Saturni & Opis filius, Jovis frater dicitur; & in fortitione universi maris imperium, ut dixi, ob-tinuit (p). Hic a plerisque a primis jam temporibus Romæ cultus dicitur fub nomine Con-

⁽c) Horat I. d. (d) Lucian Deor. Dial. p.233. edie. Grav. (c) Manil. 33. (f) Hor. Od. II. XVII. 29. (g) V. Bud. comm. lin. Gr. n. m. 215. (h) Lucian. I. prox. c. (i) Vivy. En. IV. 240. (K) Ibid. 242. (l) Nepos Alcibiado 7. Javan. VIII. 53. Ampliff. Vandev (m) Phuraus. de nat. Deor. V. 16. (V. Cl. Otto de die tutelar Viat. (n) Ges. ad. Apr. 1. L. dv. h. (V. engagement exceller. (n) Ges. ad. Apr. 1. L. dv. h. (V. engagement exceller.

⁽n) 6ie. ad Ast. 1. I. 2. Φ b. (V. aummum in tabella . At Neptuni erymon ego arceffebam a τύπτω, quod Scaligero jam placuise video. Qui Hebraicam originem mavult, con-fulat Vossi Etymol. & Bocharti Phaleg, ubi plura ejulmosi. reperientur).

⁽a) Varro de L. L. IV. 10. Arnob. Hb.

fi (q), quamquam alii dicant diversum fuicfe . Confus autem ille confiliorum Deus fuit (r.). cuius ara fubterranea fuit (s), quia confilia, ut prospera sint, secreta esse debent: & ipsa vox Consus participium antiquum est verbi condo, pro quo hodie dicimus conditus; unde hodieque absconsum pro absconditum dicimus (t). Ejus festum Consualia dictum celebrabatur maxime ludis equestribus in Circo; quia Neptuno equus facer erat, qui eum primum e terra produxisse dicebatur (u): veritas autem hujus rei effe videtur, eum primum equitandi artem inveniffe (x); unde etiam equorum cura (y) ei tribuitur, & quadrigarum (z). Terre motuum etiam cauffa credebatur; quia mare sæpe numero terram vehementius concutit, eamque quasi movere videtur : unde Ennosigaus (a) & SHTIY SWY (b), hoc est, terram quatiens dicitur; & hinc Trojæ muros & fundamenta evertere fingitur a Virgilio En. II. vers. 643. Et quia mare ita sævum est & importunum, tinc in sabulis homi-nes sævi Nepsuni filit dicti sunt, ut Busiris, Cy-slopes, Lestrygones (c). Pingebatur vultu senili, stans plerumque iu curru a Tritonibus, equis marinis, vel delphinibus trasto, tridentem manu gerens (d).

Neptuno adjungi potest Portumnus, sive Portunnus portuum Deus (e), a quibus denominatur hic Græce Παλαίμων dicitur (f). Ejus mater fuit Matuta , Græcis Atuxobta, quæ eadem Aurora credita est (g), & a matronis Romanis culta suit (b); ejusque sestum Matralia est dictum (i), Antea ille Melicerta, hæc Ino dice-

⁽⁹⁾ Plut. Romul. p. m. 25. D. Ausen, Epigr. 69. (1) Ovid. Fast III. 159. (1) Dion. Halic. 11. 31.

⁽u) Virg. Georg. 1. 18. (t) V. Voss. Etymolog. (u) Vir (z) Vid. Sophoci. Oed. Colon. 705.

⁽y) Homer. in bymn. (z) Orph. ia bymn.

⁽y) Homer. in Symn. (z) Grpn. za gymn.
(z) Juven. X. 13z.
(b) Amm. Mare. XVI. 7. (v. omn. Gell. II. 28.)
(c) Phurnur. de mat. deor. e. 22. f. Gell. XV. 21.
(d) Virg En. I. 142. 149. (& 160.).
(c) Ovid. Fah. Vi. 147.
(f) Id. Meram. IV. 541.
(g) Lucres. V. 615.
(h) Plus. Quaft. Rom. 15. p. m., 167.
(i) Ovid. Fah. Fix. 533.

dicebatur (k); qui enim in deos referebantur. eorum nomina mutari folebant: quemadmodum fic etiam Leda Nemelis . Circe Marica fuerunt di-Ata (1):

6. XII. De Vulcano ..

Vulcanus ignis & fabrorum deus. Dictum enim: ajunt quan Volicanum (m), quod ignis quan per aerem volices: fed verius est a Tubalcaino, qui primus artem fabrilem invenit (n), nomen eius derivari. Mulciber etiam fuit dictus a mulcendo-(o), hoc est, molliendo ferro. Jovis & Junonis. vel, ut alii dicunt, solius Junonis silius suit (p): sed ob desormitatem a Jove calo ejectus. & in-Lemnum infulam delapfus, ac inde claudus factus fuisse fingitur (q). Vulcani uxor fuit Maja, unde quidam mensem Majum dictum fuisse volunt; sed Piso eam Majestam vocari dixit (r). Officinam suam in Lemno habuisse dicitur, & in infulis Ædiis prope Siciliam (s); quia in iis infulis montes ardentes funt, quos hodie etiam vul-BO Vulcanos vocant. Ejus ministri suerunt Cyclopes (t), quos Gigantes monoculos suisse finxerunt. Per hunc Deum veteres ignem terreffrem (u) maxime figuificarunt, ut per Vestam ignem-calestem, & hinc sape Vulcanus pro ipso igne, vel samma lucente ponitur (x). Inde ctiam Vulcanos quosdam fictiles juxta socum collocare solebant, tanquam dæmones ἐπις άτας (ν). In eius festo facibus, sive lampadibus decurrebant : &, qui curfu superabatur, lampadem: alteri tradere debebat: unde vulgata ilia phrasis est orta, lampadem Juam alteri tradere, hoc est, les

^{(&#}x27;k) lbid. 494. & 505.
(1-) Lastant: de faist relig: I. 21c.
('m) Serv. ad Virg: Ep. VIII. 414. lsidor. Orig VIII.
c. 11.
(10) Virg. En: VIII. 724. & ibi. Ser. Fest. es V.
(10) Lucian. de sacrif. & forte Hestod. Seby. 927. ubi.

vid: Grav.

wid: Graw

(q) Lucian in contempt: init. Hom It. A. v. 5614

(1) Macrob. Satur. I. 12. (Vid. nos ad 128, 175,)

(20) Javen: I. 8! Sad wid. emm. Virg. Em. VIII. 436-fag...

(1) Virg. I. d. 424.

(1) Id. Em. V. 662.

21) Virg. 1b. Platu. Ampb. I. I. 1854.

(4) Baftatb. ab. Ob. pc 455.

Sett. IV. Cap. 1. 6. 13:

fenio, vel alio casu fatigatum munere suo alteri cedere (z).

6. XIII. De Apolline & Esculapio.

Apollo dictus est -a Græco verbo ἀπόλλυμι... Hoc est perdo; quia radii solis pestilentiæ tempore animantibus perniciem adferunt (a). Hic enim idem est qui Sol *; unde etiam Phabus dicitur a Græco voiso, hoc est, splendidus. Jovis & Latonæ (b) filius fuit, cum forore Dia-na in infula Delo natus (c); (unde Delius hic; illa Delia dicta) ubi templum & oraculum celeberrimum habuit (4): & ibi fex menfes æfti-vos degere credebatur; ut fex menfes hybernos apud Pataram Lycia civitatem, unde Pata-, veus dicitur (e). Quatuor præcipue artium inventorem eum & præsidem secerunt. Primo quidem medicinæ, & præcipue bosanicæ, five berbaria inventor esse dicebatur, quia solis calor herbas fovet (f), Secundo, arti sagittaria præsidebat, quia radii folares fagittis quodammodocomparari possunt, & inde semper arcus ei tribuitur (g): hinc etiam Paan dicitur and Th Taleir, a feriendo (b). Tertio, mulica & poestice præses erat (i); unde a poetis maxime invocatur (k), & lyram, vel citharam tenens plearumque pingitur (1). Quarto, arrem divinatoriam exercere credebatur, unde Augur (m) vocatur, & Græce προό Lio (n), quali prasagum. dicas; Aokias etiam and The hoke hoc eft, obliquo (o), quia obligua, sive dubia responsa consulentibus dabat; cum facerdotes scilicet eius conrefturas suas pro oraculis credulis venditarent. Ro.

⁽z) Lucres. II. 77. Schol. Arifoph. ad ranas 131.

(a) Hom. II. A. 43. * (Vid. nos infta.)

(b) Horat. Od. IV. 6.

(c) Ovid. Mesam. VI. 120. fegg. (Callim. in Delum;
anod negant Ephelii, & hoc fibi honoris vindicant ap. Tacity.
Annal. III. 61.)

(c) Serv. ad Virg. l. Press. 6.

(f) Ovid. Mesam. 1. 531.

(g) Horat. Od. I. XII. 21.

(j) Ovid. Mesam. 1. 532.

(k) Id. Amor. I. XV. 33.

(l) Horat. Od. I. 21. (m) Id. Od. I. XI. 124.

(n) Paulan. Ast. 12. (o) Harad. IV. 131.

⁽¹⁾ Rorat. Va. 1. 21. (D) Paufan. Att. 32. (O) Hared. IV. 193.

Romanis post Augustum etiam Apollo Affius in memoriam victoria Actiaca fuit cu'tus (p). Plurima autem per totum terrarum orbem oracula ei tribuuntur, quorum omnium præcipuum fuit oraculum Delphicum (q): imo etiam hominibus quibusdam divinandi artem largiri credebatur (r). Pingebatur Apollo specie imberbis juvenis, promillis capillis (s), (unde Latinis inconfus, Græcis 'Arestenius (1) est dictus) dextra arcum & fagittas, læva citharam, vel lyram tenens (u), quia coeli temperiem & intemperiem regit (x). Coronatur lauro, quæ arbor ei facra fuit (y); unde, qui divinare volebant, laurum comedebant (2); & hinc etiam poetæ lauro coronantur. Aves ei facræ erant accipiter (a) & corvus (b).

Apollinis filius fuit Afculapius, qui peculiariter magis medicine præerat (c). Hic fingitur arte sua mortuos in vitam revocasse, & propterea a love irato fatorum ordinem ita turbari, fulmine percuffus fuisse (d). Colebatur olim præcipue Epidauri in Græcia forma serpentis, vel baculo nnixus, cui ferpens circumvolutus erat. Unde oraculi juffu Romam arcessatus suit (e); ubi templum ei in insula Tiberina exstructum est. Sed merentur videri de cultu Æsculapii & Serpentis eius Viri Celeberr. Mich. Roffallus, qui locum Joannis Apoc. II. 13. de hujus Dei cultu explicat; & Theod. Hafeus in Bibl. Hift. Phil. Claffes III. Fasc. 1. Pingebatar vultu fenili, barba promissa, (unde jocus Dionysti Syracusarum tyranni, dum barbam auream fratuæ ejus abraderet dicentis , Non convenire flium effe barbatum , dum

⁽p) Propore. IV. VI. 67.
(q) Iswee. VI. 555.
(1) Virg. En. III. 251. (at hic Harpyla loquitur. Positive citaffer En. II. 247. & ibi Serv.) & XII. 391.
(2) Tibull. I. IV. 37.
(1) Hom. II. T. 30.
(2) Macrob. Sarasei. I. 17.
(7) V. Claud. de raps. Prof. II. 109. Ovidi Met. I. 534.
(2) Tibull II. 5: 63.
(2) Homer. Od. I. 255.
(b) Elian. de animal. II. 47. feq. VII. 18.
(c) Virg. En. VII. 772.
(d) d. d. l.
(e) Ovid. Mesana, XV. 612. feqq.

196 Seff, IV. Cap. I. §. 13. 6 14.

dum pater imberbis esses (f), pallio indutus, & baculum manu tenens, Immolabatur ei Gallus. Solebant etiam in ejus sano cubare ægroti, ut per somnium de remedio monerentur (g.)

DE DIIS SELECTIS.

Dii Selecti fuerunt octo: Janus, Saturnut., Rhea, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, & Luna.

Si XIV, De Jano.

Janus anni Deus (b) (nam eo nomine etiam Solem intellexerunt (i); unde Maturinus pater dici videtur apud Horatium serm. Il. VI. vers. 20.) distus suit ab eundo k), quasi Eamus; quia annus, sive tempus semper it, vel procedit; vel quia cum Horis soribus cæli, per quas itur, & reditur, præeste dicebatur (l) hinc etiam soribus in terra præest, quæ ab eo januæ dicuntur; & propterea quoque Januarius mensis, qui annum aperit de Jano, ita est distus (m.); ejusque priema die selicem anni successium sisi mutao optama die selicem anni successium sisi mutao optama sacrorum ritus docuisse dicitur; & inde in omnibus sacris primus invocabatur (q): vel sorte, ut Ovidius refert, hoc siebat, ut per eum quasi janitorem ad reliquos Deos aditus esset (r). Quia autem antiquissimus Deorum erat (s), hinc peculiariter Pater dicebatur (t), & in formulis precum plerumque primus nominari solebat (u))

⁽f) Val. Max. I. 1. ex. 3. (Cic. III. Nat. D. 14.)
(g) Plaut. Curcul. II. 1. driftoph. Plate 662.
(h) Ouid. Fast. 1. 65.
(i) Macrob. Saturn. I. 17.
(k) Cic. de N. D. II. 17.
(l) Ouid. d. l. 135.
(m) Varr. L. L. V. 4.
(a) Ouid. l. Fast. 175.
(b) Suet. Aug. 57. Tib. 34. Cajo 42.
(c) Suet. Aug. 57. Tib. 34. Cajo 42.
(d) Cic. de N. D. II. 27. Marrial. X. Epigr. 28. Macrob. Saturn 1. 9.
(1) Ouid. Fast. 1. 173.
(a) Juven. Sat. VI. 39.
(b) Herar. Epift. 1. XVI. 39.
(c) Herar. Epift. 1. XVI. 39.
(d) Caso de R. R. 30. 139.

licet id cognomen aliorum etiam Deorum effer. Revera autem antiquissimus quidam Italia Res fuisse videtur (nam Græcis quidem hoc, numen incognitum fuit (x)) qui vini usum Italos primum docuit; unde ab Hebræo 719 Jaiin, que vox vinum notat, nomen ejus potius deducas: & hinc idem fuerit cum Noacho, cui revera vini inventio debetur : eadem de caussa Oenetrius quoque est dictus, quod Græcum oiro vinum fignificet : & facit . quod Enotrius septendecim atatibus, ante bellum Trojanum regnaffe dicitur (z), quod fere in Noachi ætatem incidit. Templum ei primum extruxit Romulus, postquam pacem cum Sabinis fecisset (a), in quo templo statua ejus crat bifrons, vel ad unionem duorum populorum notandam; vel quia omnis janua duas frontes habet (b); vel, quia Noachus primum & secundum orbem habitavit (c); vel denique, quia tempus præterita & futura respicit : digitis ita figuratis, ut trecentorum sexaginta quinque dierum nota per significationem anni, temporis & ævi Deum indicaret (d). Aliquando etiam Quadrifons (e) pingitur, ut quatuor anni partes fignificentur. Clavem & virgam manu tenet, quia janitor cæli est (f). Patulcius & Clusus nominatur, quia, ejus templum bello indicto patebat (R), pace facta claudebatur (b): quod intra annos 724. ter stantum Romæ accidit. Non tamen putandum est, semper bellum ipso actu extitisse s sed bellum esse credebant veteres, cum sirma pax. facta non effet, licet re ipfa bellum non exerceretur .

§. XV. De Saturno.

. Saturnus (per quem universam mundi-ngturam intellexisse veteres auctor est Dionysius

⁽x) Owid. Fast. I. 30. Athen Deipnos. XV.
(x) Pemp. Sabin. ad Virg. En. 1. 532.
(a) Serv. ad En. I. 291.
(b) Ovid. Fast. I. 135.
(c) Arnob. adv. gent. VI.
(d) Pin. H. N. XXXIV. 7.
(e) Macrob. I. 9.
(f) Ovid. Fast. I. 69.
(g) Idd. 129. Virg. En. VII. 207.
(h) Horat. Od. IV. XV. 50.

Malicarnacensis L. I. c. 38.) temporis in genere Deus, ita dictus suit a satu (b), quia homines primum ferete docuit; Græcis autempus notat : antiquissimi enim Graci literas adspiratas ignorabant) quia auctor est temporum (i). Hic Coeli & terræ, five Vestæ Majoris filius suit; & fordere cum fratre suo majore Titano facto. liberos fuos fe devoraturum esse promisit; quod etiam fecit, donec pro Jove & reliquis sapis ei obtruderetur (k). Postea a filio Jove regno pul-fus ad Janum, qui parti Italiz imperabat, con-fugit; de ibi latuir unde ea regio. Latum est di-Ra (1). Et ipsum Dei nomen verius est ab Hebræd and Satar, quod latere fignificat ; unde primum parentem nostrum Adamum per eum significatum fuisse putant (m), quia pudere nuditatis suæ lauerit coram DOMINO (n): alii Noachum per eum adumbratum putant, quia ille diuin Arca laturt. Hinc ctiam in nummis Romanorum navis (qua fcilicet in Italiam advectus dicebatur) & Janus bifrons conspicitur (0). A Jano in regni focietatem adfcitus homines agrestes adcultum humaniorem traduxit; unde fub eo aurea atas fuiffe perhibebatur (p). Pingebasur Saturnus ut senex decrepitus, quia nihil est tempore antiquius (4); falcem manu tenens, quia tem-pus omnia defecat; vel etiam aliquando anguema: caudam fibi mordentem; qua re fignificabatur tempus se ipsum quasi consumere; aliquando denique infantem devorans, qua re etiam sempus edaz-rerum denotabatur (r). In tempto Saturni Romæ erat Ærarium (s), in quo præter pecuniam DU-

⁽h) Varro de L.L. IV. 10. * (Cic. 11, Nat. D. 25. fimal

⁽h) Varro de L.L. IV. 10. * (Cic. 11. Nat. D. 25. ftm 18 Saturnum dictum air, quod faturetur annis.)
(i) Macr. Sat. I. 8.
(k) Vid. Apollodor. Biblioth. 18.
(l) Ovid. Faft. I. 217. Virg. En. VIII. 319.
(m) Fr. Jimius. not. ad Tertuli. de fpeff. 8. Voff. Idol. II. 18.
(n) Genef. III. 19.
(o) Ovid. Faft. I. 130. Lafiant. de faif. rol. 1. 13.
(p) Virg. En. VIII. 324. Ovid. Metam. 1. 29. fegg.
Tibuli. I. II. 35.
(q) Ovid. Faft. I. 234.
(r) Id. Metam. XV. 234.
(e) Suer. Glaud. 24.

^(.) Suer, Claude 24.

publicam, etiam monumenta publica, & figna: militaria adfervabantur, quia nempe regnante Sa-turno inviolata fides & justitia obtinuisse credebatur (1). Festum Saturnalia dictum in eius bonorem celebrabatur mense Decembri (u) per quin. que, vel septem dies (varie enim traditur) ma-nima lætitia, conviviis agitandis, muneribus pasfim mittendis, & feriis agendis (x): imo omnis civitas feriata publico edicto conferre se in montem Aventinum, ac rusticari quodammodo solita fuit (*). Tum quoque fervis, ut cum do-minis luderent, & jocarentur, concedebatur (y). iffque ad mensam accumbentibus domini ministrabant (z); ut ita aurea ætas fignificaretur, qua: omnes homines ejusdem conditionis fuerunt. Gladiatores quoque in eius honorem depugnabant. quia Saturnus fanguine humano placari credebatur; fævus enim & terrestris deus fuit habitus (a); imo olim humanæ victimæ ei immolabantur (b): quod apud Italos primum abolevit Hercules hominum simulacris stramineis substitutis. quæ A'pyei'ss vocabant (c). Sacra ei fiebant capite aperto secus ac reliquis Diis (d): nempe. quia tempus omnia aperit (e).

S. XVI. De Rhea.

Rhea, qua (ne cum Vesta confundatur) tellus babitata fignificatur, Coeli filia, Saturni uxor & soror suit. Hæc etiam Ops dicta est , quia terræ munera opem omnibus ferunt (g), (fed diffentit Varro de L. L. IV. c. 10.) & festum ejus Opalia

⁽t) Plus. Quaft. R. p. ve. 175. five num. 416 (u) Munumins vetus poeta apud Macrob. Litur. I. 10. (x) Accius apud Prifeiau. V. (de origine Saturnalium differitur in Hifor. Acad. Litt. Patif. T. 1. p. 78. (eqq.) (x) Porcius Larro declam. in Cutil. 17. p. 158. ed. l. Wasse. Senec. ep. 18.

Wasse. Sense. ep. 18.
(y) Horse. Serm. II. VII. 4..
(z) Auson. de feriis Rom. 16.
(a) Plus: Quast. R. II. stue p. m. 266. 69 34. stue p. 272. Auson. d : V. 35.
(b) Ovid. Fast. V. 6277.
(c) Fest. V. Argeos. (latius exequitur in V. Sezago. maries.)
(d) Macreb. Sac. II. 10. Serv. Acn. III. 407.,
(c) Plus. Q. R. 11. stue p. m. 260.
(g) Vid. Past. V. Opis...

Ra (b). Magna mater (i), quia tellus tanquam mater omnia animantia nutrit; Mater Deorum (k), quia Saturni, a quo omnes fere Dii pro-geniti funt, uxor fuit: & inde etiam Domina (l) fæpe dicitur (m). Cibele (n), Berecynthia (o), (vel Berecyntia potius (p)) & Idea mater vocabatur (4) a montibus Phrygia, ubi præcipue colebatur : vel'etiam Cybele vocata fuit a cubo , quæ figura omnium maxime stabilis est, sicut inter elementa, que vulgo vocant, terra: imo Cy-bebe sepe dicitur: & ubicunque apud poetas Cybelle, aut Cibele media longa legitur rescribendum effe Cilebe voluit Gudius ad Phadr. L. III: F. 20. (r). Bello Punico H. monitu librorum Sibyllinorum Peffinunte in Afia, ubi sub forma lapidis colebatur, Romam arcessita suit (1). Pin. gebatur Rhea, five Cybele matronali habitu co-ronam (turritum gestans, quia tellus urbes cum fuis *) surribus fuitinet ; clavem tenens, quia hyeme velut clausa tellus vere recludicur; currui insidens a leonibus tracto (1), quia materna benignitate omnia, etiam ferocissima, mitescunt; veste picta induitur ob flores & animalia, quibus terra quasi est vestita. Festum erus Megalesia di. Qum celebrabatur mense Aprili ludis præcipue scenicis. Ejus facra peragebantur a facerdotibus, qui Galli dicebantur a quodam Phrygiæ fluvio ita di-Ro (u); iffque præerat Archigaltus. Hi in furorem-acti (x) vaticinabantur, & se ipsos castrabant (v) ad imitationem Atyos cujufdam, quem cum Cybe-

⁽h) Varr. L. L. V. 3. Feß.
(i) Varro ap August de Civ. Dei VII. 24.
(k) Vire En VI 784.
(l) léidem III. 113.
(m) Casull Atrin: V. 13 & 91. Virg. En, III. 114.
(m) Casull Atrin: V. 13 & 91. Virg. En, III. 114.
(n) Strabo XII. p. 557.
(o) Virg En. VI. 784.
(p) Serv. ad En IX. 82.
(q) Lucyes. II 611.
(1) Vid & Grav. ad Lucian. T. 11. p. 895. Brouks.
(1) Vid & Grav. ad Lucian. T. 11. p. 895. Brouks.
(a) Liv. XXIX. 14. Ovid. Fast. IV. 247. fesq.
(b) Liv. XXIX. 14. Ovid. Fast. IV. 247. fesq.
(c) Liv. XXIX. 14. Ovid. Fast. 1V. 247. fesq.
(d) Ovid ib. 215.
(u) léids 361.
(x) Lucan. 11. 561.
(y) Juven. VI. 513. Ovid. in 15. 459.

Cybele adamaffet, eumque amore nymphæ San-garitidis irretitum inveniffet, in furorem egerat, ita ut ipse sibi genitalia ferro demeteret. In eius facris tympana & cymbala adhibebantur, quia Rhea his inftrumentis adhibitis Saturnum prohibuerat, ne Jovis vagitum, dum eum pareret, exaudire posset (2). Immolabatur ei bos (a), vel porca fata (b), ut terra fecunditas fignificaretur. Arbor vero ci sacra erat pinus, in quam augue Atyn mutatum fuiffe fabulabantur (c).

S. XVII. De Genio . Penatibus & Laribus .

Genius dicebatur Nature Deus, qui omnium rerum gignendarum vim habebat. Distus est ab antiquo verbo geno (qua voce utitur aliquando Lucrerius, ut, exempli gratia, l. 1. vers. 130.) pro gigno; vel, quia curat ut gignamur; vel, quia nos genitos suscipit, ac tuetur (d): credebant enim veteres unicuique homini (e), & etiam loco (f) fuum adesse Genium; cujus muaus effet hominem istum, vel locum affidue tuevi, eique præsidere: unde ab Apulejo (g) dicitur fingularis prafectus, domesticus speculator, individuus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, &c. * Et hinc phrases funt orte, defraudare Genium suum, hoc est, negare nature, quod appetit (b); cui contrarium est, indulgere genio (i). Cum igitur aliquem enixe obtestari vellent, per genium ejus orabant (k). Sic etiam quisque jurabat per Cenium suum, servi per Genium beri omnes autem Rom.post perditam libertatem per Genium principis; fustuarii pœna (1) in peje-

⁽z) Id. Faß IV. 207.
(a) Ibid. 630. fegg. (at vers. 336. Cibela ait Roma fine labe juvengam. matlatam, operum conjugiique rodem: nifi id inonoi Claudia virginis, tributum fuir. Ceterum de Taurspolio v. Memot. Acad. Litt. Paris. T. IV. vel verius, p.

polio v. Memote Acad. Litt. Patil. I.- 14., vci. vciius., p. 111. (eqq.)

(b) Horas. Epiß. II. 1. 141. (c) Ovid. Mesam. X. 104. (d) V. Cenforin. de die nesali c. 3. Feß. V. Genjum. (e) Affor. XII. 11. Horas. Epiß. II. 2. 187. (f) Virg. Rn. VII. 135. Menand. p. 160. v. 548.ed. Cl. Clericia. (g) De Deo Socratis. (*) (Cenfor. de N. D. C. 3. Eundem, inquit. effe Genium & Larem, multi veteres memoriæ pros. Ajderums. V. ibi Lindenbr. & nos in Synonymis.)

(h) Terent. Phor. I. 5. 1. (i) Perfus S. V. 151. (k) Horas. Epiß. I. VII. 94. (l.) L. 13. S. ult., ff. de jureje.)

peierantes constituta : mulieres vero & ancillæ per Junonem suam (m), vel Genium bera sua (n) jurabant. Plerique autem duos Genios, alterum bonum (o), alterum malum hominibus adeffe credebant (p); quorum ille homines ad bonum, hic ad malum impelleret: & hi funt, qui in monumentis sepulchrorum Dii Manes vocantur (4). Colebatur sepe Genius sub forma ferpentis (7); & aliquando juvenili, aliquando rurfus fenili forma effingebatur. Sacra ei fiebant natali potifimum cujusque die (1, floribus & vino (s), & unguentis (u), & thure (x), quia incongruum videbatur eum fanguine placare, qui vitæ auctor erat: aliquando tamen etiam porcum ei immolabant (y), nis hic ad convivium potius suerit. Græci Δαίμονα bonum Genium vocant: & ita in conviviis ultimum poculum, quod in eius honorem sumebatur, dicebatur A'yase Saimoros (z).

Geniis affines fuerunt Penates & Lares: ita enim dicebantur Dii, qui præ aliis eligebantur pro lubitu, vel ex Diis magnis, vel ex Majoribus defunctis (a), vel ex aliis Heroibus (b), (quemadmodum Alexander Teverus Imperator etiam Abrahamum, Christum, & Orpheum in larario suo coluiffe legitur) ut uni alicui regioni, urbi, (unde TONIS XOL Stol (6) Græcis dicuntur) aut familiæ præeffent. Dicti funt Penatos (d), quia in penitissima five intima adium parte, ubi penus adservabatur, colebantur; unde etiam penetrales (e) fuerunt dicti . & facraria eorum penetralia (f).

⁽m) Petron. 25. Tibull. IV. XIII. v. 15.
(a) Juven. II. 98. (a) Serv. ad Virg. Æn. VI. 747.
(p) V. Plutarch. Brato p. m. 1000.
(q) V. Sand. Minarv. p. m. 61r. & ibi Cl. Perizon.
(t) Virg. Æn. V. 95.
(s) Perf. Sat. II. 1.
(t) Horas. Epif. II. 1. 144.
(a) Tibull. II. 2. v. 5.
(z) Vid. Alian. V. H. 1. 20. (& Ritus Conviv. Albematicing)

Sobeling)
(a) Serv ad Æn. VI. V. 152(b) Vid. Lamprid. Alex. Sev. 29.
(c) Poll Onom. I. 1. 24.
(d) Cio. de N. D. II. 27.
(e) Senec. Theb. 450.

(f): Lares vero dicuntur ab Etrusca voce Lar r quæ Principem (g), five Presidem, τον προς άτην, notat: inter quos & Penates hæc differentia fuis-fe videtur, quod Lares proprie dicuntur, qui uni alicui familiæ (b), Penates, qui urbi cuidam-vel Reipublicæ præfunt; (qui etiam Publici vocantur, & Romæ in Capitolio colebantur (i)) licet fæpe hæ vocæs confundantur (*). Erant autem Lares hæreditarii familiis, unde patrii dicuntur Virgilio (k); Gracis vero Seel marpael, Peredicio, κτήσιοι, μυχιοι, έρχιοι (1): & quifque domi suæ in larario (22), vel ædicula quadam facra (n), parvas corum imagunculas habe-bat cereas (o), canina pelle vestitas, & canem juxta se habentes (p), qui adium custos habetur. Ante eas imagines ignem perpetuum alebant; & quia in arriis ædium fere erant locatæ, ipla atria inde denominari potuerunt (4), quod ex-fumo etra fierent; & majorum imagines, quæ in atriis servabantur, fumosæ inde disæ videntur apud Juvenalem VIII. vers. 8. Hasce imagines slo-ribus & serris exornabant (r), quæ diebus se-stis renovabantur (s). Et quisque quidem in-ædibus suis talia sacraria habébat (r), ubi sacra. hæreditaria colebant: fed maxime tamen proceres, quemadmodum fimile quid hodie apud Pon. tificios obtinet (u). Offerebant laribus frugum primitias, & porcum iis immolabant (x). Peregre autem abeuntes, vel inde redeuntes Deos-Penates falutabant (y). Compita etiam I aribuserant facra; & in eorum honorem festum Compitalia distum celebrabatur (z). Denique Penaes & Lares, qui edibus præfunt, sæpe pro ipsis

⁽f) Feß. bae V. (g) Vid. Liv. IV. 9. II. 17: (h) Juven. XII. 29. (i) Liv. III. 17. (*) V. (Synon. noftra.) (k) Æn. IV. 509. (l) Dion. Halic. 1, 67. (n) Lamprid. d. i. (n) Low. VIII. V. 110. (o) Juv. XII. 29. (o) Diod. Paß. V. 137. feg. (g) Idd. Orig. XV. 3. (f) Plaut. Autul. Prol. 24. & II. VIII. 15. (5) Juv. d. II. V. Cic Verr. VI. 24. & III. VIII. 15. (5) Juv. d. II. 10?. ed. CI Euryn. (u) V. Cic. Fam. XIII. 2. & ibi Mannt. (1) V. Cic. Fam. XIII. 2. & ibi Mannt. (2) Horat. Od. III. XXIII. 2. (r) Terent. Phorms. II. 1. 81. Plaut. Merc. A. V. II. v 14. (5) Ovid. Faß. V. 149a.

edibus ponuntur (a); & etiam Lar fingulari numero pro interiore parte domus (b). Mater Larium dicebatur Lara, vel Larunda (c): vel etiam Mania: nist hac forte eorum avia suit (d).

6.XVIII. De Plutone, & Proserpina, five Hecate.

Quæ de inferis narrantur, fapientiores veterum pro fabulis habuere (e); licet tamen anima immortalitatem minime negarent. Verumtamen nobis ea paucis explicanda veniunt. Pluto itaque inferorum Deus, Saturni eriam filius, dictus est ຂໍກປ່າຮັກ ກະຮາຮ, hoc est, a diviriis, quia diviria in inferioribus terræ partibus latent, unde Latinis etiam Dis dicitur (f). Orcus etiam dictus est ab urgendo (g), quia omnes ad mortem urget : vel potius ab Hebraica (Chaldza potius) voce MPIN, hoc eft, terra (b): licet vox Orcus pro ipsa baticatione defunctorum (i) sæpius sumatur. Saturni, ut dixi, & Opis filius fuit; & in fortitione universi inferos obtinuisse (k), ac plenum in defunctos imperium exercere credebatur: unde Jupiter infernus & Stygias dicitur (1) a Styge palude infernali : quemadmodum uxor ejus Proferpina Juno Profunda (m), & Infera. Jupiter etiam Magicus, ut quidam legum apud Virgilium in Ceiri verf. 374. Pingebatur Pluto folio infidens, torvo vultu (n), sceptro & corona ex ebeno insignis; clavem etiam habens, quia inferorum cu-Rodiam gerit (o). Victima ejus fuit taurus (p).

Plutonis ergo uxor Proferpina (q) Jovis & Cereris filia, quam ex Sicilia rapuisse dicitur : Ce.

⁽¹⁾ Virg. Æn. VIII.123. (Ovid.I.Trift.IV.\$1.& VIII.43.) (b) Ovid. Faft. I. 136. (vid. Pignor. de Serv. p. 431.) (c) Aufin. Technop. p. m. 480. Laffann. de fat. seit.120. (c) Varro de LL. VIII. 38. Faft. vel Paulux paiux, v. Miniac

niae.
(c) Horat. Surm. R. IV. 15. Cic. pro Cinout. 6v. & Tufe.
I. 5. fagg. (V. Hift. Acad. Litt. Parif. T. II.)
(f) Virg. An VI. 26c. Cic. de N. D. II. 26c
(g) Cic. in Verrent IV. 6c. Feft. V. Orent.
(h) Jarem. X. I. Voff. Etymol.
(i) Virg. An. VI. 2736,
(K) Juven. XIII. 496.
(I) Sen. Here. Fur. 47 Virg. An. VI. 122.
(II) Claud. de raps. Prof. 1. 2. Stat. 570v. II. L. 1470.
(g) Claud. d. I. 80. (o) Paufan. Eliac. pr. 20.
(p) Virg. An. VI. 252. (q) Juv. XIII. 50v.

reris tamen precibus effectum fuiffe fingunt, ut fer mensibus apud maritum in inferis, fex reliquis apud matrem in cælis degeret (r): qua re significabatur semen hyeme terra latens æstate prorumpere; per hanc enim Deam facunditatem zerra, vel forte ipsum femen (s) notabant. Esdem Libera est dicta (1) & Bacebo socia jungitur ap. Claudian. de rapt. Prof. L. I. v. 16. Hæc etiam in mortuos imperium habere ("), & morti proximos tondere credebatur, antequam mori pofient (x). Eadem etiam Hecate (y) dicitur, & tum sepe cum Diana & Luna consunditur (2); ac fingitur triplici capite, equiscilicet (a), canis. ac hominis; quia vim fuam tribus locis exerit, in cælo nempe, in terris, & apud inferos . Venefieus etiam præsse credebatur (6); quia Lunam in herbas, quibus veneficia exercebant, despumare (c), atque ita vim quandam magicam iis addere putabant. Trivii etiam præerat, & in iis colebatur (d); ac inde Trivia, Græcis (e) Τριδίτις, τρίμορφος, τριπρόσωπος, dicitur (f). Et Athenis in triviis ditiores certo tempore coenam Hecatæ apponebant a pauperibus diripiendam (g). Immolabatur ei vacca sterilis (b); vel etiam. canis (i); quia canum ululatu spectra, que immittere credebatur Hecate, sugari credebant.
(Quod triplex munus his versiculis ingeniose comprehenditur:

., Terret lustrat agit Proserpina Luna Dia-

" Ima fuprema feras sceptro fulgore sagit-" ta .)

Re-

⁽¹⁾ Ovid. Metam. V. 566. (8) Cic. de N. D. II. 28. (1) Cic. Verr. IV. 48. (Tac. Add. II. 40.) (1) Tibull. III. El. V. 5. Hor. Serm. II. v. ale. (2) Virg. Em. IV. 600. (7) Ibid. VI. 247. (2) Vid. Horas. Od. III. 22. (2) Virg. Em. IV. 512. (b) Horas. Serm. I. VIII. 33. (c) Lucan. VI. 505. (d) Vid. Virg. IV. 605. (c) Athen. VII. Deignes.

⁽a) Yin. viis. (b) Caroll. carm. 35. (c) Arifleph. Plut. V. 594. fegg. & ibi Schol. (d) Virg. En. VI. 251. (d) Virg. En. VI. 251.

Reliqua inferorum numina, quod non ita multum ad inflitutum nostrum faciunt, filentio transibimus: nisi quod paucis verbis de Parcis & Fu-

eiis monendum est.

Parca juxta plurimos, & magni quidem nominis grammaticos veteres, ita dica funt xar αντίφρασιν , quod nemini parcant (k): fed cum ea sit merum inscitiæ asylum, verius cum Vossio & Jul. Cef. Scaligero (1) dicas a parcendo effe. dictas, quia parcant; una enim tantum dicitur filum vitæ incidere; duæ vero, altera vitam dare, altera vitam continuare: nisi a partiendo diclas velis, quod sortem hominibus partiantur quemadmodum Græcis acro vi meiper Moipes dicuntur. Fuerunt autem tres forores, Jovis & Themidis (m), vel etiam folius Noctis (n) filiæ: Clotho dicta a verbo xx 630, neo; quia stamen ducit, eaque homines in vitam vocare credebatur: Lachesis a λαγχάνω (0), forsior; quia humanæ vie fortem præfinit : & Atropos dicta a verbo mosma, verso, & ab a privativo; quod scilicet verti, five fecti nequiret, eaque filum incidere dicebatur.

Fusie, sive Dire itidem tres suere, Eumenides etiam & Erinnyes dista. Nomina earum suerunt Alesto, Tisiphone, & Megara. Iisque nihil aliud significabatur, quam impios sceleratosque continuis & surdis conscientia stagellis cædi (p); quemadamodum elegantissime id deducit Cicero pro Roscio Amerino c. 2. (De Parcis ac Furiis differitur in Memor. Ac. Litt. Par. T. VII. p. 21. & 51.)

S. XIX. De Baccho, ejusque comitibus.

Bacchus, five Liber, vini Deus, Jovis & Semeles filius, fed miro modo natus, ut apud Mythographos late videri potest (q). Dicitur ab Hebræo

⁽K) Ifider. VIII. 18. (1) Poetic. III. 90.

⁽m) Hefod. \$107. 904.

⁽a) Ibid. 217. (o): hor. 2. ελαχον.

(p) Juv. XIII. 195. (Baccho Mojen expressum autumnt stuctius & Dacceius; at Neurona in Chional-Sofostina. De mureicibus Bacchi lege Hist. Acad. List. Varif. T. Ill. 1952.)

(2) Vid., Ovid. Metam. III. 510.

brzo verbo Bacchab, quod ejulare notat : quia illud in facris ejus usitatum erat . Bochartus (r) vero dictum fuisse vult quasi Bar-Chus, hoc est, Chusi flius; unde eundem Nimrothum suisse putat (s). Liber autem, & Liber Pater Latinis dicitur (t), quia vinum homines curis liberat u): vel nat' egolin Jovis Liber, hoc est, filius: vel denique melius a Gr. Asiße, libo, fillo (x). Diony sius dicitur a Aids, hoc est, Jovis (subaudi filius (y)) & Nysa insula, in qua educatus dici-tur. Lenaus (z), από τω ληνών, quod corcularia scilicet vino ex uvis exprimendo invenisset (a). Pingebatur Bacchus fere puer, quia vinum' immodice sumptum sapientiam hominibus ausert; vel etiam adolescens comatus (b), formosus & nudus, quæ omnia vini naturam notant: cornutus etiam plerumque fingitur, quia vinum homines ad audaciam impellit (c), cujus fymbolum funt cornua (*): vel, quia prisci mortales cornibus boum bibebant (d): bedera coronabatur, quia ea planta ebrietatem arcere credebatur: zbyrsum manu gestat, hoc est bastam bedera(f), vel pampinis circumvolutam; quam gravem vocat Horatius (g), quia magnam potestatem ea exercere credebatur; quemadmodum etiam dicebant, euna universum Orientem domuisse (h): & hinc thyrsus aptissima translatione pro quovis simulo, vel impeiu ponitur (i). Currus ejus a tigribus (k). aliquando vero a leonibus, vel lyncibus trahebatur; vel, quia vinum ferocissimos quosque domat (1); yel, quia homines feroces reddit.

Co-

⁽t) Phaleg. I. 2. (s) Vid. Ampliss.; Vander Muelen de die mundi Diss. (6) Vid. Ampliss. Wander Musien as use manur was II. p. 526.
(1) Macrob. Saturn. I. 15.
(2) Heres. Od. II. 11. 17. & Epist. I. 5. 16.
(2) V. Cl. Perizon. ad Santl. Min. p. 156.
(3) V. Cl. Perizon. ad Santl. Min. p. 156.
(4) Lucian. in Deor. Dial. (2) Tibull. III. 6, V. 38.
(5) Serv. ad Virg. Georg. II. 4. & clarius ad Æn. IV. 214.
(b) Tibull. I. IV. 17. Senec. Œd. 404. & Hippel. I. 751.
(c) Ovid. Art. Am. I. 139. Heres. Od. III. 21. 15. seqq.
(d) Vid. Vos. 48 Idel. III. 71. (c) Ovid. Fast. Ul. 757.
(e) Vid. Vos. 48 Idel. III. 71. (c) Ovid. Fast. Ul. 757.
(f) Id. Meram. III. 667. (5) Od. II. 19. 8.
(h) Ovid. Fast. III. 720. (i) Lucier. I. 911.
(k) Hor. Od. III. 32. 23. (i) Hor. Od. III. 191.

Comites Bacchi erant Nymphe, Satyri (m) & Silenus (n), qui ejus præceptor fuisse dicebatur : tum mulieres ebriæ & furentes, quæ Baccbæ (0), & Mænades ἀπο τε μαίνεσθαι, hoc est a furendo dicuntur : ut etiam Thyades (p) , a Sus , impesu feror, ruo. Sacra ejus Baccbanalia , que etiam Dionyfia & Orgia vocantur , Roma olim omni genere turpitudinis funt celebrata (q'; donec A. U. 567. ex Senatus consulto prohibita sunt (r). Orgia etiam dica funt and rus oppns (s), a furore: licet ea von pro quibufvis (20pe sacris (t), arcanis certe, ponatur : ut pro sacris Musarum (u), pro sacris Cereis (x), pro sacris Cybeles (y). Festum autem Bacchi legitimum Liberalia dictum est, quo ei liba ex melle offerebantur; quia etiam mellis inventor habitus fuit (z). Immolabatur ei hircus, vel caper: quod animal vitibus nocere solet (a).

De Priano.

Bacchi & Veneris filius erat Priapus (b), hoptorum custos, ingenti virili membro infignis (c); quo forte impudentia, quæ ex ebrietate & illegitimæ Veneris usu consequi solet, denotatur-Statuæ cjus vertici etiam arundo ad terrendas voucres addebatur (d).

S. XX. De Sole .

Sol idem quidem est qui Apollo, & propterea pleraque ad eum pertinentia, ubi de Apolline agebamus, dicta funt; fed in theologia tamen gentili distinguuntur *: cum enim inter selectos Deos

⁽m) Id. d. l. (n) Sen. Od. 429. (o) Horat. Od. III. 25. 15. (p) Horat. Od. II. XIX. v. 8.

⁽⁹⁾ Juven II. 3.
(1) Vid onen Liv. XXXX. 8. fegg.
(5) Serv. ed Vire. En. IV. 309.
(1) Vid. Juven II. 01,
(u) Arifoph & Rappay. 355.

⁽b) Aripupo & Eurouy. 355.
(z) Herod v. 61. (y) Strobo XVII.
(z) Ovid. Paft. III. 355.
(a) Herae Od. II.8. Ovid. Met. XV. V. 114. & Foft. T. 0.35%.
(b) Tobull. I. IV. 7.c. (c., Horge. Serm. I. VIII. init.
(d) Ibid. v. 4

(Sic ap. Lucian. T.I. 155. Mercurius mattat Apolliai,
Solem Veneris sunum Yulcapo ingicase.)

Deos refertur, Sol dicitur suisse filius Hyperionis (e) fratris Saturni & Tbiæ (f); vel junta Homerum Hyperionis & Euriphæsse (g): & ipsæ etiam interdum Hyperion dicitur (b). Hujus & Teaphyos filia credita suit Aurora (i); unde etiam Hyperionis dicitur (k), quia scilicet Solem præcedens quasi ex eo nascitur. Pingebatur Sol juvenili forma, capite radiis cincto, currui insidens a quatuor equis vosucribus tracto (l). Immolabatur ei equus ob celeritatem (m); quod tamen an apud Romanos obtinuerit, dubito: apud Lacones certe sactum (n), & apud Æibiopas ob velocitatem quadrigæ albæ ei sunt oblatæ (o).

§. XXI. De Luna,

Luna quoque eadem quidem eft, quæ Diana (p), five Proferpina: cum vero inter Selectos Deos numeratur, Hyperionis filia, Solis foror dicitur (q). Veterum autem fuperfitito credebat eam, cum deficit, incantationibus magicis affligi: ideoque pelvibus æneis, aliifque rebus magnum fonum excitabant (r), ne eas audire poffet: eamque fuperfititionem apud varias Orientis gentes obtinere hodierni itinerariorum scriptores testantur*. Ejus currus a duobus dumtaxat equis trahebatur (r). In Palatino monte templum habuit Luna, ubi nomine Nostiluca (r) colebatur; & item alterum in Aventino (u).

H

DE

⁽c) Claudian. de rape. Prof. II. 44.

(f) Hefted. Stop., 37I.
(g) Homer. bynam. in Solem. (h) Owid. Faft. V. 381.
(l) Hefted. i. d. (k) Owid. Faft. V. 130.
(l) Id. Met. II. 152. (m) Id. d. Fafter. i.
(a) Paufan. Lacoh. 20.
(b) Heitod. Aeth. L. X.
(p) Vid. Vay. de L.L. IV. ro.
(q) Claud. d. i. V. 45.
(I) Juven. VI. 442. Plin. H. N. II. 120

(a) Mawi... Aftron. V. 3.
(b) Vid. Horar. Od. IV. VI. 38.
(c) Vid. Horar. Od. IV. VI. 38.
(d) Owid. Faft. III. 84.

DE DIIS MINORUM GENTIUM.

6. XXII. De Diis minorum gentium.


Dii Minerum Gentium (x) fuerunt Indigetes Semones . Virtutes & Affectiones animi & fimilia : quibus subjungemus Deos quosdam Peregrinos Romæ cultos.

Dii Indigetes (Gr. παρέγγραπτοι (γ), quasi adscriptitios dicas) sunt, qui propter merita & virtutem in Deos sunt relati (2); & Heroes etiam dicuntur. Indigetes autem funt dieti, quod in Diis (a), five inter Deos agerent; vel potius ab indigetando, hoc est, invocando (b). Ex his celebriores tantum recenfebimus; Quirenum scilicet , Herculem , Caftorem & Pollucem & Aneam .

6. XXIII. De Quirino .

Quirinus distus fuit Romulus, Urbis Romæ conditor, postquam inter Deos relatus effet (c); vel 2 Curibus Sabinorum oppido; unde omnes Romani Quirites funt dieti, postquam Sabini in civitatem recepti funt ; vel a voce Curis, quæ Sabinis hastam notabat, quia magnus bellator suerat Romulus, & quod hasta olim præcipuum quidem telum, quo in bello utebantur, fuit. Hic cum asperius regnaret, concionem ad populum ha-bens, cum subito ingens tempestas exorta effet, a Senatoribus dicitur discerptus (d); qui deinde, ut cædis invidiam a fe amolirentur, Proculum quendam subornarunt, qui juraret fe Romulum in cælum euntem vidisse, eumque justisse, ut si-bi divini honores sierent (). Hinc templum ei exstructum est, & sacerdos ei proprius con-

⁽x) Vid. Ovid. in 15 in 79.
(y) Lucian. Jove Trag. p. 140. ed. Grav.
(z) Horat. Od. III. 1. 4. Cie. de L. 11. 8.
(a) Serv. ad Virg. Æm. XII. 794.
(b) Macrob. Satur. I. 17.
(c) Ovid. Fafi. II. 475. Segg.
(d) Ffor. I. 1.
(c) Liv. I. 16.



Ritutus . qui Flamen Quirinalis est dietus . Feflum autem, quod mense Februario in ejus honorem celebrabatur (f), dicebatur Quirinalia. Uxor Romuli Hersilia etiam in Deos relata, & Hera dieta eft (g) .

6. XXIV. De Hercule .

Hercules Jovis in Amphitryonem mutati, & Alcmene (b) Thebane uxoris Amphitryonis filius, Eurysheo Mycenarum Regi propter odium no. vercæ suæ Junonis servive coastus est; & duodecim labores (five erunn as (i), ut proprie vocant) ab eo impositos e antiasse dicitur (k): quanquam etiam plura alia egregia facinora perpetraverit; fed que eo nomine erumnarum non comprehenduntur, quia non fuerunt illi ab Eu-rystheo imposta. Fuit autem Hercules revera vir aliquis fortissimus, vel potius suerunt viri hoc momine plures (1); sed Graci suo more omnium illorum res gestas uni suo Herculi Thebano ad. scripserunt . * Pingitur ergo tanquam vir robuflus, clavam dextra manu gerens, & indutus exuvias leonis, quem interfecerat, Nemei . Ro. mæ variis cognominibus cultus est, & inter alia nomine Herculis Musagesis, five Herculis Musarum (m), hoc est, Musarum ducis; quia fortitudo Muss, sive doctrinæ studiis, quietem præstat; vel, ut verius loquamur, præstare oporteret : inter arma enim fere silent Musæ . Sancus etiam, vel Sancius (n), & Sancius pater proprio quodam nomine Romanis, vel Sabinis (o) est di-Aus : atque idem etiam Dius Fidius diffus videtur. tan-

⁽f) Ovid. & l. (g) Id. Mee. XIV. verf. ule.

^{(5) 1}a. Mer. Alv. verj. uir.
(h) Vid. Plaus. Amphire.
(i) Cie. de Fim. II. extr.
(K) Aufon. Eidyi.XIX. erlam Lucres.V. 21. Martial.IX.107.
(I) Tacis. de mor. Germ. 34. Cic. N.D. III. 15. feqq. Serv.
ad En VIII. 564.

* Plulima SAMSONIS facta in Herevlem translata fuiffe,

eleganter probat Mr. de Laveur dans la Conference de la Fa.

⁽ID) Suet. Aug. 29. Vid. Vaillant. de fam. R. G. Pom-

⁽n) Prepert. IV. 10. 70. Cie. pre Sext. 68.

tanquam re Aids, hoc eft, Jovis Filium dicae (p): D enim & L litteræ apud veteres sæpe permutantur (q). The sauris quoque præerat (r); unde, qui divites sieri cupiebant, decimam (s) bonorum fuorum partem (*) Herculi confecrabant , quod dicebant pallucere (u); & epulum, quod hujus decimationis caussa populo dabatur (x), dicebatur pollucium; unde etiam pollucibilis (v) cena pro opipara ponitur (z). Ejus facris interesse mulieribus non licebat, quod olim Herculi sitienti aquam negassent (a). Peragebantur ea facra (quæ aperto capite fiebant (b)) a propriis Herculis facerdotibus, Posinis nempe & Pinariis, quæ duæ nobiles Romæ gentes erant, quarum progenitores ipse Hercules sacra sua docuisse dicebatur (c): postea vero A. U. 441. extineta gente Potitiorum (d) (a qua ipse Deus manifestam pænam exegisse credebatur, hæc facra ad humite fervorum ministerium trans-tulissent) ea facra a Pinariis tantum, & a servis publicis, qui in locum Potitiorum substituti fuerant, peracta funt. Arbor Herculi facra fuit Populus (e).

6. XXV. Caftor & Pollux.

Caffor & Pollux, five Aioxxepot, hocest, fovis flii, inter alios etiam Romæ culti funt. Hi, ut plures auctores funt, ex Jove in cygnum mutato, & leda Tyndari Spartanorum Regis (f) uxore fuerunt progeniti; alii vero Poltucem & Helenam, quæ Meneloi (hic etiam Spartæ Rex fuit) uxor erat Jovis; Castorem vero & Clytemneftram , quæ Agamemnoni Mycenarum Regi nupht. Tyndari liberos fuiffe volunt : certe 0ebalii

⁽p) Fest. V. Medius Fldius. Varr de L. L. IV. 10.
(q) V. Vossium de permust. strerar.
(r) Morar. Sorm. II. VI. 12. Poss. II. V. 12.
(s) L. 2. 5. 2. f. de policisas.
(t) Plaus. Bacch. IV IV. 15.
(q) Locus motand. ap. Cic. de off. sI. 17. d. s. 2. 5. 2. f.

de politicis. (c) Virg. Ect. VII. 62. (2) Macrob. Saturn. III. 17. (2) Plaus. Rus. VIII. 63. (2) Macrob. ISI. 6. (2) Virg. Aco.VIII. 269. (4) Liv. IX. 29. Val. Mak. I.i. 17. (6) Virg. Ect. VII. 62. (f) Horas. Od. 1, X.1. 25.

balii dicuntur (g); & Therapnai (h) a locis Laconiæ, cujus regionis caput fuit Sparta. Cum autem Caftor mortuus effet, Pollux divino femine natus immortalitatem fuam cum eo partitus fuisse dicitur (1); ita ut alternis semestribus. vel, ut alii, diebus (k) apud inferos agerent: quod ideo fictum est, quia in fidus Geminorum translati effe dicebantur, quorum dum alter oritur, alter occidit. Eorum udera conjuncta nautis periclitantibus saluteni adferre putabant (1); unde Græcis outines funt dicti (m); si vero unica tantum stella appareret, exitium portendi credebant (n); unde sepe naves ab iis denomina-bantur (e). Hinc plerumque pinguntur stellam in Pileis (quos Laconum more gestant (p), licet alii dicant eos pileos repræsentasse dimidiam partem ovi, ex quo nati finguntur, (q) habentes, equis albis infidentes; quia fape in praliis ita conspecti dicebantur (r). Castor equis. Pollux maxime pugilatu nobilis fuisse dicitur (s). Romæ eis templum primus exstruxit (malim vovit) Postumius Dictator (1) A. U. 257. cum crederentur bello Latino pro Romanis pugnasse: & licet illud amborum effet , tamen Caftoris folius dicebatur (u); unde jociz Bibuli, quando Ædihis cum Cæfare illum folum communium ad ludos impensarum gratiam apud Populum capere videret, dicerrtis: fibi idem evenisse, qued Polluci.Us enim geminis frattibus ædes in foro constituta tantum Castovis vocaretur: ita suam Casarisque munificentiam. unius Cesaris dici (x). Imo ambo allorando Cassores н funt

.

⁽g) Sat Sylv. III. II. 10.
(h) Id. Theb. ViI. 791.
(k) Luciam Deov. Diel. ult.
(l) Herat. Od. I. 12. 27.
(v) Id. I. Trait.
(m) Acliam. Var. Hift. 1. 30.
(m) Acliam. Var. Hift. 1. 30.
(n) Sense. Quaft. Not. 1. Plin. H. N. II. 37.
(o) D. Lucas After. XXVIII. II.
(p) Vid. Mesurf. Mifc. Luc. 1. 17. Cacull. carm. ad Comb. five. 13.
(q) Texpres ad Lycophr. 506.
(i) Flor I II. Fal. Mas. I. 8. 1.
(s) Horat. Serm. III. I. 36.

⁽s) Horat. Serme, II. I. 26.

⁽t) Liv. Il. 20. 42.

⁽a) Juv. XIV. 260. (3) Suet. Jul. 10.

174 Seet. IV. Cap. I. S. 26. 6 27. unt disti, 76 Kagross (y). Jurabant mulieres. Romanæ per Castorem, viri per Herculem, utrique per Pollucem (z).

6. XXVI. Eneas .

Sed huc vel præcipue referendus fuerat Æneast qui flumine Numicio merfus lin Indigetum (a) Deorum numerum receptus est : sed de quo pauca sequentibus temporum monumentis inveniuntur.

6. XXVII. Imperatores in Deos relati.

Ad Deos Indigetes etiam funt referendi Imperatores in Deos relati; quorum primus fuit Julius Cæfar (b); tum Augustus (c), & reliqui deinceps. omnes etiam Christiani ad Gratianum Imperatorem usque; quod ex veteribus Inscriptionibus. (Vid. On. Panvinium de Civitate Romana c. 28. edit. Cl. Gravii in Thefaure suo Tomo I.) manifestissimum est. Fiebat hæc anodiwais ingenti pompa, cum cadavera eorum cremarentur in Campo Martio, & tum statim Flamines (d), & Sodales (e) sive Sacerdotum collegia accipiebant: & etiam Flaminicas, five Sacerdotes faminas (f). Nec tantum ipsi Imperatores inter Deos. referebantur, fed etiam eorum uxores (g), forores (b), filiæ: &, quod magis mirandum eft, Hadriani Imperatoris amasium Antinoum. Græci Alexanarini turpissima adulatione consecrarunt (i). Imo vivis illis (k) divini honores aliquando funt exhibiti; ut Julio Cæfari (1), Augusto, Domitiano (m), &c.

⁽y) Scalig. ad Catull. carm. 4. (2) Gell. XI. 6. (Baffen de jurejur and.) (a) Ovid. Mer. XIV. 607. Tibull. II. v. 45. Dion. Hal. (a) Ovid. Mer. XIV. 607. Tibull. II. v. 45c. Dion. 2220.

(b) Suer. Jul. 6. 28c.
(c) Horar. Od. III. 3. 11c.
(d) Suer. Jul. 76c.
(e) Capirol. Anton. Pio in f.
(f) Grue. p. CCCXX. 15c.
(g) Capirol. bid. 6.
(g) Capirol. bid. 6.
(h) Suer. Cajo 24c.
(i) Spartian. Hadr. 14c.
(k) Horar. Epik III. I. 15. (l) Suer. Jul. 76.
(m) Martial. V. 2. (Tac. Ann. IV. 15. 37. 6. alibi.).

&c. In provinciis etiam magistratibus Romanis. alissque viris illustribus fana & aræ erestæ sunt ut jam supra Seel. 11. cap. 14. §. 4. innuimus; & sic postea Druso aras statutas (n), & ad ejus tumulum a Galliæ civitatibus supplicatum susse legimus (o). Signum consecrationis in nummis Imperatorum esse aquelam, vulgatum est; ut in nummis Augustarum pavonem (p). (Dignus qui videatur Fabricius in Bibliogr. Antiq. p. 268, seq.)

DE DIIS SEIMONIBUS.

Semones Die dieti funt, quasi femibomines; nam veteres bemonem pro bomine dicebant(q): erant enim Semones, quos nec calo adscriberent propter meritt paupertatem, nec terrenos deputare vellent pro gratie veneratione (r). Inter eos primum locum dabimus Diis rufticis, qui rura, quæque in iis, curabant .

S. XXVIII. De Pane.

Primum igitur hic recensebimus Panem (vel Pana) Arcaden, Pastorum (1) & pecoris Deum (1); qui Mercurii & Penelopes filius suit habitus (u). Hic juxta quosdam dietus est a Graco mar, hoc efft, universum: quia eum totius universi symbo-lum fuisse volunt; unde etiam Flamen Dialis, qui Jovis sacerdos proprius erat, ejus sacris interveniebat (x). Hinc pingitus superne humana specie ad calestium rerum pulchritudinem norandam; inferne forma belluina, ut terræ deformitas, & inæqualitas fignificetur: cornua habet ad radios Solis, & cornua Lunæ fignificanda; & quæ de his dici possent plura. Hic primus fistulam (v)

⁽n) Tacit Annal. II. y...
(o) Suct. Claud. t.
(p) Vid. Patin. num. Imp. ex med. ere p. 325, 537.
(s) Feß. V. Hemons. Vid. Enn. p. 232, ed. Neapy.
(t) Fulgent. de prifco Serm. II.
(s) Virg. Ecl. II. 33c
(t) Ovid. Faft. II. 271.
(n) Lucian. Pheor. dial. p. 220, ed. Grav.

⁽u) Lucian. Deor. dial. p. 219, ed. Grav. (z) Ovid. Faft. II. 282.

ex arundinibus in usum pastorum compegisse dicitur . Ab eo etiam Panici terrores funt dicti (-z), qui fine cauffa manifesta homines corripiunt (a): quia infe, cum Baccho e ercitus Dux effet, hostes vano timore sugasse sertur: & inde cornua ei tributa effe quidam volunt, quod primus aciei ordinem & cornua invenerit (b). Cultus ejus antiquiffimus fuit (c), & ipfe apud Arcades Deorum antiquissimus : unde sæpe Arcadie Deur, ut etiam-Lyceus & Tegeeus a quibusdam Arcadiæ locis dicitur (d). Est autem ejus cultus ab Evandro Arcade in Italiam allatus (e): & ipfe postea Inuus (f), ob falacitatem scilicet, ab ineundo passinz est dictus (g). Offerebant ei pastores in suis po-culis lac & mel. * Festum Pani Romæ celebrabatur mense Februario distunt Lupercalia, & sacerdotes ejus dicebantur Luperci; de quibus suo loco.

5. XXIX. De Fauno & Fauna, five Bong Dea.

Faunus a multis idem dicitur suisse, qui Pan: imo Turnebus Advers. XIII. c. 8. etiam hunc a Graco ma's distum censet. Ab aliis vero hi duo distinguentur. Dicus est, vel a fando; vel potius a Græco verbo van, vel van, quod idem notat : quia varicinia multa edidiffe credebatur (b). Pingebatur eadem fere forma ac Pan; & fimiliter in Venerem admodum pronus effe credebatur (i), at etiam totum hoc genus caprinum; quod ideo fictum est, quia generandi vim per hac numina fignificabant (k). Ei in lucis præcipua sacra fiebant agna, vel hœdo (1). Romæ præter alias ædem habuit in infula (m) Tiberina, ubi coleba-

⁽x) Diom. Halie. v. 16. Polgam. Strap. I. t.
(a) Vid. Ovid. Faß. II. 183.
(b) Polgam. I. 1. (c) Diom. Halic. I. 32.
(d) Vig. Ecl. X. 26. & Georg. I. 16.
(c) Ovid. Faß. II. 179.
(f) Liv. I. 5. (g) Virg. En. VI. 776.

* (V. Broukh. ad Tib. I. I. 14. & II. 5. 22.)
(h) Pid. Virg. En. VII. 31.
(i) Horat. Od. III. XVIII.
(K) Rusil. Numat. Itiner. I. 235.
(ii) Horat. Od. I. FV. 11.
(v) Quid. Faß. II. 193. Liv. XXXIII. 42.

tur nonis Decembribus (n); & Idibus Februariis Faunos etiam plurali numero (o) dixerunt numina quædam agrestia (p), quæ noctium ludibria, sive ephialten immittere credebantur (4): eosque Paniscos vocare videtur Cicero de Natura Deor. L. III. c. 17.

Uxorem habebat Faunus, que dicebatur Fatua (r), vel Fauna, cadem de caussa qua maritus cam appellationem fortita. Hanc plerique Bone Dee nomine a Romanis fuisse cultam volunt, cujus facra in loco fecreto (1), qui proprie opertum (1) dicebatur, fiebant a folis mulieribus; quia tanta pudicitia hæc Dea suisse dicebatur, ut post nu-ptias præter maritum virum nunquam conspexerit: & viri tanto studio ab his facris (u) arcebantur, ut picturas quoque viriles velarent (x): licet tamen plurima fiagitiose in iis facris fierent (y). Myseria ea sacra vocat Cicero (z): & Plutarchus yuvaineia: cui etiam Dea ท์ yuvaineia Sed dicitur (a). Narrant autem hanc Faunam a marito aliquando ebriam fuisse deprehensam, & virgis myrteis ad necem cæfam, postea vero ab eodem facti jam poenitente in Deos suisse relatam; ideoque in facris ejus amphora vini obtecta poni solebat; & mulieres vinum, quod ejus facris bibebant. non vinum, sed lac vocabant (6). Fiebant autem hæc facra in ædibus Pontificis Maximi (vel potius Prætoris; nam Cæsar, in cujus ædibus ea ce. lebrata legimus, & Prætor erat, & Pontifex Maximus) pro toto populo (c); unde publica (d) vdcantur, & ipfum facrificium Damium (e) dicitur a Greco Simos, five Dorica dialecto Samos, hoc est populus.

H 4

S. XXX.

⁽n) Horat. Od. III. XVIII. 10. (o) Virg Georg. I. to. (p) Ovid. Metant. VI. 192. (g) Plin. H. N. XXV. 4. (i) Jufin. XLIII. 1. (a) Vid. Juven. VI. 118. (u) Cic. de Harufp. 12fp. 5. & 17. Sues. Jul. 6. Tibult. 1. E! VI. 22.

nt Vt. 22.
(3) Juven. Vt. 340. Sense, Epift. 97.
(3) Juven. Vt. 3t4. (2) Ad Ast. V. 2t. f. Vt. t. f.
(2) Plus. Cie p. m. 370.
(3) Plus. Queft R. 220. f. p. 268. Massob. Sosurn. I. vz.
(c) Juven. IX. 117.
(d) Id. Vt. 335.
(e) Feft. in an unco.

6. XXX. De Sylvano ..

Sylvanus etiam sæpe cum Fauno vel Pane confunditur, & eodem fere modo, fed fenior ple-rumque (f), pingitur; Pater enim dicitur (g): nam per omnes hos Deos (ut iam de Pane diximus) naturam univers , vel materiam primam adumbrare voluerunt; unde etiam hic deus Sylvanus a Græco van hoc est, materia præposito sibilo, est dictus. Erat certe etiam ruris Deus (b), ac finium custos (i); & a pastoribus laste placabatur (k), vel etiam porco (l). Admodum quoque libidinosus dicebatur, & matronarum se-Aator (m). Erat autem Sylvanus Genius virorum, ut Juno feminarum; ita in lapidibus legitur Sylvanus Augusti (n): & ideo soli viri ei faciebant (o).

6. XXXI. De Vortumno & Pomona.

Vortumnus, five Vertumnus a vortendo, five vertendo dictus est, quia in omnes formas se verzere posse credebatur (p); qua re frequentem mutationem, quæ in fructibus, dum maturescunt, evenit, notari puto: tum etiam hominum mentes in rebus emundis vendundisque vertere eum posse credebant; unde Vortumnis natus iniquis (9) dicitur bomo inconstans & quotidie fere propositum mutans. Hic aliquando in anum mutatus, cum Pomone pomorum Dex persuadere non potuisset, ut sibi Vertumno nuberet, pristinæ formæ redditus, vim ei inferre parabat; fed vi nihil opus fuit; nam Dea eius pulchritudine capta, ultro nuptum ivit (r), nec auspices mansit. Hæc et-iam proprium sibi Flaminem, qui Pomonalis est dictus, Romæ habuit. S. XXXII.

⁽¹⁾ Juven. VI. 447.

⁽f) Ovid. Metam. XIX. 639.
(e) Herat. Epod. II. 21.
(h) Virg. En. VIII. 600.
(i) Hora. Epod. H. 22.
(K) Herat. Epif. II. I. 163.
(I) Javen. VI. 447
(m) Augufin. de civ. Dei XV. 23.
(n) Grat. p. LXIII. 9. 10. \$\overline{\sigma}c.\$
(o) Cato de R. R. \$3. Juven. VI. V. 447.
(p) Propert. El. IV. 2. Ovid. Metam. XIV. 7658
(4) Herat. Serm. II. VII. 14.
(1) Ovid. Metam. XIV. 770.

S. XXXII. De Pale.

Pales Deus, vel Dea (1) (non fatis enim certum est utrum fuerit ; licet Broukhusius ad Tibull. II. v. 29. (perperam : rescribo I. I. 14.) probare conetur, eam potius Deam suisse) patulo curando præfuit ; eique facra fecerunt paftores pro felici proventu pabuli & incolumitate pecoris (t). Eius festum Palilia, sive Parilia dictum celebrabatur XI. Kalendas Maii, eo folemnius, (nam jam ante Urbem conditam celebratum fuerat (u)) quod idem dies Urbi Romæ natalis fuiffet (*). Eo etiam die pastores pecora sua lustrabant (y).

6. XXXIII. De Flora .

Flora florum Dea habita est: sed hac insignis meretrix revera fuiffe dicitur (2), que Populum Romanum ingentis patrimonii sui, quod Venerem exercendo acquisiverat, hæredem instituerit, ea lege, ut quotannis in eius memoriam festum celebraretur: quod cum turpe Senatui visum effet, & pecuniam tamen appeterent, finxerunt Deam quandam esse, quæ Græcis χλωρίι (a), Latinis Ilora diceretur; quæque Zepbyro vento nupta a marito potestatem in omnes flores acceperit : sed alii, ut jam innui, hæc omnia negant; alii eam jam olim Sabinorum numen fuiffe volunt (6). Hoc festum Floralia distum celebrabatur initio mensis Maji summa lascivia (c), nudis meretricibus in scenam productis, & maxime verborum petulantia (d): licet venerando nomine Flora Maser a Cicerone vocetur (e). XXXIV.

^(.) Virg. Georg III. I. (t) Ovid. Fast. IV. 747. (u) Plut. Romul. p. m. 24. (x) Propert. IV. El. IV. 71.

⁽y) Ovid. Fast. IV. 735. Vid. multa de Palo ap. Broukhi ad Tibull. I. 1. 14

⁽²⁾ Lations. de faif ret. I. 20.
(2) Ovid. Faft. V. 195.
(b) Vid. Ci. Grav. Praf. ad Tons. s. Antig. Rons. Voff. de idol. 1. 12. Varr. de L. L. IV. 10.
(c) Vet. Max. it. 10. ex. 8.
(d) Vid. Juven. Vi. 249.
(c) In Verr. V. 14.

S. XXXIV. De Termino, aliifque Diis .

Terminus, qui agrorum fines tuebatur (f) , colebatur forma lapidis quadrati, vel stipitis dedolati, qui in finibus agrorum fixus erat. Hunc die festo coronabant (g), vinum juxta eum libabant, & liba (b) ei offerebant. Romaz colebatur in Capitelio simul cum Juventa (i); cum ipsi fovi, dum templum ejus definiretur, cedere no uisset (k); qua re Imperium Romanum mullos habiturum terminos, & perpetua Juventute gavifurum-esse, portendi credebant. * Festum ejus Termimalia, dictum celebrabatur extremo mense Fe-bruario (1), qui olim anni ultimus suit; ita ut co annus terminaretur. Qui terminum movisset, ex lege Numæ facer erat (m). In ipsis provinciarum finibus aræ Deo Termino erestæ kuisse videntur (n). (Plura dabunt Mem. Ac. Litt. Para T. U. p. 63.).

De Numinibus revum .

Et multis etiam aliis rebus propria sua numinz præfecerunt; exempli gratia, infantibus recens natis aderat Leuana (o), cum a terra levarentur; Cunina (p), cum in cunis jacerent; Potina & Edusa (q), quæ infantium poini & esui præessent, five Edusa & Poica, ut eas nominat Domatus ad Tovent: Phorm. I. I. vers. 15, qui præessent. terea etiam Cubam Deam addit . A paullo adultioribus, cum jam fari inciperent, Fabulinus Deus (r) colebatur . Parturientibus præerant

Digitized by Google

⁽f) Ovid. Fast. M. 641. fegr (g) Tibull. 1. 1. (h) luven. XVI. 31. (i) Flor. I. 7.

⁽¹⁾ Flor. 1. 7.

(K) Vetus poeta ap. Gell. XII. 6.

(Liv. I. 31.)

(I) Ovid. Faft. II. 610.

(m) Diom. Halic. II. 74.

Vid. Herodiam. VI. 6.

⁽⁰⁾ August de Civ. Dei IV. 1.

⁽p) Ibid. (q) Varr. ap. Non. 130 % 310. (c) Id. Ibid. XII. 56.

Dii Nizii a nitendo (s), sive a nisu puerperarum, dum liberos in lucem edunt, dichi: tum-Profa & Postverta (1), que bonum vel malums infantis in utero fitum efficere credebantur: Natio Dea, quæ partus matronarum tueretur (u). Nupriales Dii, præter Hymenaum, etiam fuerunt Domiducus (x), Jugatinus (y), Viviplaca (2). Sic in aliis Rionibus erant Dea Muscia (a), que homines mur-eidos, hoc est, nimis desidiosor redderet; Horia ab horiando (b), Strenua a frenuisate (c), Vacuna a vacando dicia (d). Porro ab erroribus Viarum Dea Vibillia liberat: in tutela funt Orbona orbai liberis parentes; in Nanie, quibus extrema tempora (e). Averruncus, dicus fuit ab aver-runcando (f), five avertendo mala: vel potius Dii omnes, quos Graci dixerunt A' non aparacius, Α΄ ποτροπαίες , Α'λεξικάκες , Σωτήρας (g), Αverrunci funt dieti : licet hoc forte inter Jovis cognomina referri possit, qui idem tunc suerit, ac Jupiter Prodigialis, de quo Plaus. Ampb. A. 1. S. 1. verf. 107. Angerona Dea fuit filentium fuadens, unde ore obligato, obfignatoque fimulacra habet (b). Ajus Locutius vero Romanos aliquando bene monuisse credebatur (i). Laverna furum Dea (k); & apue rusticos Hippona vel Epona (1), quæ equorum curam gerebat, cujus imago ad equorum præsepia pingebatur:
Stercusius (m), qui agris sercorandis præserat;
Robigus, qui robiginem a segete arcebat (n); Mephisis Dea putori arcendo præsidens (o); Pollensiapo-

```
(*) Feffus
(t) Cell. XVI. 16.]
(n) Cic. do N. D. III. 18.
(n) Cic. do N. D. III. 18.
(n) August. do C. D. IV. 16.
(n) Ibid. 11.
(n) August. do C. D. IV. 16.
(n) Ibid. 11.
(n) August. do C. D. IV. 16.
(n) August. do I.
(n) August. do II.
(n) August. do II.
(n) August. do III.
(n) August. III.
(n) August. August. Epist. I.
(n) August. III.
(n) August. August. August. Epist. I.
(n) August. III.
(n) August. August. August. August. August. August.
(n) August. III.
(n) August. August. August. August. August.
(n) August. August. III.
(n) August. August. August. August. August. August.
(n) August. August. III.
(n) August. August. August. August. August. August.
(n) August. August. III.
(n) August. August. August. August. August. August. August.
(n) August. August. August. August. August. August. August. August. August. August.
(n) August. A
```

tentiæ, ut videtur, Dea (p), & alii, dod zoris.
Ipfam denique Morsem pro Dea habuerunt veteres(q).

DE VIRTUTIBUS, AFFECTIONIBUS ANIMI, ET SIMILIBUS.

S. XXXIV. De Virtutibus, affectionibus animi,

Virtutes, affectiones animi & similia colebantur, quia majorem aliquam vim in rebus humanis obtinere credebantur (r). Sic ergo Mens ædem in Capitolio habuit (s): Virtus & Honer duas ædes habuerunt extra Urbem ita positas, ut per ædem Virtutis ad ædem Honoris aditus effet (t), cujus rei rationem quilibet facile perspicere potest. Pietas ædem in foro olitorio (u), Fides in Capitolio (x), Spes plures etiam ædes habuit (v). Pudicitia duplex fuit, Patricia culta in foro boario, & Plebeja, quæ colebatur in vico longo (z). Concordia quinque, vel plura templa habuit (a), inter quæ fuit templum Concordia virilis (b). Clementia ades ad honorandam lenitatem Cæsaris decreta (c). Colebant etiam res per se optabiles (d), ut Pacem, cui templum magnificentissimum juxta sorum extru-xit Imperator Vespasianus (e), in quo erant vasa templi Hierosolymitani; Quietem, quæ extra portam Collinam ædem habuit (f); Salutem (1g), cujus ædes quinta regione Urbis fuit : Felicitatem (b), & Libertatem, quæ pulchrum templum in Aventino habuit (i); & ibidem Atrium

```
(p) Liv. XXXIX. 7.
(q) Serv. ad Virg. En. XI. 197.
(r) Vid. Cic. N. D. II. 21. & 11. III. 17. 18.
(s) Liv. XXIII. 11. Ovid. Faft. VI. 241.
(t) Symmach. 1. Epift. 14.
(u) Plin. H. N. VII. 36.
(x) Id. XXXIV. 10.
(y) Vid. Sext. Ruf. & Publ. Viff. de region. Urb.
(z) Liv. X. 12.
(a) Vid. Ovid. Faft. VI. 91.
(b) Ibid. 637.
(c) Plut. Cef. p. m. 734.
(d) Vid. Cic. de N. D. II. 23.
(e) Svet. Vefp. 9.
(f) Liv. XV. 41.
(g) Cic. N. D. II. 23.
(h) Plin. H. N. XXXIV. 8.
(i) Liv. XXIV. 16.
```

(E), cujus mentio in monumentis veterum sepe occurrit. Ipsa etiam Urbs Roma pro Dea habita suit. (1), cui Alabandenses Caria populus primi

templum extruxerunt (m).

Ad hanc classem etiam censeo referendam Fortunam multis nominibus a Romanis cultam, quam. vulgus putavit esse Deam, quæ prospera & adversa pro solo lubitu nulla meritorum ratione habita (n) hominibus dispensaret; unde eam inconflamem (0), sevam, cecam, lubricam pas-fim scriptores appellant (p): & propterea etiam pingitur globo insidens, clavo sive navis guber-naculo innixa, alata (9) &c. Prudentiores vero vel omnino eam negarunt (r), vel per Fortunam nihil aliud intellexerunt, quam providentiam di-vinam, cujus decreta cum nobis incognita fint, res humanæ casu (nobis quidem) evenire videntur : itaque Fortuna non est dicenda cæca, sed magis hominibus tribuendum est, qui parum dextre sibi prospiciunt (s). Inde Cicero Topicorum c. 17. dicit, Latent, que subjecta sunt fortune. Cum enim nihil sine caussa fiat, boc ipsum est fortune eventus obscura caussa, que latenter efficit ; & hinc aliquando cum fata confunditur (t). Romæ quam plurima templa habuit, & variis cognominibus culta est, ut Fortuna Primigenia (u) in Capitolio; Fortuna Muliebris extra Urbem (x) in memoriam Coriolani mulierum precibus ab Urbe avers (y); Fors Forsuna, quæ non nisi boni eventus (z) esse credebatur; Forzunæ Malæ ara fuit in Esquisiis (a); sed plura Fortunæ cognomina, & plura ejusmodi numina recensere ad scopum nostrum non facit. Hoc

ob-

⁽K) Cic. ad Att. IV. 16.
(1) Sver. Aug. 31. ad quem locum vid. nummum Patini.
(m) Liv. XLIII. 5.
(n) Senec. Hippol. 374.
(o) Horat. Od III. XXIX. 49.
(p) Boeth. de Conf. Phil. 1. Metr. 5.
(q) Curr. VII 3.
(r) Juven. X. 165.
(s) Vid. Dift. Catonis IV. 4.
(t) Vid. Lucan. 410. 512. feq.
(u) Plut. Queft. Rom. p. m. 281.
(x) Val. Max. 1. 8. ex. 4.
(p) Plut. Criol. p. 231.
(z) Ovid. Faft. VI. 773.
(a) Cie. de N. D. III. 24.

observandum est cum Plutarcho de fort. Rom. p. m. 318. Romanos plus Fortune, quam Virtuti tri-buiffe; cum illi jam Ancus Rex templum statuerit; Virtuti sero Scipio Numantinus. Tum etiam plura & splendidiora suisse Fortunæ tem. pla : neque ulla fuiffe Temperantie, aut Tolerantie, aut Magnanimitatis, aut Continentie. Potest Nemesis etiam huc referri, quam Latinum nomen ne in Capitolio quidem invenisse dicit Plimius (b); per eam autem fignificata fuit ultio divina (c), qua Deus improbos perfequitur; itaque dicta fuit a verbo Graco ve μεσάω, succenseo; vel potius a repus distribuo, debitas scilicet poenas. Dicitur etiam Rhamnusia (d) a Rhamnunte Atrice vico ubi templum habuit: & A'Spessie (e) ab a priv. & Space, fugio; quia scilicet eam effugere non datur (f). Colebatur a Romanis in belhim ituris, ut ita fignificarent, se nisi justa bella nunquam suscipere.

Quin & vitia quædam & res noxiæ divino honore sunt eultæ, ut Voluptas, Venus Lubentina,
Cupido (g). Pavori & Pallori sana consecravit
Tullus Hostilius (h): & Audaciæ ac Pavori sacra secit scipio (i). Febris quoque tria templa,
sive ædes sacras Romæ habuit (k); Tempestas
(cui agna (l) immojabatur) unam in prima Urbis regione. Multis denique alis rebus propriafua numina præsecerant Romani: sed nimis jam
diu huic materiæ explicandæ inhæsimus; itaque

properemus ad ejus finem .

DE

⁽b) Hift. Nav. XI. 45.
(c) Vid Catull. Epigr. 51. in for
(d) Ovid. Trift. V. El. 2. 9.
(e) Ann Marcell. XIV. 11.
(f) Suid
(g) Cic. de N. D. H. 23.
(h) Liv. L. 17.
(i) App. Al. Punic. 12.
(k) Val. Max. II. 5. ex. 6: Cic. de N. D. III. 23.
(1) Firg. En. III. 119. & V. 771.

DE DIIS PEREGRINIS.

S. XXXVI. De Diis peregrinis.

Primis quidem temporibus sacra peregrina Romæ non ferebantur (m); fed prolatis fenfim Imperii finibus omnium fere gentium facra in Urbem recepta funt, maxime vero Egyptiorum; unde mirandum non ett, quod in notitia Imperii (») legimus quadringentas & viginti ades facras Romæ fuiffe.

De lide .

Ægyptiorum numen præcipuum fuit Dea Isis, quam G æci sabulantur suisse lo, Inachi Argruorum Regis sliam, que in Agyptum advesta, cum homines illic agriculturam & multa alia vitæ utilia docuisset, pro Dea suerit culta (0): sed, ut vere dixi, sabutantur: suit enim antiquum & proprium Ægyptiorum numen, & Græci præterea potius ab Ægyptiis, quam hi ab illis agriculturam & alias artes accepifie censendi sunt. Sed quicquid hujus sit, certe sacra ejus Romæ sunt recepta, & tanta ibi superstitione culta est, quanta nultanta ibi iuperintione cuita ett, quanta nui-lum aliud numen (p). Templum habuit in cam-po Martio, in quo & juxta quod plurima stupra committebantur (q); ut etiam in ipsis ejus sa-cris multa nesarie siebant (r): itaque tum A. U. 695. tum sepius Romæ Senatusconsulto sunt prohibita (s); sed postea iterum restituta, ut præter alia ex Juvenalis loco paullo supra cita-to patet. Celebrabantur hæc sacra a sacerdotibus Isiacis, qui erant capite raso, & lineis

⁽m) Liv. IV. 30. XXV. 1. XXXIX. 16.
(n) Vid. Thef. Grav. T. VII. 1714.
(0) Vid. Ovid. Metam. I. 747.
(p) Lucan. VIII. 311.
(q) Ovid. Amor. II. 2. V. 25. Id. Arts Am. I. V. 77.
(t) Juwen. VI. 480.;
(d) Tertuil. Apolog. 25. Joj. Ant. Jus. XVIII. 4. Dis XL. 2. 31. C. albi.

ouiffe; cum illi jam Ancir a mulieribus, tuerit; Virtui fero Sci ceft, cum illi jam plura & fplend pla: neque nila ancio a militarious, com e pus a vino se abstinere cum com de abstinere ab aliis vero cum Deotie, aut Magnar "(v). In iisdem sacris est Nemesis etia (z), quod erat crepins fonum ad similitudinem men ne in Car mius (b); per Firum . Ejus formam hic junwina (c). dicta fuit?

potius a De Ofiride . Dicitur


SIGE V

vi mis frater & maritus quum varias & maritus dedisset, & agriculturam leges. Epyptiis dedisset, & agriculturam leges. Epyptiis dedisset, & agriculturam leges in bovem migrat.

July 1 pis est dictus, & summo studio. ab e protiis colebatur: erat autem niger & cer. maculis diffinctus, ac post certum tempus a perdotibus facro fonte mergebatur; quo tempouniversa Ægyptus lugebat, donec alterum bomem priori similem invenissent, qui tum magna cum lætitia Memphim perducebatur (c). Idem, ut plerique ferunt, Serapis est dictus, quem per somnia de valetudine sua ægrotantes consulebant (d). Quidam Tosephum Patriarcham in hoc Serapide cultum volunt, quia in statuis modius frumentarius in ejus capite apparet; Josephus enim, ut e sacris literis scimus, frumenti copiam Ægyptiis præbuit : & hinc etiam fortasse fuit, quod (ut modo diximus) per somnia eum consulerent,

⁽t) Martial. XII. 29.
(u) Ovid. Amer. II. 2. 24. & alibi.
(x) Propert. II. El. 33.
(y) Juven. VI. 530.
(z) Id. XIII. 92. (Perf. Sat. v. f.)
(2.) Tibuil. I. VII. 19.
(b) Ovid. Amer. II. El. XIII. 14. (De Inde a Suevia culta, ut testatur Tacitus, sub forma liburax, agunt Memer. II. Liv. Par. T. VII. p. 96. & 129. seqq. It. de Typhane... T. IV. p. 162.)
(c) Juven. VIII. 29.
(d) Via. Suet. Vesp. 7.

Pag. 186.




vestibus induti (t), quia ipsa lini usum primum homines docuerat : unde etiam ipsa Dea linivera dicitur (u). Præcipue colebatur a mulieribus. quæ, cum in ejus cafto effent, hoc est, cum ejus sacra celebyarens, concubitu & vino se abstinere debebant (x), ut in facris Cereris; a multis enim cum Cerere, ut diximus, ab aliis vero cum Deorum Matre confunditur (y). In iisdem sacris etiam adhibebatur fiftrum (z), quod erat crepitaculum acutum edens fonum ad fimilitudinem spicarum vento motarum. Ejus formam hic iunai curavimus.

De Ofiride .

Osris Isidis frater & maritus quum varias & plurimas leges Æpyptiis dediffet, & agriculturam ipsos docuisser, (a) a fratre Typhone interemptus dicitur (b). Animam eius in bovem migraf. se ferunt, qui Apis est dictus, & summo studio ab Ægyptiis colebatur: erat autem niger & cer. tis maculis diffinctus, ac post certum tempus a facerdotibus facro fonte mergebatur; quo tempore universa Ægyptus lugebat, donec alterum bovem priori, similem invenissent, qui tum magna cum lætitia Memphim perducebatur (c). Idem. ut plerique ferunt, Serapis est dictus, quem per somnia de valetudine sua ægrotantes consulebant (d). Quidam Tosephum Patriarcham in hoc Serapide cultum volunt, quia in statuis modius frumentarius in ejus capite apparet; Josephus enim, ut e sacris literis scimus, frumenti copiam Ægyptiis præbuit: & hinc etiam fortasse suit, quod (ut modo diximus) per somnia eum consulerent,

⁽t) Martial. XII. 19.
(u) Ovid. Amer. II. 2. 24. & alibi.
(x) Propert. II. El. 33.
(y) Javen. VI. 530.
(z) Id. XIII. 93. (Perf. Sat. v. f.)
(2.) Tibult. I. VII. 19.
(b) Ovid. Amer. II. El. XIII. 14. (De Ifide a Suevia culta, ut teftatur Tacitus, sub forma liburux, agunt Memer. Ac. Lit. Par. T. VII. p. 96. & 129. seqq. It. de Typhane.
T. IV. p. 162.)
(c) Javen. VIII. 29.
(d) Via. Sver. Vesp. 7.



quia Josephus, ut notum est, optimus somniorum

corrector fuit.

Indis comes & minister habitus suit Anubis (e), qui ei in quarendo Osiride bonam operam navasse dicitur. Hic cum Gracorum Herme, & Romanorum Mercurio fere convenit. & ob sagacitatem canina forma', vel certe canino capite pingieur. De aliis Ægyptiorum Diis, Harpocra-se, Canopo &c. hic dicere instituti nostri ratio. non patitur.

APUT Tr.

De Ministris Sacrorum .

S. I. De Ministris sacrorum in genere.

M Inistri Sacrorum apud Romanos prudentissi-mo consilio diversi a reliquis civibus ordinis non fuerunt; sed iidem viri & sacris & civilibus rebus tractandis adhibebantur, ne unquam turbæ religionis caussa moverentur (a): plerumque autem capiebantur Sacerdotes, etiam numi-num inferioris ordinis (b), ex viris honoribus & eminenti dignitate maxime conspicuis: sed & adolescentibus nobilioribus statim ac virilem togam. sumpsissent aliquando conferebantur (c): imo Se., ptemviros Epulonum etiam prætextatos fieri potuisse indicat Livius XL. c. 42.

Ordinis caussa in duas classes eos dividemus: vel enim omnium Deorum Sacerdotes erant , aut potius nulli certa numini ad dicti; quales erant Pontifices , Augures , Quindecimviti facris faciundis, Aruspices, Fratres Aruales, Curiones, Sepremuiri Épulones, Feciales, Sodales Titienses, & Rex sacrorum, sive Rex sacrificulus. Vel uni alicui Numini facra faciebant; in quo genere funt

Fla.

⁽c) Virg. An. VIII. 698.

(a) Cic pro Domo Jua ipfo initio.

(b) Vid exempl. ap. Cic. de Cl. Ores. 14.

(c) Sues. Jul. I. (De gradu & honore Sacerdotil dignus qui videatur Faistetius in Amerait. Philo! T. I. p. 187. & L. II. p. 111. de infignibus Ordinis Sacri).

Flamines , Salii , Luperce , Potitii , & Pinarii . Galli marris Deorum, Virgines Vestales; de quibus omnibus singulation dicendum est.

S. II. De Pontificibus.

Pontifices disti funt vel a posse & facere (d), auod eorum in facris faciundis maxima effet potestas & auftoritas (e); vel potius a ponte sublicio; cujus reficiendi cura ipsis incumbebat (f), quia per eum plurima facra deducebantur. Infituti (g) Pontifices primum funt a Numa Rege quatuor, iique patricii; quibus ut etiam quatuor e plebe adjicerentur A. U. 454. factionibus tribu-niciis pervictum ett (b). Sulla rurius feptem alios Pontifices adjecit; sed ex his quindecim ofto illi priores, & qui deinde in eorum locum cooptati funt, Majores dicebantur, reliqui vero Minores (i). Cooptabantur a collegio fuo usque ad legem Domitiam (k) latam A. U. 649. qua constitutum est, ut Comitiis tributis a septemdecim tribubus sorte lestis Pontifices crearentur (1: quam legem abrogavit Sulla, restituit A. U. 600. T. Labienus, auftore Julio Cafare (m). Sub Principibus vero eorum arbitrio creati funt. Munus Pontificum erat de omnibus caussis ad facra pertinentibus inter omnes personas judicare (n), leges de rebus facris condere, omnes alios facerdotes, eorumque ministros, in efficio continere (o), iis delinquentibus mulctam indicere, de cultu Deorum denique & religionibus respondere (p). Licet autem magna eorum effet auctoritas,

tamen etiam ipsi censoriæ notæ erant obnoxii, & a Tribunis plebis ad officium cogi poterant (q), quod

⁽d) Plus. Numa p. m. 65. (c) Vid. Lucan. I. 505. (l) Farro de L. L. IV. 15. Dion. Hal. II. 73. (g) Idem III. 45. h) Liv. X. 6.

⁽i) Inscript-ap. Grut.p.CCCLX. 4.CCCCXI t.CCCCXXXIII.4.

⁽K) Suer. Ner. 2 (i) Cie. Agrar. II. 7. (m) Die 37. p. 17. ed. A. 1542. (a) Cie. de Har. tefp. c. 7. l. 2. \$. 6. \$. de Or. Jur. (o) Liv. XXVII. \$.

⁽p) Exemp. ap. Liv. V. 25, & VI. & (q) Cis. pre deme fus 45.

De Ministris, & Pontificibus. 180

quod tamen rariffime accidit; ita ut eos neque populo, neque Senatui rationem reddidiffe tradat Dion. Halic II. c. 73. Quod autem tres Pontifices statuissent, id satis sanctum habebatur (r). De Pontifice Maximo .

Pontificum collegio præerat Pontifex Maximus a Numa institutus (1), qui semper Comitiis tributis ex ipso collegio est creatus: & initio quidem ex solis patriciis; at circa A. U. 500. Ti. Coruncanius primus de plebe Pontifex Maximus creatus est. Post mortem l'epidi, qui unus de Triumviris fuerat, sacerdotium hoc suscepit Augustus; & post eum deinceps omnes Imperatores, etiam Christiani, ad Gratianum usque (1): (quem hoc nomine etiam honoratum fuisse ex inscriptionibus patet, nisi dicamus eas ipso inscio positas fuisse) & hoc, quia Pontificatus dignitas maiorem venerationem, quam quæ privato conveniret, illi, qui ea præditus erat, tribuere videbatur: nam a Græcis etiam hoc Sacerdotium iepωσύνη μεγίση dicitur (u). Hic itaque summam in rebus facris potestatem obtinebat; religiones interpretabatur, & pro collegio Pontificum respondebat; ne quid religio detrimenti pateretur, providebat; Vestales capiebat & judica. bat, earumque facris peculiariter præerat (x), in aftis solemnibus verba praibat ; (quanquam id aliquando a scriba tantum factum fuisse legamus (y)) Comitiis aliorum facerdotum intererat. cofque inaugurabat; arrogationibus etiam rat, & de matrimonialibus quibusdam caussis cognoscebat; anni, annaliumque curam gerebat (2); in omnes personas sacras jurisdi-Mionem quamdam exercebat; denique de caremoniis quibuldam dispensabat: An vero cohabere potuerit, disputatur, ut antea innuimus. Licet vero Pontifex ximus

⁽¹⁾ Cie. do Har. refp. 6.
(2) Liv. I. 20.
(3) Liv. I. 20.
(4) Liv. M. 20.
(5) Liv. I. 20.
(6) Liv. I. 20.
(7) Vid. comm. Bossius de Pene. Max. Impp. R. 3,4. Spanb.
de P. G. U. N. Diss. XII. p. 422. Zosim. IV. p. 249. ed. Oxon.
(a) Piut. Fab. Max. p. m. 185. Vid. & Dion. Hal. III. 16 a.
(b) Piut. Fab. Max. p. m. 185. Vid. & Dion. Hal. III. 16 a.
(c) Vid. Max. IV. ex. 20.
(d) Vid. comn. Cie, de Oras. II. 12, 13.

ximus tanta potestate polleret, in plurimis 'tamen rebus nihil fine Pontificum collegio poterat. atque ab eo ad collegium provocatio erat (a): & inde ad Populum. Infigni utebatur toga prætexta, & apice in capite, qui etiam Tutulus dicitur: an vero fellam curulem habuerit, incertius eft. Duravit hoc facerdotium Roma, ut pleraque alia, ad tempora Theodosii Magni.

6. III. De Auguribus:

Augures (Græcis διωνοπόλοι vel διωνιζαί) di-Ri funt ab augurio; hoc vero quasi avigerium (b) dicitur, cujus appellationis ratio ex fequentibus perspici poterit. Eos primum instituit Romulus (c), ut tres pro numero tribuum effent, quibus postea (nec satis certum est a quo, forte a Servio Tullio) quartus est additus; iique omnes erant patricii A. U. 454. quinque Augures plebeji adjecti funt (d); & demum a Sulla quindecim sunt creati, quorum qui primus erat, Magister collegii dicebatur (e). Proprium Auguribus fuit, quod facerdotium illis vivis eripi non potuerit ('f'); quia scilicet artis & scientiæ potius, quam honoris hæc appellatio erat (g); vel potius hoc fiebat, ne ullo modo hæc facra evulgarentur, quæ revera prudentioribus ludibrio erant. Hinc etiam non a populo creati, sed a collegio cooptati funt (b). Auguribus præterea proprie spectio tantum; spectio vero & nunciario magistratibus, qui omne jus auspiciorum habebant, competebat i). Valde tamen honorati erant augures. ita ut trabea de purpura & cocco uterentur (k): unde dibaphum, five purpuram bis tinctam pro ipso auguratu ponit Cicero (1).

Mu-

⁽²⁾ Liv. XXXI. 9. (b) Serv. ad Virg. En. V. 5130 (c) Dion. Halic. II. 64. (d) Liv. X. 9. (e) Vid. J. C. Buleng. de aug. & aufp. III. 11. (f) Vid. Liv. I. 18. Plin. Epift. IV. 8. (g) Plut. Quaft. Rom p. m. 187. S. quaft. 990. (h) Vid. Abram ad Cic. Philipp. II. 2. (l) Feft. V. Speftio, & ibi Scalig. (K) Sorv. ad En. VII. 612. on Suct. (l) Fam. II. 16. & Att. II. 9.

Munus igitur Augurum erat ex volatu, cantu, & tripudio avium futura pradicere; quod modo fequenti fiebat, vel, ut verius dicam, fieri cre-debatur. Sedens Augur toga augurali, five trabea amicus orientem versus prospiciens lituo, hoc est, baculo incurvo certam celi partem defignabat, quæ pars dicebatur templum (m), & hoc etiam taber-naculum capere dicebatur (n). Tum diligentiffime observabat que aves, quo gestu (), cantuve, & qua parte hujus templi se ostenderent; signa autem læva felicia (p), dextra vero infelicia habebantur: unde locum Horatii Od. III. XXVII. 15. rede corrigere videtur Lambinus. Virgilius vero Bacol. 1. verf. 18. læva infausta dicit, ut contra Suetonius in Claud. c. 7 & Vitell. c. 9. dextra fausta vocat: sed forte in avibus aliter obtinuit, aliter in fulmine. Verum nihil mirum eft, veterum in nugis superstitiosis sluctuasse animos. Aves, quæ cantu aufpicia faciebant Ofcines (q), quæ volatu Prapetes (vel alites (*)) dicebantur (r). Si fausta essent auspicia addicere (s') & admittere ; sin minus refragari aves dicebantur: nec fatis erat unum auspicium vidisse, nisi id altero confirmaretur. Præterea etiam Augures de celo servabant, hoc est, ex tonitru it) & fulmine (a) futura pradicebant. Locus, qui fulmine tactus effet , bidental (x) dicebatur , quia bidense, sive ove, sacra saciebant (y); & deinde reli-giosus erat; ibique reliquiæ & vestigia sulminis collecta, & terræ condita fuerunt (2). Tertium augurii genus capiebant ex pullis, quibus pul-

⁽m) Vid. Lucret. II. 1043. Varre de LL. VI. 3.
(p) Liv. I. 18. & IV. 7. (Templum determinare & taSernasculum capere hic male confunduntur. Quid illud fit,
doct Livius I. 18. Art de hoc vid. Rofin. VI. 14. p. m. 486.
& Briffon. de Form. p. 110.)
(o) Plaut. Afm. II. I. 12. Id. Epid. II. II. 2. (licer aliter
Id. Aulul. IV. III. 1.
(p) Lucan. I. Sov. Vid. rasionem ap. Dion. Halic. II, 5.
(q) Varre de L. L. V. 7. Cic. de Dio. I. 5.

⁽P) Lucan. I. So: Vid. rasionem ap. Dion. Halle, I (g) Varre de L. L.V. 7. Cic. de Div. I. 53. (f) CV. Cic. I. Divin. 53. & noftra Synon.) (e) Liv. XVII. 16. Plaus. I. d. v. 11. Liv. IV. 18. (d) Vis. En. IX. 630.

⁽¹⁾ Lucan. I. 533. (2) Perf Sat. II. 27. (7) Cornel. Fronto vetus Gramma. (3) Juv. VI. 587. O ibi Sebel.

192 Sect. IV. Cap. II. S. 2. 4.

tem, vel offam objiciebant: quod si avide vescerentur pulli, & præsertim si aliquid ex ossa decidens terram pavires (a), sive pulsares, optimum erat augurium, & tripudium solistimum (quod scilicet offa solum contingeret) nunciabatur (b): sed si vesci nollent pulli (c), vel avolarent, triste omen erat. Hic autem obiter notandum est, Romanorum auspicia talia plerumque fuisse, ut secundum naturæ ordinem læta potius, quam triffia effe deberent : facile enim erat pullos fame eo redigere, ut lubentes vescerentur. Et jam tempore Ciceronis (d) auspicia sibi fingebant verius, quam observabant (e): & ita sepe magistratus impediebant Tribunos plebis, ne cum populo agere possent (f). Qui pullos servabant, Pullarii dicebantur (g); cavea autem ipsa dicebatur auguraculum. Præterea etiam ex quadrupedibus & taliis rebus forte accidentibus (36) omina captabant, eaque explicabant, (ac tum proprie commentari (1) dicebantur) & quomodo procurari (k) (& hoc proprium ei rei verbum est) (1) deberent, indicabant : & si faustum effet augurium, imperitum & inauguratum effe dicebant (m). (De Augurii prima origine agunt Memor. Ac. Litt. Par. T. II. p. 371.

§. IV. De Aruspicibus.

Aruspices (Græcis hookononou (n) & Suornomoi) a victimis in ara inspiciendis dicti sunt ; vel etiam ab baruga, quæ vox olim bostiam signi-ficavit (o). Hi quoque a Romulo primum insti-

С.

⁽a) Fest. V. Pulf. (b) Liv. X. 4. Cir. de Divin, II. 8. & 34. (c) 1d. de N. D. st. 3. (d) 1ps. ad Frm. I. 2. Liv. XXI. 63. Vid. smn. Grucch.

de Comie, Rom. I. 4. (c) Cic. de Divin II. 31. 36 (f) V. Manut. ad Cic. Fam. VIII. 11. (adde Cic. 11. Div. 18. & 31.

Div. 12. & 3:)

(g) Cic. de Divin. II • 34(h) Javen. XII. 62. feq. (Hot. III. Od. 27. Liv. XXI.
alt. & XXII 1 •)
(i) Cic. de amitist. 2. (K) Id. de Divin. I. 2.
(i) Cet. ii' 6. (m) Plaut. Afm. III. 1. 134
(a) Dion. Butic. II. 12.
(b) Donat ad Ter. Phorm. IV. IV. 28. Jac. Perizan. 46
Elt. V. E. L. II. 316

inflituti funt numero ternario; sed eorum collegium æque ac aliorum facerdotum processu temporis auctum fuisse certum est : verum non ita honorati fuerunt ac Augures: imo ipsos in Senatum legere aliquando non licuit (p). Sed videtur diftinguendum; ut quidam fuerint honoratiores, & in collegium conscripti; alii vero parva mercede operam fuam quibufvis locaverint (q): ita ut ex prioribus Spurina fuerit, de quo Suet. Julio c. 81. Aruspicum munus erat ex vi-Aima ante macationem (r), & post eam ex extis (s), flamma, fumo, aliifque rebus occasione facrificii forte accidentibus, futura prædicere: ac deinde ea portenta explicare (1), & procurare. Hæc scientia, (si ita dicenda est ars nugatoria) cujus primus auctor Tages quidam fuit . ab Etruscis (u) ad Romanos pervenit.

§. V. De Quindecim-viris sacris faciundis.

Quindecim-viri sacris faciundis hac occasione instituti sunt. Tarquinius Romanorum Rex, sive ille Prifcus, five Superbus, ut vult Dionyfius Halicarnassensis, fuerit, miro quodam modo, quem narrat idem Antiquit. Roman. l. 1v. c. 62. tres libros Sibyllinos nactus, eorum custodiam dirobus viris illustribus permisit; quorum loco A. U. 387. Decemviri sacris faciundis sacti sunt (x); fimulque lege cautum est, ut pars eorum ex ple-be crearetur. Sulla ctiam hoc sacerdotium ad numerum quindenarium auxit, qui codem modo ac Pontifices sunt creati (y): & qui iis præerat, Ma-gifter collegii dicebatur (z). Munus Quindecimviro-rum fuit cuttodire libros Sibyllinos; difficili

⁽p) Cie. Famil. VI. 10. (q) Flaus. Pan. II. V. 10. 17. (1) Senec. Oedipo V. 301. seq. (a) Virg. Georg. IV. V. 486.

⁽a) yvig. Georg. 1v. 436. (b) luven. II. 11. (u) Vid. Lucan. I. 584. & 627. (z) Liv. Vi. 37. & 42. (y) Vid. \$ 2. bulas cap. (z) Fin. H. N. XXVIII. 2.

Reipublicæ tempore, vel cum infigne aliquod portentum nunciatum effet, ex Senatus-consulto eos adire, five consulere (a), & , quæ legiffent , ad Senatum referre: tum cæremonias, facrificia. aliaque, quæ libri præscribebant, procurare (b). & in specie quidem ludos sæculares (c). Hi Quindecim viri a militia & aliis muneribus urbanis erant immunes (d), secus ac alii sacerdotes; ut scilicet solis libris interpretandis vacare postent . Sed hi libri, quibus fata Imperii Romani contineri credebantur, A.U. 670 cum ipso Capitolio (ubi publicitus adservabantur, ut quidam ajunt; nam quidam, & rece credo, putant antiquiores illos libros nunquam exstitisse; ideoque nemini, nisi sacerdotibus, licebat eos inspicere, qui sacramento erant adacti. ne quid de iis vulgarent) cum ipso, inquam, Capitolio hi libri cremati funt (e); verum paullo: post legati undique sunt miss, qui omnia ubicunque terrarum oracula Sibyllina conquirerent; ex quibus Quindecim-viri rurfus alios libros confecerunt, qui ab Augusto sub basi Apollinis Palatini funt conditi (f); & erant Quindecim viri proprie Apolinis Sacerdotes; unde corrinam domi fuæ habebant, five tripodem æneum Apollini facrum (g). Demum justu Theodosii Magni Imperatoris A. C. 388. a Stilicone funt combusti (b). Distinguendi autem sunt-hi libri Sibyllini ab iis, qui hodie supersunt; & a Christianis pia quadam, ut vulgo dicitur, fraude suppositi sunt (1).

6. VI. De Frattibus Arvalibus.

Fratrum Arvalium origo hæc est : cum Acca Larentia (k) Romuli nutrix ex duodecim filiis, quibuscum sacra sacere consueverat, unum morte amissfet, Romulus se illi in filii locum adoptandum dedit : seque & illos Iraires Arvales dixit, quia facra quædam publica faciebant, ut arva fru-

⁽b) Liv. itid.

⁽a) Liv. III. ... V. 13. VII 28. &c. (b) Liv. itid (c) Horat. carm: fac. 5 & 70. (d) Dion. Halië. IV. 62. (c) Ibid. (f) Suct. Aug. 31. (g) Suct. Aug. 32. Serv. ad En. III. V. 332. (h) Rutil. Namat. II. 41. & 55. (i) Vid. Rev. Jo. Alb. Fabric. Bibl. Grac. I. 30. fee. &KI Gell. VI. 7. (K) Gell. VI. 7.

frages ferre poffent (1); quæ facra dicebantur Ambarvalia (m). Larentalia etiam in hujus Larentiæ honorem mense Aprili a flamine Martiali funt afta (n). Hujus facerdotii infigne erat corona spicea, & albæ insulæ: nec nisi cum ipsa vita hic hones siniebatur (0), & captos etiam, exulefque comitabatur.

6. VII. De Curionibus .

Curiones triginta ex Romuli instituto a suis quisque Curis lesti sunt, qui facra publica pro Curis suis curarent (p), (fere ut hodie Parochos, quos vocant, apud Pontificios aliosque; licet apud veteres Parochi fint dicti, qui magistratibus faria essentibus per municipia, que ipsis neces-faria essent, publicitus præberent (q) unde a cu-rando Curiones sunt disti (r), qui etiam Ma-gistri Curia Plauto (s) disti videntur, ædes vero, in quam Curiales conveniebant, Curia vocata eft, & Græce εξιατόριον, quia ibi epu-Labantur (t): vel etiam mourareiov (u) facel. lum illud Græci dicunt , ipfos vero Curiones
Tpotarsis . Eligebantur Curiones quifque a fuis curiis; fed omnibus præerat, qui Curio Manimus (x) dicebatur, curiatis Comitiis a Populo creatus, cujus auctoritate ceteri regebantur.

S. VII. De Septem-viris Epulonum .

Septem-viri Epulonum hanc originem habuerunt (y). Cum Pontifices multitudine facrorum gravarentur, A. U. \$57. primum Tres - viri Epulones funt facti (z) , qui ludorum epulare facrificium facerent; quibus postea a Sulla, ut videtur, quatuor adjecti funt. Curabant autem has epulas fum-

⁽¹⁾ Varr. L. L. IV. 35.
(m) Vid. Virg. Gerg. 1. 341. Tibuli. II. I. 15. & ibi Broukh.
(n) Piut. Romul p 10. E. (c) Plin. H. N. XVIII. 3.
(p) Dion. Halic. 11 64. (d) Horar. Serm. 1. V. 4.
(1) Varre de L. L. V. 5. (a) Autul. I. 2. 29.
(1) Dion. Halic. 11. 23.
(1) Ibid. 5. 65. ubi vid. nos. in ed. Angl.
(2) Feft V. Maximus.
(3) Vid. Lucan. 1. 655.
(2) Liv. XXXIII. 42.

106

fumma lautitia : unde Saliares , Augurales , Pontificales epulæ pro lautissimis ponuntur (a): eorumque munus luculenter describit Cicero de Harusp, resp. c. 10. Lentulus enim ille, de quo ibi fermo est . Septem-vir Epulo fuit . Hi quoque ad Pontifices referebant, si quid in sacris omisfum, commissum, aut pollutum esse diceretur. Illis etiam, quemadmodum Pontificibus, togæ prætextæ gerendæ jus fæit (b); quippe fumma etiam Septem-viratus dignitas habebatur (c). De eorum creatione, idem, quod de Pontificum creatione est dicendum.

S. IX. De Fecialibus.

Feciales (quos Græce eipnvodixas dixeris (d), yel signvosúhaxas (e), vel arordogópus (f))dicos volunt a faciendo, quod pacem & federa facerent (g): vel forte etiam a fatu , five fando (b); oratorum enim vicem sustinebant. Hi a Numa Rege instituti quidem sunt, sed formam juri seciali primus constituit Ancus Marcius, Romanorum Rex quartus (i); Valerius Maximus yero, five quis alius, in libello de nominibus, Sertorem quendam Regium ejus juris auctorem facit . Collegium Fecialium erat Sacerdotum viginti, qui eodem modo ac Pontifices creabantur. Horum præcipuum munus (K) erat bello indicendo, & foederi faciendo præesse, & prospice-re, ne Romani bellum, nisi legitimum, facerent (1). Itaque quum gens aliqua Romanos iniuria

(a) Cic. ad Att. V. 9. Nor. UB. 1. 37. 13. (Alexandra)
(b) Liv. XXXIII. 42.
(c) Vid. Dion. Lill. init. Gruter. p. CCXXXV. 10.
(c) CXXXVI. 0.
(d) Dion. Halie. II. 71.
(e) Plut. Numa p m. 68. A.
(f) Dion. Hal. I. 21.
(g) Festus hac V. qui ramen corruptus est: & pro sciendo ibi sciendo legandum esse videtur.
(h) Ira Voss. Errmol. & de vitiis serm. I. 13. (Fetialis

⁽a) Cic. ad Ats. V. g. Hor. Od. I. 37. 13. (Macsob. Sa-

⁽h) Ira Voff, Erymol. & de vieits ferm. I. 13. (Fetialis cum r feri bendum effe, doect JRNS: US nofter in Fere steren, ubi & munia cotum fustus persequitur.)

⁽i) Liv. 1. 32 (k) Cic. de Offic. I. 11. (l) Varr. de L. L. IV. 15. Vid. omn. Var. de vits P. R. Nom. p. 11m ed. Plant, 1565. L. III. p. 65. ed. Bordr. O ap. Nom. p. 154 ed. Plans, 1565.

iuria affecisset, unus ex Fecialibus eo proficiscebatur (m); ut vel res ablatas, vel fontes pro-fugos reposceret (n): quod si injuria confessim non farciretur, triginta dies illis ad confultandum dabat; quibus elapsis pium bellum poterat isti genti indici. Tum rurfus ad fines hostiles progressus Fecialis hasta sanguinea in illos projecta, bellum certa formula ipfis indicebat (0): pottea aucto immensum Imperio Romano, ut tamen plebi superstitiosæ satissieret, simulatio quædam huius iuris in agro prope Urbem, qui boscilis dicebatur, est servata (p). Foedera quoque fiebant per unum ex Fecialibus (q), qui dum eo munere fungeretur, Pater patratus dicebatur (r), quia jusjurandum pro toto populo patrabat, five prastabat. Judicabant etiam feciales de injuriis (s) fociis illatis; curabant, ne legati violarentur (1); pacem non legitime factam rescindebant, ejusque sponsores dedebant (u); & uno verbo omnia curabant, quæ ad fædera spectabant.

S. X. De Sodalibus Titiis .

Sodales Titii (x), vel Titientes (y) a Tito Tatio facris Sabinorum retinendis, vel a Romu-lo in honorem ipfius Tatii inflituti funt; nam utrumque ab uno Tacito Annal. 1. c. 54. Hift. 11. 6. 95. traditur : plura de his certo dicere nec posiumus, nec operæ pretium videtur ultra inquirere: nisi quod forte munus eorum a munere Septem virorum Epulonum non alienum admodum fuerit; cum iis & apud Lucanum loc. cit. & in Inscriptione apud Gruter. pag. CCCXCVI.1.jungantur : apud quem etiam pluribus locis memorantur.

Ι

S. XI.

[[]m) Vid. omn. Dien. Hatie. II. 72.
(n) Liv. IV. 30. Serv. ad Virg. En. X. 14.
(o) Cincins ap. Gel. XVI.4. Liv. I.32. Dion. Hatie. 11.714
(p) Ovid. Faft. VI. 205.
(q) Liv. XXX. 43. omnino.
(i) Liv. I. 21.
(s) Dion. Halie. I. d.
(i) Val. Max. VI. 6, 3. 6. 5.
(u) Liv. IX. 10. (x) Lucan. I. 602.
(y) Gruter. CCCXCVI. I.

S. XI. De Rege Sacrorum.

Rex Sacrorum (z) (Græcis iepav Baoiheus). five Rex Sacrificulus (a) creatus est exactis Regibus, ut ea facra perageret, quæ antea ab ipsis Regibus peragi solebant; unde quoque nomenfuum nactus est: sed ne tanto nomine insolesceret, Pontifici subjectus suit, nec magistratum gerere, aut cum populo agere ei licuit (b): unde, postquam sacra secisset, se quasi suga ex Comitioproripiebat (c). Creatus autem est Comitiis Centuriatis ex patriciis (d). Uxor etiam ejus Regina. est dicta, que & ipfa facra quædam faciebat (e). Domus quoque publica, in qua Rex facrorum habitabat , Regia est dicta (f).

SACERDOTES SINGULORUM DEORUM.

5. XII. De Flaminibus, & pracipue de Flamine Diali .

Flamines (σερανηφόροι Græcis) facerdotes erant uni alicui numini addicti (g), ejusque sacra curantes. Appellantur ita a filo, quo caput cingebant, ac si flamines dicerentur (b); vel a pileo, quasi pilamines juxta quosdam (i); vel denique a flameo capitis tegumento, ut vult Vossius port Dionysium Halicarnassaum II. c. 64. Hoc etiam Apex dicebatur ab antiquo verbo apere, hoc est. vincire (k), & proprium Flaminum insigne erae (1), ita tamen, ut ctiam Pontifex Maximus eo uteretur .

(1) Lucane, L. 604p.

⁽²⁾ Liv. II. 2.
(a) Liv. XXVI. 6.
(b) Dion. Halic. V. 1.
(c) Plus. Queft. Rom. p. m. 279. five n. 62. Ovid. Fafts

V. 727.

(d) Cic. pro Demo 15.
(e) Masrob. Saturn. 1. 15.
(f) Fest. V. Regia.
(g) Cic. de LL. 11. 8.
(h) Varro de L.L. IV 15. Plut. Q, R. 19. S. p. m. 274.
(i) Plut. Numa p. m. 64.

Vid. Lucret. VI.V. 1065. Eieg. George (i) Plut. Numa p. m. 64.

Plut. Numa p. m. 64.

RI. (K) Peft. Voc. Apex. Vid. Lucret. VI.V. 1065. Eieg. George. 168 En IV. 482. & hic. Serve.

De Rege fact. O' Flaminibus Oc. 190

retur, sicuti supra diximus. Creati sunt primum a Numa tres, Dialis nempe, qui jovis erat facerdos, Martialis & Quirinalis : fed his variis temporibus alii duodecim funt additi in honorem aliorum Deorum ; qui Flamines Minores , quemadmodum priores illi Majores sunt dicti : Minores quidem ex plebejis creari poterant, Majores (m) vero ex folis patriciis. Dicebantur vero proprie prode Flamines cum crearentur (n). Quamquam autem Flamines non simul Pontifices essent, tamen in corum collegio sedebant (o), certe Majores. Creabantur a Populo Comitiis tributis: nempe ita ut Pontifex Maximus tres fimul nominaret, ex quibus unus legeretur (p), & a Pontifice Maximo inaugurabantur . Maioribus Flaminibus commune fuiffe videtur, ut ab Urbe abesse ipsis non licuerit (q), ne scilicet sacra defererentur; neque etiam divortium facere (r). Quanquam autem Flaminium esset perpetuum, tamen certis de caussis poterat eripi; veluti si quis facra non rite curaffet : (vid. Livium XXVI. c. 23.) Sulpicio inter facrificandum apex a capite prolapsus sacerdotium abstulit (s). Omnium porro Flaminum longe dignissimus suit FLAMEN DIALIS, qui etiam listore, sella curuli, & veste prætexta utebatur (*): & ex jure sacerdotii sui Senatum ingredi poterat (u). Hic plurimis cæremoniis obstricus suit (x), quarum potissimas duntaxat recenfebimus: nempe religio ei erat equo vehi ; classem procinctam , id eft , exercitum armatum extra pomoerium videre; quin nec noctem unam extra Urbem manere ei fas erat (y) nec poterat jurare (z); (vel certe

⁽m) Cie. pro demo 14e

⁽n) Id. pro Milene to. & 17. (o) V. cund. de Ha-u/p, refp. 6. (p) Tacit. Ann. IV. 16. (q) V. Liv. Epit. & XIX. XXXVII. 51. Vel. Max 10. L. 6X. 2.

⁽¹⁾ Gell. X. 15. (2) Val. Max. I. I. 4. (1) Liv. I. 20. & XXVII. 8. (u) Ibid.

⁽a) 1016. (x) Gell. X. 15. ex Fabio Pistore, Massurio Sabino, solisque. Plus. Q. R. 30. 43 sve p. 274. seqq. (v) Liv. V. 52. Tac. Ann. 1[1. 71 (z) Plus. Quest. Rom. 45. Liv. XXXI. 6. uto.

non cogebatur (a)) nec annulo uti, nifipervio cassoque: ignem a flaminia, five Flaminis domo efferre nisi sacrum, jus non erat; vinctum ædes ejus ingressum solvi necesse erat, & vincula per impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti; reum, fi ad pedes ejus supplex accidiffet, verberari eo die piaculum erat : nodum nulla parte corporis habere poterat; capillum ejus, nisi qui liber homo erat, nemo detondere poterat; capram, carnem incoctam, hederam, fabam nec tangebat, nec nominabat (b). propagines e vitibus altius prætentas non fuccide. bat; vel potius, non succedebat, hoc est, vetitum ei erat transire per viam, ubi vites in sublimi effent prætentæ (c); pedes lecti eius tenui luto circumlitos esse oportebat, nec ab eo trinoslium continuum decubabat, nec alteri in eo cubare licebat; unguium ejus & capilli fegmina subter arborem felicem terra obruebantur; quotidie festatus erat *, quapropter Pontificibus, cum judicium de aliquo exercerent, adesse non poterat (d); fine apice sub dio esse non licebat, (unde apicatus dicitur Ovidio Fastor. IV. vers. 347.) sub tecto licebat; apicatum tamen mori nefas erat (e); farinam fermento imbutam attingere ei fas non erat; tunicam interiorem nisi in locis tectis non exuebat, ne sub cælo tanquam sub oculis lovis, nudus effet; in convivio, nisi Rex Sacrificulus, haud quisquam alius supra eum accumbebat (f); uxorem cum amitteret, flaminio decedebat; eius matrimonium, nisi morte, dirimi non poterat; tocum, in quo bustum esset, nunquam ingrediebatur; mortuum non attingebat; funus tamen exequi poterat; unus omnium galero albo utebatur; ungi sub dio ei sas non erat; antiqui-

2111

⁽a) Ediffum perpetuum apud Gell. X. 15.
(b) Plin. H. N. XVIII. 12. Feft. V. Fabam.
(c) Lipf. Eleft. 1. 11. Boxborn. ad Plut. Q. R. 105. & à.
menino boc firmatur ex Probl. feq.
(Cocurrit have won inter varias lectiones ap.Gell. X.35. (ed
maliun Viri Docti aliam fubitivete. Nos id nunc non agimus.)
(d) Vid. Guther. de veter. jure Pontif. I. 12.
(c) Appian. Civ. I. 105.
(f) Vid. samen Macrob. Sas. II. 5.

tus nec magistratum capere, nec petere poterat; quod procedentibus temporibus observatum non fuit (g); opus facientem videre religiosum ei erat, itaque, cum per Urbem incederet, eum præcede-bat præcia, five præclamitator, qui homines mo-nebat, ut ab opere faciendo, dum transiret Flamen, desisterent; quædam autem ex his cæremoniis iis postea sunt remissa. Easdem fere caremonias Flaminica (h), five uxor Flaminis observabat; fed etiam alias, ut quod, quoties tonitru audiisset, seriata erat, donec placasset Deos (i). Sacerdotium hoc ab adolescentia Cæsaris intermisfum Augustus extremo suo tempore restituit (k). Theodosius Magnus Imperator cum plerisque aliis gentilium facerdotiis abolevit.

Flamen Martialis Diali dignitate proximus erat. & e patriciis etiam semper est creatus: quem honore sequebatur Flamen Quirinalis (1) in honorem Romuli institutus, qui duo quoque collegio Pon-tificum, ut dictum est, assidebant. Reliquorum duodecim , qui Flamines Minores & Plebeji funt dicti, nomina recensere nihil attinet; quorum omnium postremus snit Flamen Pomonalis (m).

Imperatoribus inter Divos relatis postea etiam singuli Flamines tributi sunt (n); nec tantum Flamines, sed etiam Sacerdotum collegia iis sunt decreta, qui sacerdotes Sodales sunt dicti cum adjectione nominis ejus, in cujus honorem erant instituti ; ut exempli gratia , Sodales Augustales (0), Hadrianales (p) &c. ut jam capite præcedente 6. 26. diximus.

1 5

c. XIII.

⁽g) Liv. XXXIX. 45.
(h) Gell. X. 15.
(j) Maer. Sats. 1. 16. (Intactas nostro extemonias vide sp. Tac. Ann. IV. 16.)
(K) Sucs. Aug. 31.
(i) Liv. 1. 20.
(m) Pest. V. Maxima dignationis.
(n) Vide Onuphr. Panv. de givip. Rom. 27.
(o) Sucs. Claud. 6.
(p) Spession. Hadrian. 20.

⁽P) Spartian, Hadrian, 29.

6. XIII. De Saliis.

Salii Martis Sacerdotes a Numa instituti sima (4) occasione pestilentiæ, qua Urbs laborabat. Tradunt enim scutum aneum coelo suisse delapfum (r), & confestim morbum cessasse; ac turn. Egeriam nympham prædixisse, urbem, in quahoc scutum servaretur, potentissimam suturam. Itaque ne surriperetur, undecim (vel forte plura; nam de numero nihil dicens Dionysius on deπολλω ca vocat, quod de duodecim vix dici pofse videtur) alia ejusdem sormæ scuta sabricari: curavit Numa per Veturium Mamurrium quemdam, cujus nomen idcirco carminibus Saliaribus. est insertum (s): licet alii veterem memoriam a Saliis celebrari dixerunt (t). Tunc Numa duodecim juvenes patricios, patrimos & matrimos (u) legit, qui hæc Ancilia (ita enim'a forma hæc fcuta dicebantur, quod undique ancija effent abfque omni angulo (x)) Kalendis Martiis fal-tantes, & carmina illa Saliaria, quæ etiam affamenta (y), sive axamenta sunt dica, canentes in honorem Martis per Urbem ferrent; unde Salii a Saliendo, five Saltando funt dicti, & quiiis præerat, Presul (2), & Marifter Salicrum appellatus est: quanquam Magister collegii commune fit nomen omnium προκρίτων cujuscunquecollegii Sacerdotalis (a). Alii vero hoc distinguunt, & Prafulem quidem vocant Tov in Tolis ίεροῖς προφρχέμενον Latine etiam Profaltorem; Magistrum vero ror ¿ξαρχον, penes quem inaugurandi & exaugurandi potettas. Præter hos etiam erat ύμνωδος, five Vates, qui carmen faliare canebat (b). Dicebantur hi Salii etiam Palatini quia: facra in Palatio faciebant (c); & ut distinguerentur a Saliis Collinis, qui a Tullo Hostilio instituti (d)

⁽q) Vid. Plut. Numa p. m. 68. (r) Dion, Halic. 11. 71. Ovid. Fast. 111. 373. (s) Ovid. d. l. 37. (r) Plut. Numa p. m. 69a. (u) Cic. pro Domo 4. (z) Ovid. d. l. 377. (y) Fest. V. Aramenta. (z) Lucil. ap. Fest. V. Redamaruare. (z) V. Casanb. ad Capitol. Antonin. 4. (b) Vid. Salmas. ad d. Capitol. l. (c) Dion. Halic. 131. 70. (d) 14. II. 32. (c) Serv. ad Æn. VIII. 285.

in colle Quirinali Sacrarium habebant, & Quiri" nales etiam (e), atque Agonales funt dicti. Et in genere Salii & Salisabsuli funt appellati omnes ludii & faltatores, qui ad cantum & tibiam in facris sudunt, ut in facris Herculis apud Virgilium Æn VIII. V. 289. (f). Saltabant induti tunica picta (g), hoc est, auro & purpura variegata, & toga prætexta, sive trabea (1), æreis baltheis & gladiis accincti, dextra hastam, vel simile quid; læva ancile ferentes, capite autem gestantes pileum, five galerum (i), Græce nupsaviar dictum (k); atque inter saltandum carmina illa obsoleta canebant (1), quæ jam Horatii ætate vix a quoquam intelligebantur (m); tempore vero Quinsiliani ne ab ipfis quidem Sacerdotibus (n).

6. XIV. De Lupercis .

Luperci Panis Sacerdotes omnium antiquistime fuerunt, quippe jam ab Evandro Arcade institut ti (o). Dicti funt Luperci a lupo, quia Pan Græcis Λυκαΐος από τε λύκε cognominatur (p), quasi lupinum dicas; imo etiam ipse Lupercus die Aus est, si fides Justino L. XLIII. c. 1. credo quia lupos a pecore arcere crederetur: & inde locus. ubi colebatur, Lupercal, & festum eius Lupercalia est dictum; quod celebrabatur mense Februario, eratque quasi lustratio quædam Urbis (4). Eo festo Luperci nudi per Urbem discurrebant (r), pudenda tantum cincli pellibus caprarum, quas paulo ante immolaverant. Scuticis etiam e caprino corio factis obvios cædebant, quod catemidiare dicebant (s), quasi verberare κατ' ώμων in humeris (t), & præcipue quidem mulieres, quas inde fœcundas reddi credebant (u): canem I 6 quo

⁽f) Vid. Seal ad Catull. XVII. (E) Liv. 1, 20. (h) Dion. Halie. II. 70.
(i) Juven. VIII 109. (k) Dion. Halie. I. d.
(1) Vid. Gueberlerb. de Saliis 21. feq. (1) Vid. Guivervier. se saint 11. 199. (m) Ipfe Epift. II. 1. 86. (n) Ipfe Inftis. I. 6. (o) V. Ovid. Faft. II. 170 feg. (p) V Serv. ad Virg. Æm. VIII. 143. (q) Ovid. Faft. II. 31. (1) Resienem vid. ibid. 303.

⁽ s) Vet. Schol. ad Juven. II. 142. Salm. ad Spert. Hadr. 13.

⁽t) Salm. d. l. & probat Voff. Eigm.

204 Sect. IV. Cap. II. S. 14.15. & 16.

quoque eo tempore immolabant ; quod animal ob pecoris cultodiam Pani gratum effe putabatur. Lupercorum tres fuerunt fodalitates. Fabiorum, nempe (x), & Quintiorum, qui ita a ducibus suis sunt dicti; & Juliorum denique, qui in honorem Julii Cæsaris instituti sunt (y). Serius reliquis hoc sacerdotium desiit, sub Imperatore scilicet demum Anastasio, qui obiit A. C. 518. (2).

S. XV. De Potitiis & Pinariis.

Potitii & Pinarii Herculis Sacerdotes fuerunt (a): ille enim apud Evandrum divertens ipfe facra fua duas has gentes docuisse dicitur. Cum autem Pinarii ferius ad facrificium venissent extis jam adess, vetitum ipsis est in posterum extis solemnibus vesci; & secundus duntaxat honos in his sacris illis tributus est (b). Deinde cum A. U. 441. impulsu Appii Censoris Potitii facra Herculis fervis quibusdam publicis peragenda tradidissent, inter annum vertentem omne Potitiorum nomen in duodecim familias divifum (bospitio Degrang immortalium sanctam gentem vocat Livius IX. c. 34.) interiisse dicitur (c); ipse autem Appius iratisatio Numinis Iuminibus captus suisse sertur (d). Sacra porro illa penes fervos hos publicos, & gentem Pinariam remanserunt.

S. XVI. De Gallis Matris Deorum .

Galli Sacerdotes Matris Deorum five Cyle-les, dichi a Gallo fluvio Phrygiæ (e), cujus aqua pota furorem inducere credebatur. Hi, ut prædictum eft (f), genitalia fibi, & tefta quidem Samia (g), præcidebant (b), in memoriam

⁽²⁾ Propert. IV. 1. V. 25. Sex. Aur. Viff. de Or. G. (9) Suer. Jul. 36.
(2) V. On. Panv. de civit. Rom. 22. edit. Grav.
(2) Virg. Æn. VIII. 269.
(b) Liv. I. 7.
(c) ld. IX. 25.
(d) Val. Max. I. I. ex. 17.
(e) Ovid. Faft. IV. 361. feqq.
(f) Seff. bujus G. 1 8. 16
(g) Plin. H. N. XXXV. 12. f.
(h) Insun. YI. Six.

⁽b) Javen. VI. 513.

riam Atyos, qui cum perpetuam Dez castitatem vovisset, deinde nympham Sangaritidem amare occopit; & propterea a Dea in surorem actus testiculos sibi exsecuit (i). Itaque etiam ipsi surore perciti brachia sibi cruentabant (k): & vaticinari credebantur (l). Qui huic collegio przerat, Archigallus dicebatur (m); sed hi omnes in magna dignatione non erant (n): tum ob alias causses, tum etiam quod stipem colligere solerent (o).

S. XVII. De Virginibus Vestalibus .

Virgines Vestales (Græce Hapsenoi éstales (p)) in honorem Vesta Romæ primum a Numa Rege creatæ sunt quatur (q), iisque duæ sunt additæ a Tarquinio Prisco (r), vel Servio Tullio Rege (s), cujus moribus id magis convenire videtur (t). Capiebantur (nam hoc proprium huic rei verbum est) initio ab ipsis Regibus, iisque pulsis, a Pontisce Maximo; cujus arbitratu viginti virgines e Populo eligebantur majores sex, minores decem annis, quæ honesto genere & decenti corpore essent: nam Pontisex M. peculiarem quamdam horum sacrorum curam habuisse videtur; credo, quod direste magis, quam alia sacra ad salutem Imperii spectare crederentur (u). Ex his porro in concione Populi a Pontisce una eligebatur; vel etiam ultro a parentibus una offerebatur: dicebatur autem illa, ut diximus, proprie a l'ontisce capi, quia eam quassi vi captam a potestate patris abducebat (x). Ita captæ per triginta annos ad ministerium

⁽i) Augustin. de C. D. VII. 25.
(k) Tibull. I. IV. 64.
(l Lucan. I. 565.
(m) Vid. Juven. VI. 511.
(n) V. Ovid. Fast. IV. 244. & ibi Heins.
(o) Ovid. Fast. VI. 530.
(p) Dion. Halic. 11. 64.
(q) Ibid. 67.
(t) Diom. Halic. 11. 67.
(s) Plur. Numas p. m. 65. D.
(t) De avrum factis vid. Ovid. Fast. VI. 221. fcs.
(u) Vid. Cic. de Orat. III. 3. Ovid. Mes. XV. 777.
(z) Geli. 1. 12. gui locus oma. videndus.

Dez obligabantur: & primis quidem decem artais facra discebant, sequenti decennio ea exercebant, tertio denique alias juniores ea docebant, & his triginta annis elapsis nubere poterant; quod tamen raro factum & femper infauftum est habitum (y). Quæ ætate omnium maxima erat, Visgo Maxima dicebatur (2), quæ Tacito Annai. XI. c. 32. eft Vestalium vetustissima, quemadmodum Dioni L. LIV. y πρεσ βεύουσα: eaque quis summa cum dignitate præerat (a). Munas earum erat, primo, custodire ignem perpetuum (b); quæque id exstingui passa esset, slagris a l'ontifice Maximo cædebatur (c): secundo, adfervare arcanum Imperii pignus, quod plerique Palladium putant fuisse (d): tertio, facra adsidue Dex facere. Pro his laboribus honores ingentes illis tributi funt "; ut jus testamentum condendi, licet minores essent; jus trium liberorum; lictorem habendi; reum forte obviam fa-cum (e) supplicio liberandi; carpento vehendi (f); vittis & veste prætexta utendi (g): præterea jurare non cogebantur (b): tum agri iis & stipendia splendida e publico præbita (i), ut & locus honeftior in spectaculis (K), & in depre-cando auctoritas maxima (I). Ob hanc tantam reverentiam etiam aliquando testamenta, præsertim Principum, apud eas deponebantur (m). Sed si quæ Virgo incestu se pollui passa esset (n), Pontificum judicio damnata in campo, cui inde nomen scelerato (o) suit, viva desodieba-

⁽y) Dion. Halic. d. c. 95. Plus. Numa d. l.
(z) Svet. Jul. 83.
(a) Tacis Annal. II. 26.
(b) Fl. 1. 2
(d) Ovid. Trift. 111. El. I. 29.
(c) Plus. Numa p. m. 66.

[V. omnino Tac. Ann. III. 86. & IV. 16. item Memor. Acad. Lit. Parif T. V. p. 211. feqq.)
(f) Vid. Lipf ad Tacis. Annal. XII. 42.
(g) Ovid. Faft. III. 30.
(h) Ediflum perperuum ap Gell X. 15.

⁽g) Ovid. Faft. III. 30.

(h) Ediffum perperuum ap Gell X. 15...

(i) Liv. I. 20. Vid. & Tac. Ann. IV. 16.

(K) Sver. Aug. 44...

(l) Cic. pro Font. 18. Sver. Lul. 1. Tac Hift. III. 21...

(m) Sver. Aug. 101. Tac. Ann. I. 8.

(n) Plut. Numa p. m.67. & in Quaft. R. 95. Juven. Vl. 9,

(e) Ovid. Faft. VI. 459. Dion. Hat. VIII, 90.

tur: fluprator vero in foro sub furca verberibus: necabatur (p). Desit hoc Sacerdotium cum reliquis plerisque extremis Theodofii Magni temp poribus (q).

DE MINISTRIS SACERDOTUM.

S.XVIII. De Sacerdotum ministris ..

Camilli & Camilla dicuntur pueri & puella ingenuæ facris ministrantes (r), qui ex Romuli in-stituto a Sacerdotibus, qui liberis carebant, sibi jungebantur; nam, qui liberos habebant, eorum ministerio uti debebant (s). Hi ministrabant, pueri quidem ad pubertatem usque, puellæ vero donec nuberent.

Flaminii & Flaminiæ dicebantur (t), qui Flamini Diali, ejusque uxori ministrabant, & patrimi ac matrimi effe debebant.

Quindecim-viri etiam ministros habebant, qui

ipfis a commentariis effe dicebantur (u).

Editut, vel Editumi quæ enim scriptio me-lior sit, dubitatur (x) erant, qui ædes sacras suebantur, sive sartas teclas servabant; hoc enim vox tuere fignificat (y); easque purgabant, &c. qui Græcis vecexopos funt dicti.

Tibicinum usus plurimus erat in omnibus facris, ludis, & funeribus (2): hi Idibus Juniis per-fonati per Urbem discurrebant; de cujus ritus origine vide Livium IX. c. 30. & Ovidium Fastorum VI. vers. 653.

Tu'icines etiam sacris adhibiti sunt, qui bis singulis annis subas lustrabans; unde dies, quo id

fiebat . Tubilustria est dictus (4).

Po-

(1) Macrob Saturn. I. 8. III. 8. Vid. Ampliff. Vander Muelen de die mundi diff. 1. p. 142.

⁽ p) Svet. Domie. 8. (Liv. XXII. 57.) (q) Vid. Symmachi legationem ad Theodosium, tinianum & Arcadium Impp. apud On. Panv. de Civ. Rom. 11. p. 183. Tdir. Wech.

⁽t) Dion. Halic, II, 22... (t) Fest, in his Vocibe. (u) Grue, CCCVII, 1... (x) Vid. Gell. XII, 10... (y) Varro de L. L. VI... (z) Ovid. Fast, VI... (z) Gest. Z. VI...

⁽ a) Id. Fast. V. 725.

Popæ & Victimarii hostias & victimas lizabant (b), easque laureati & seminudi ad aras adducebant, cultros, aquam, ceteraque ad facrificium necessaria expediebant; victimas feriebant. & iugulabant.

Fillores, qui de pane, vel cera simulatas hostias fingerent (c): nam simulata in facris pro veris habebantur (d); & ita Fiflor Pontificum

legitur apud Gruterum p. MLXXXI. 1.

Fuerunt quoque Pracia, five Praclamitatores Flaminis Dialis (e); ejusdem & Vestalium Lictores; Scribæ Pontificum, & Quindecim-virorum; Auditores Haruspicum, ad quos Pullarios etiam referre possis; Kalasores (f), qui Sacerdotum præcones erant.

Prafice dicebantur mulieres in funeribus conductæ (g), ut ceteris plangendi modulos præirent. & laudes defuncti cantarent (b) (& plorarent.)

Designatores, qui constituendæ funebri pompæ præerant (i), & cuique ordinem suum adsignabant; listorum etiam, ut videtur, ministerio ad eam rem utentes.

Vespæ sive Vespillones, qui pauperum cadavera vesperi esserbant (k). Hi postremi vero inter sacrorum ministros recensentur, quia etiam manes sua sacra habebant; quorum hi potissimum erant ministri .

CAPUT TERTIUM.

De Ritibus Sacrorum.

6. I. De locis Sacris

L Oci, ubi sacra peragebantur, suerunt Templa; Ædes Sacra, Fana, Delubra, Sacella & Luci .

⁽b) Proper. IV. III. 61.
(c) Vid. Grzv. ad Cic. pro domo 54.
(d) Vid. Polluc. Om. 1. Seg. 10. Jag. Serv. Æn. II. 116.
VI. (12. (c) Fest. bis Vocib.
(f) Fest. V. Calater & ibi Scal. Serv. ad Georg. I. 168.
(f) Nevius apad Fest. bac V.
(h) Lucil. ap. Non. 1. Plaus. Trucul. II. VI. 14.
(i) Horat. Epist. I. VII. 6. Senec. de benes. VI. 42.
(K) Martial. I. 47. Fest. V. Vespa.

ei · Templum dicitur a templando, vel a tuendo; f ouz duo verba idem fignificant quod videre, unde etiam hodie intueri pro videre dicimus) significat enim omne spatium, quod videmus (a), us templa Neptuni pro mari (b), sempla Acherusia pro inferis (c), templa Parnasia pro ipso monte Parnasso (d): Sed strictius, spatium in calo ab Auguribus definitum (e); & inde jam , locum muro claufum Dei alicujus cultui deffinatum. & ab Auguribus confectatum: unde Templa Augusts vocantur (f), & eo disserunt ab aliis ædi-bus facris, quod illæ quidem divino cultui dicatæ funt: sed non ab Auguribus consecratæ. Ut autem antequam pergam hoc addam, vocis Templi derivatio verior videtur a Græco riusos, quæ opinio est Menagii in amænis. juris c. 39.

Templa plerumque certis de caussis vovebantur (g), postea definiebantur, hoc est, cetti fines iis constituebantur (h), quod dicebatur effari, vel terminare (i) templum (k). Condita templa dedicabantur ab eo, qui ea voverat, Consule scilicet, vel Imperatore: nec hoc injuffu Senatus, aut majoris partis Tribunorum plebis fieri pot-erat (1). Pontifex autem folemnia dedicationis verba præibat (m), dum alter, qui dedicabat, postem templi teneret (n). Demum templa ab Auguribus consecrabantur. Docet quidem Gravius, ό μαπαρίτης, ad orationem Ciceronis pro domo fua (o) confectationem præcessiffe dedicationem; sed hoc intelligi debet de consecratione, quæ a privato fiebat, & a voto vix diftinguitur . Hæc autem Augurum con-Secratio eft ille actus, quem Germani & Belga vocant.

(2) V. Giphan, Ind. Lucretian.
(b) Plaut. Mil. Gl. II. V. 3. & Rud. IV. II. 4.
(c) Lucret. I. 121. & alibi fape.
(d) Ovid. Meram. V. 278.
(e) V. cap. prac. S. 3. Varr. de L. L. VI. 2.
(f) Ovid. Faft. I. 609.
(g) Liv. I. 13.

⁽g) Liv. l. 13. (h) Ibid. 19. (i) Liv. V. 50. (k) Varre de L. L. V. 7.

⁽¹⁾ Liv. IX. 56. (m) Vid. Tac. Hift. IV. 53.

⁽ D) Cia. pro domo 46. ubi in fegg. eriam confecrationis ritus describis . (0) 6. 48.

cene inwiding; Galle & Angli inauguration . In templorum fundamentis aurum sæpe & argentum rude ve' fignatum deponebatur, Tacit. I. d. Templum porro unum duobus numinibus confecrare vix licitum erat (p, licet hoc perpetuum nora fuerit; & qui fimul in una æde colebantur Conzubernales q , Græcis Durrage funt dicti (r). Σύμβωμοι (1). Omnibus tamen Diis ea dedicare moris fuit, quale templum fuit Romæ Augustiffimum, Pantheon dictum, quod a M. Agrippa Augusti Imperatoris genero dedicatum, hodieque superest, Marie Rotunde nomine insignitum, & omnibus etiam sanctis, ut vocantur, dicatum. Hinc, si in loco, ubi templum condere vellent, aliquod jam numen effet, id certis cæremoniis inde evocabatur ; quod exaugurare dicebant (r).

Fana dicuntur in genere omnes ædes facræ (*), quia l'ontifex, dum ea dedicat, certa verba fasur (u); vel a Fauno, qui ea primus condiderit; (x) vel denique verius, ut vult Vossius in Etymologico, a Graco radi, quod per metathefin a'vov fuerit; spiritu, ut sæpe sit, in F. abeunte.

Fanum.

Delubrum (y) dicitur locus, in quo Dei unius, vel plurium simulacra sunt dedicata (2): vel etiam fons, aut lacus ante templum, in quo ingreffuri templum fordes deluebans (a) . Sed in genere hæc vox pro quavis Æde facra ponitur (**): & verior forte est Varronis sententia, delu-- brum dici , ubi Deus sit positus, ut candelabrum illud, in quo figitur candela (b).

Sacellum est dirninutivum a facro: est enim proprie locus facer muro tantum feptus absque tello;

(b) Maer. Sat. III. 4.

⁽p) Liw. XXVII. 25. Plus. Marcell p. m. 314.

(q) Cic. ad Ass. XIII. 28. (r) 16. XII. 45.

(s) Schol. Pind. ad Olym. Od. V. 20.

(t) Liv. I. 55.

(*) (Quid famms fit, unde dicatut, & qui differat ab acte, docch e Liv. X. 37. f Ceterum de differentis vocum E. dis, deuleri, fami, lararis, facelli, rempli, v. Synon.nofita.)

(u) Varro de L. L. V. 7. Fest. ea V. (s) Corn. Froma.

(y) V. I. Ryeg. de Capisol. Rom., 12.

(z) V. Ascon. ad Diwin. Cic. in Vers. I.

(a) Serv. ad Vivs. En. II. 125.

(**) Juwen. XIII. 60.

^(**) Juven. XIII. 69.

(Græcis (c) ispoc aspisonos) fed etiam pro que vis ede facra, profertim parva, ponitur (d).

Luci crant Sylva Diis facra, ita diffa a lucendo; quia in iis plurima lumina in honorem Deo-rum accendebantur (e) : quod apud plerosque idolorum cultores obtinuisse, tum ex libris sacris (f), turn aliunde docemur. Hinc ay hor akooc dicitur Homero H. S. v. 506. Splendidus lucus

&. II. De Adoratione .

Cultus jam sacer confistebat fere in Adoratione Deorum, & institutione supplicationum; maximo vero in facrificiis: de quibus fingulis ordine est dicendum.

Precantes stabant capite plerumque velato (g), ne qua hostilis facies ipfis occurreret, Virgi En. III. verf. 407. & ibi Serv. (licet aliam rationem tradat S. Aurelius Victor de Orig. gentis Rom. circa med.) & mentem a precibus averteret; facerdos autem de scripto (b) verba praibat (i). ne quid præpostere diceretur. Inter precandum aras tangebant (k), (quod etiam saciebant jurantes (11), unde ara pro jurejurando (m) ponitur) vel etiam genua Deorum (n); quia genua misericordiæ quasi sedem esse putarunt veteres (e); in gyrum fe (p) convertebant, & cum precati fuissent, considebant, ne παρέργως rem divinam facere viderentur (q). Tum etiam manum ers admovebant (r), unde ipla adoratio est dicta: & ad

⁽c) V. not. ad Polluc. IX. 40. ed. nowiff.
(d) Liv. X. 13.
(e) Ifd. Etym. XIV. 8.
(f) Downer. XVI. 11. 1. Reg. XIV. 23.
(g) Vlaut. Amph. V. 1. 42. Dion. Halic. excerpt. p. 709. ad. Oxon. (Non poenitebit fupet Tay & Trucop precibus an-Match. Vis. 7. & Falfieri Americi, Filys in Fortunta facris ad.
Match. Vi. 7. & Falfieri Americ, Filips in Fortunta facris ad.
(h) Plin. H. N. XXVIII. 2.
(i) Jav. VI. 390.
(k) Vig. En. IV. 210.
(j) Jav. XIII. 89.
(m) Propers. III. El. 19 25.
(o) Plin. H. N. XI. 49 25.
(p) Ovid. Faft. III. 28; Plus. Marcello p. m. 301.
(o) I. Numa p. m. 60 [eas.

⁽¹⁾ Id. Nuns p. m. 60 fegg. (1) Plin. H. N. XXVIII.2 vid.omn. Min Fel. p. 6.cd. Rigato. (vid. Kemp. de ofcuis , & Lipfe Elect. L. 2. 6. F. R.)

212 Sect. W. Cap. III. S. 2. 4 3.

& ad Orientem plerumque solem versi precabantur (1). Debebant autem Dii vero & proprio suo nomine invocari, unde ne imprudentes laberentur, dicere folebant, five tu Deus, five tu Dea es (t). Vota fua in tabulis perscripta ad genua ftatuarum cera affigebant (w); & cum voti effent compotes facti, tabula (x) vel alia quadam re in templo suspensa (y) id testabantur (*). Statuæ, (ita loquor ex usu vulgari, licet sciam satuas proprie hominum, Deorum vero simulaera fuiffe) (z) statuæ, inquam, rite consecratæ a Numine, cui dicate erant, insideri credebantur (4); unde ipsas statuas aliquando Deos vocabant (b), & templa a Diis incoli dicebant (e): licet Varro apud Augustinum de C. D. IV. c. 9. dicat Romanos plus quam 170 annis Deos fine fimulacris coluisse. Eas statuas unquentis in devoti animi fignum perfundebant (d); & stato tempore flumine vivo eas abluebant (e).

6. III. De Supplicatione .

Supplicatio (pro qua etiam supplicia dicit Sallustius Caril, c.o. & Festus in ea voce) erat honor, qui belli ducibus præstabatur, cum a Senatu Imperatores appellarentur; & consistebat in eo, ut templa populo aperirentur ad gratias Diis pro vi-Aoria relata agendas; quod initio Reipublicæ per unum (f), vel paucos, si plurimum; postea crescente ambitione per plures dies factum est (g). Talis itaque supplicatio cum decerneretur, la-

⁽s) Virg. En. VII. 172.

(i) Caso de R. R. 139, Gell. II. 12.

(u) Javen X. 55.

(v) Horar. Od I. 5.

(*) (Voum Veris facri quid proprie fit, docet Liv. XXII. 100 & XXXIV. 44. & Fest. cum Paulo VV. Mamereini & Verfacr. Metapopix So juvenutuem facram notat ap. Justin, XXIV. 4. & Dionys. Hal. I. 16. & II. 1. Vide etiam Histor. Acad. Litt. Paris. T. 1. p. 130.)

(z) Vid. Abram. ad Cic. Philipp. II. 43.

(a) Arnob. adv. gens. VI p. 134. ed. Paris foot & ibi Herald.

(b) Liv. XXVII. 16. XXIX. 11 Gens. XXXI. 30.

(c) Silius Izel. X. 433. (d) Tibul. II. El. 11. 7.

(e) Lucan. I. 600. (f) Liv. XXXVII. 47.

(g) Vid. Cic. Philipp. XIV. 11. (& Cxs. D. Gal. IV. c. ush. fig. F. Res.

titiæ fuit; at etiam tempore gravi (b) fupplicationes habebantur: (quæ etiam obsecrationes (i). Græcis moorodor (k), funt dicta, & a Duumviris ad eam rem creatis curabantur), sed præcipue tunc inflituebantur Lectisternia, que monitu & cura Quindecim virorum sacris saciundis peragebantur; & erant quasi convivia quædam, quibus Deos excipiebant, & quæ à Septemviris Epulo-num curabantur. His epulis Diis tanquam vere coenaturis lesti sernebaniur, qui dicebantur Pul-vinaria (1), & rem ipsam suscipere pulvinaria dicebant (m): & inde Pulvinaria quandoque pro ipfis templis ponuntur (n). Deabus vero pro antiqua frugalitatis ratione ponebantur fella (0); & hinc fellisternia, five folisternia, earum epulæ vocantur apud Tacitum Annal XV. c. 44. ut quidem ibi in libris antiquis legitur: unde explicandus etiam est Carullus carm. LXV. v. 47. Et vide omn. Cl. Græv. ad Cic. de Har. resp. c. 27.

S.IV. Sacrificiorum visus, & primo de personis, que iis interveniebant.

Sacrificiorum ritus vel spectabant Personas sacrificantes, vel animalia immolanda, vel ip/um lacrificium.

In Personis sacrificantibus primo requirebatur, ut caste Deos adirent (p), & a Venere abstinerent (9); ficut in legibus duodecim Tabularum dici-

tur: ad Divos caste adeunto.

Secundo, ut ante lavarent (r), & præcipue quidem manus (1); ad quem usum vasa quædam in promptu erant juxta Templa; quæ, si grandiora essent, favissa (1); si minora, futilia (& futa) dicebantur (u): licet favilla vox etiam

⁽h) Liv. VII. 28. (XXII. 10. f.) (i) Liv. IV. 21. XXXI. 8. (k) V. Bud. comm. liay. Gr. n. na. 155. (l) Sust. Jul. 26. (m) Liv. V. 52.

⁽k) V. Bud. comm. ting. wr. n. m. 115.
(l) Sues. Jul. 76. (m) Liv. V. 52.
(n) Serv. ad Virg. Georg. III. 177. Liv. XXVII.4.XL.19.
(o) Val. Mast. II. 7. ex. 2. (p) Tibuli. II. El. I. 11.
(q) Ovid. Mesama X. 434. (r) Tibuli. d. 1. 12. fegg.
(i) Plaut. Tracul. Vi. V. 28. (t) Peft. bac V.
(u) Vid. Donas. ad Ter. Andr. III. V. 7. (Ita Vatr. & oms. Serv. ad Æn. XI. 339. unde verbum effeito. v. Donate ad Photm. V. 1. 18. & Schol. vct. ad Hotat. att. 231.)

fignificet cellas qualdam cisternis similes, in quibus reponebantur, quæ in templis per vetustatem inutilia erant facta (x). Ipía autem vafa. quibus ad facrificandum utebantur . pura adorna-

ri debebant (y).

Tertio, ut vestes puras haberent (z), & quidem candidas (a) . Præterea etiam coronas capite gestabant ex arbore (b), quæ Deo, cui sacra faciebant, gratissima esse credebatur; quibus Sacerdotes etiam vittas (c) & insulas (d) addebant , Aliquando etiam ut in d'arreiois , votivis facris, passo capillo (e), soluta veste, & nudis pedibus erant (f), quia eo habitu supplices uti folebant.

Quarto, ante ipsum sacrificium vota & preces

inffituebantur.

6. V. De Animalibus immolandis.

Animalia immolanda Victima dicebantur, vel Hostie; inter quas hæc est differentia. Primo, quod Hostia a quovis immolaretur; Victima proprie tantum ab eo, qui hostem viceras (g). Secundo, Hoftia ante, quam in hostes iretur; Victima post victoriam immolabatur (b). Tertio, victima plerumque major; Hostia minor erat (1) . Sed sæpissime hæ voces confunduntur (k). Victima a vincendo ; Hoftia , vel ab hofte victo (1), vel ab bostiendo, hoc est, feriendo est dica (m).

Ho-

⁽¹⁾ Gell. II. 10. FeR. ea V. (y) Plaut. Amp. V 2. (z) Tibul. i. d. (a) Ovid. Amor. II XIII. 13. (b) Sear Theb. III. 466.

⁽b) Seat Theb. 1 (c) 1b XII. 478.

⁽d) Sence. Agam. V. 687. (c) Liv XXVI 9. (f) Ovid. Meram. VII. 182. (g) Ovid. Fessor. I. 235.

⁽h) Serv. ad Virg. Æn. I. 334. (i) Corn. Fronto de propr. Lat. ferm. inf.

⁽K) V. Ovid. Amor. III. 13. 16. @ Gail. IV. (1) Odid. d. Faft. 1. (in) Feft. V. Hoftia .

Hostiæ, quæ ante solemne sacrificium immolabantur, dicebantur Pracidanea n); (Græcis Terredeis Duciai o)) Succidanea vero, qua cadebantur, fi prioribus' hostiis litatum non effet (p); unde eleganter servus Plautinus (q) tergum jum herili stultitie succidaneum vocat. Litare porro nihil aliud est (r), quam Numine placate voti computem feri (s), & boc certis ex fignia deprebendere. Hinc litabilis bostia Menucio Felice (t) dicitur bonus animus, & pura ment, & fincera conscientia. Ducta vox est and ror hiray. hoc est, a precibus supplicibus. Græcis vero litare xallepsiv dicitur (u), Pacem Deorum exorare (x), vel exposcere (y), etiam locutio huic rei propria fuit. Sed in facris, quæ inferis fiebant, non litaffe optatius habebatur (z).

Hostiæ debebant esse corpore integræ & decoræ; ideoque a facerdoribus probabantur, & creta (a) vel alia nota infigniebantur; unde etiam egregie, eximie (b) lecte vocantur: nec omnes omnibus Diis, sed quæ cuique Deo gratæ esse credebantur, ei immolari debebant (d); quemadmodum dicit Cicero de LL. 11. Queque cuique Divo decore grateque sunt bostie, providento. Observabant etiam, ut gregales essent, non seræ: & pingues maxime Diis acceptas effe putabant (e): fed tamen pro cujusque facultatibus eligebantur (f). Ornabantur hostiæ vittis, sive insulis & coronis (g); & præterea earum cornua deauraban-tur (b).

§. VI.

⁽n) Gell. IV. 6. (o) Ashen. IX.
(p) Plat. P. Emil. p. 254. (q) Epid. I. II. 36.
(r) Suct. Jul. 81. (v. Synon. nefta.)
(a) Martial. X. 73. (l) Pag. 91. ed. Rigals.
(u) End. comm. ling. Gr. 918. f.
(x) Virg. Em. III. 370.
(y) Vid. Liv. VII. 2.
(x) Liv. Och. 8. (h) Famon. V. 6.

⁽²⁾ Sact. Oth. 8. (a) Juven. X. 66. (b) Virg. Georg. IV. 538. (c) Id. Em. IV. 57. Feft. V. Enimium. (d) Serv. ad Virg. Georg. II. 380. & A.R., III. 118.

⁽c) Juven. XII 11. (f) Horat. Od. IV, 2. 53. (g) Affor XIV. 13. Virg. En. H. 186. (h) Ibid. IX. 627. Liv. XXV. 12.

6. VI. De ipso Sacrificio.

In ipso Sacrificio observatur, primo, Indictio falentii folemni formula, Hoc ago (i), &, Favete linguis (k), (Græcis ἐπέχεσθε τὰς γλώσσας) quod fiebat filentio servando, & temperando a perbis male ominatis (1); & hoc etiam pascito Enguam (m) (Græce supopus vel supopula esa (n)) dicebant . E contrario jubebantur bona verba dicere (0), & profani ac impuri a facris ablegabantur, ut eleganter est apud Virgilium, En-VI. v. 258.

. - Procul , o , procul efte , profani .

Conclamat vates, totoque absistite luco.
(Ex I. Ed. Horat. III. Od. 1. 1.) Similiter Græci: exas, exas ocis anithos (p); vel:

Dupas De emidere BeBnhois (9). ¿ Secundo: his factis mola salsa (r) victima alpergebatur, quæ constabat ex farre tosto & sale (,); & hac actio proprie immolacio dicebatur , unde immolare idem fignificat , quod sacrificare : nec ullum facrificium ex lege Numæ fine farre fieri potuit, ut ita agricultura, tanquam magna pietatis pars, commendaretur; & propterea etiam libare, nifi ex vite putata, non licebat (2). Hoc facto hostia dicebatur matta, quasi magis autta (u): unde mactare quoque pro cadere dicitur; & hoc ideo fiebat, quia diligentissime sibi a verbis male ominatis (qualia funt cadere, jugulare, & fimilia, quæ vævitiam quandam denotare videntur) cavere conabantur : quemadmodum etiam exactiffima diligentia cavebant, ne quid præpostere diceretur, vel mali ominis audiretur (x). His

⁽i) Plus. Coriot. p. m. 215. (b) Virg. En. F. 71. (l) Horat. Od. 111. 14. 11. (m) Feft. bis voc.

⁽n) Eurip. Iphig. in Aul. 1564. Arift. Deo 140000p. v. 302.

⁽o) Tibull. H. 11. 1. (p) Callim bymn in Apoll. 2.

⁽q) Orpheus de Dris p. m. 142. edis. Trajett. 1689. (q) Orpheus de Dris p. m. 142. edis. Trajett. 1689. (r) Sence. Œd. 315. (a) Ovid. Faff. i. 317. Horas. Od. III. 23. (Virg. En. II. 133. (a) Ovid. Faff. i. 317. ubi & de cultro motabilia habet. Serv. 2d. Æn. XII. 173. ubi & de cultro motabilia & Serv. 2d En. XII. 173. ubi & de cultro unabilis habet. & Serv. 2d En. XII. 173. ubi & de cultro unabilis habet. Cur farre flut uli, docet etiam Dionyi, isalic. II. 25:) (t) Plin. Numa P. 76.6. E. (u) Serv. ad Virg. En. IX. 646 (x) Plin. H. N. XXVIII. &

His factis facerdos ex *simpunio* (y) ipse prius leviter vinum degustabat (z), inde adstantibus etiam gustandum præbebat : & demum inter cornua hostiæ ex patera affundebat (a); quod libare dicebatur. Mox pilos quosdam e fronte hostia evellebat (b), qui igni super aram injecti subamina prime dicebantur (c). Nec tantum vino lihabant, fed etiam languine (), quem are affundebant; tum aqua, melle (e), & lacte Diis preferrim rusticis (f), oleo quoque, sed in in-feriis maxime (g), licet ea occasione etiam melle & lacte uterentur (b): veruntamen vini libatio proprie dicla est, & pracipue obtinuit.

Tertio : fequebatur ignis in ara accenfio debebat fieri ex lignis aridis & sestis (i), & quidem ex ea arbore, quæ Deo, cui sacra sebant, maxime grata esse putabatur; qualis erat esculus Joui, myrtus Veneri, populus Herculi, &c. (K). Tum etiam verbenas sive frutices ex iis arbori-

bus in aris adolebant (1).

Thuris usus frequentissimus erat in facris (m): (unde etiam nobis vvierook, & apertius Germamis (Benrauch pro) Beiberauch quasi sacrum suf-fimen dicas, vocantur) quod vel adolebant in thuribulis; vel injiciebant focis (n); & ex ejus fumo & crepitu futura conjiciebant (o).

Deinde hostia ad aras adducebatur (p): vel victimariis seminudis; & quidem, sune

⁽⁵⁾ Iuven. VI. 343. (quod & saspulam videtur dictum fuisse Cis. III. Leg. 16 Proverbialiter dicit: excisavie faustus in saspulo, ubi conf. Turneb.) (2) Vid. Virg. En. XII. 1746 (3) Ovid. Messam. VII. 3546

⁽b) Homer. II. 30. 275. (c) Virg. En. VI. 245.feg. (ubi omn. confulend. Servius.) (d) Vid. sund. Ect. I. 3-

¹⁰⁾ vis. suna. Ect. 1. 4.
(c) Appian. .n Mithris. p. 362, edit. Tollij.
(f) Virg. Ect. V. 67. v. Broukh. ad Tib. I. 1. 14.)
(g) Id. En. VI. 319.
(h) Heliod. Etb. VI. fini propius.
(i) Id. III. p. m. 145. edit. Lat.
(K) Virg. Ect. VII. 61. (Phadt. III. (ab. 17.)
(l) Virg. Ect. VIII. 63. (up. Ovid. Fast. IV. 410.
(n) Tibull. II. 2.
(o) Sense. Ocd. V. 106. lane. Latane.

⁽⁰⁾ Senec. Oed. V. 306. Segg. Lattant. ad Seat. Theb. IV. 411. 468. (p) Propers, IV, III. 62.

laxiore (4), ne invita victima duci videretur : quod mali habebatur ominis (r). Eadem de caufsa ante aras jam stans solvebatur (s). Pessimum autem omen erat, si hostia ausugisset (1).

His peraftis victima percutiebatur, quod minifter, five cultrarius non perficiebat, nisi justus; unde sæpe rogabat Agone (u)? cui respondebat præco, Hec age (x). Feriebatur autem fecuri vel clava, deinde cultris jugulabatur: & statim. fanguis pateris exceptus aræ inspergebatur (v).

Jugulata victima Anclabri, hoc est, mense facre (z) imposita excoriabatur, & dissecabatur: & aliquando quidem tota, cremabatur (a); (quemadomodum e lege Mosaica ολοκαυτώματα) plerumque vero cum Diis dividebatur, quod profecare exta (b) dicebant; exta vero divisa proficia & profetta (c) dicebantur; & Græce , ut eft in antiquis Gloffariis , ai ซอง ริบนฆ์ซอง . ที่ iepar απαρχαί; unde εμπύρων απαρχεδαι qui anapxas, five proficias in ignem inferunt (d). Sacrificantes autem partem, quæ fibi obvenerat, cum amicis comedebant (e): unde multi gulæ caussa tantum sacra faciebant, ut sumptuosius epularentur (f): & inde medun, largius bibere, dicitur, quasi µem vo Sunv, post sacrificium sa-Aum, si fides Suide V. Mesu. Pope vero partem Deorum in ædibus suis vendebant ; unde popine videntur denominatæ (g): nam ea occaso-

⁽q) Juven. XII. 5. (1) Sence. Oepid. V. 337. Jegq. (a) Virg. Acn. V. 774. (v. omn. Serv. ad Virg. Æn. II.

<sup>134).

(1)</sup> Suet Jul. 50 (V. omn. Setv. Æn. II. 104.)

(n) Ovid. Faft. I. 371. (x) V. Suet. Cal. 58.

(y) Virg. Ann. VI. 248. (z) Feft. bac V.

(a) Virg. Ann. VI. 235.

(b) Plaut. Fen. I. IV. 8.

(c) Ovid. Meram. XII. 172. Jegq. & Faft. VI. 163.

(d) V. mor. ad Dion. Halic. 1. 40. ed. Oxon.

(e) V. Pl. Ampb. III. 11. 13. Mil. glov. I. III. 117. Stick.

I. III. 90.

(f) Menand. ap. Athen. IV. p. 146.

(g) V. Abram. ad Cic. pro Mil. 24. (Abram. nihil probat. nec video quomodo pope poffint cas partes vendere que eremati debebant., ut mox Nicup. dicit. Sed. V. Wolf. ad. 2. Cot. X. 13. & Lattant. 17. F. R.)

ne etiam vinum vendere folebant (b). Pinc exta inspiciebantur (i) ab Aruspicibus, de quibus tuo loco dictum est; qui cultris ea educebant : nam manibus tangere nefas erat , & proprio verbo exta confutere di contur (k); quod fi bona efsent exta, litasse se dicebant (1); sin minus, succidanez victimz, ut jam dixi, adhibebantur. Partes autem victima, qua Diis obvenerant, cum particulis ex omnibus hottiæ memoris decerptis farina (m), vino & thure conspergebantur, & in ara cremabantur, quod adolere dicebatur: proprio etiam verbo reddi exta dicebantur (n), & porrici , quali porrigi , vel porro jaci (0) cum ara imponerentur, vel, fi Diis marinis facra fierent, cum in mare projecerentur (P). Hinc enter cefa & porretta proverbialiter fiere dicitur aliquid, quod fit tempore incommodo, cum quis majore aliquo negotio occupatus ad ea, quæ minoris momenti funt, animum attendere non potest (q).

Peracto facrificio, lotis iterum manibus, & precibus quibusdam dictis, denuo libabant : & denique populus a facris dimittebatur vocibus folemnibus Lices, vel Extemplo (r; quæ exinde idem fere , quod cito , five continuo notarunt * . Ipsum denique facrificium sequebantur Epula saerificales; quæ erant, vel publicæ, si publicum facrificium suisset, & sumptuosissime (1) a Septemviris Epulonibus curabantur; vel privage (1), fi ex privatis hominibus quis facra fecisset: tum enim

⁽h) Vid. Cic. eod. loc.
(i) Ovid. Metam. XV. 136.
(K) Virg. Aen. IV. 64.
(i) De prava extorum comfitutions vid. Sense. God. 353.

<sup>[649]
(</sup>m) Virg. Aen. Viil. 17e. (bunc locum make co trakit.)
(n) Id. Georg. II. 104. Tac. Hift. IV. 53.
(o) V. Ver. Flace. & Fest. de V. 5.
(p) Virg. An. V. 138.
(q) Cic. ad Ant. V. 13. & ibi Malasp. & Grav.
(1) Plant. Aul. I. II. 15.
(v) Vocem Exiemple male exponit. Videatur Serv. ad Aen.
I. c5. & Il. 65p. & albi. Planti auten locum sic corrigo.
Aul. I. 13. Livius alicubi ait: minatur se exercitum exsemplo ex urbe edustraum.)
(4) Horas. Od. 1- 37 & II. 14. Fest. V. Salios.
(1) Vid. Virg. Acn. VIII. 181.

amicis convocatis partes cum Diis divisas comedebant (w).

6. VII. De Sacrificiis, que Diis inferis fiebant.

Magna autem erat differentia inter ea sacrificia, quæ Diis superis, & ea quæ Diis inferis fiebant; nam

Primo: Superis facrificantes albis; Inferis. ni-

gris vestibus crant induti (x).

Secundo: Superis albæ (y) hostiæ, quæ a Cli-tumno sluvio maxime veniebant (z), immolabantur; Inferis vero nigræ (a).

Tertio: Superis cervice sursum reflexa; Inferis pronæ, & terram intuentes hostiæ macaban-

tur (6).

Quarto: Superorum victimis ferrum imponebatur; Inferorum victimis supponebatur (c): hoc est, illorum hostiæ a supersore; horum ab inferiere parte jugulabantur .

Quinto: Superis facrificantes abluebantur; Inferis, qui faciebant, tantum aspergebantur (d).

Sexto: Superis in ara fanguis aspergebatur; In-

feris in scrobe, vel fosta adfundebatur (e).

Septimo: Libatio Superis fiebat fundendo, hoc eft, manu supina; Inferis, invergendo (f), ita ut manu in finistram partem versa patera converteretur .

Octavo: preces Superis fiebant manibus (ex 3. Ed. suppleo; in cælum sublatis : INFERIS manibus) dimissis & pedibus terram percutiendo (g; quia scilicet sub terra eos habitare credebant.

(Nono; Inferis facrificantes etiam vafa in ignem mittebant . Serv. ad Æn. VI. 225.)

6. VIII.

⁽a) Plaut. Amph. III. III. 13. & Stieb. II. III. 96.
(a) Vid. Ovid. in Ibin. 190.
(y) Juven. XII. 3.
(z) Virg. Geore. II. 145.
(a) Id. En. VI. 143.
(b) Honer. I. A. 459. & ibi Eustath. p. 101. edit. Bastl.
(c) Virg. ibid. 148.
(d) 1bid. 200. (Setv. 2d En. IV. 442. & VI 446.)

⁽d) 16id. 230. (Serv. ad Æn. IV. 635, & VI.636.) (e) 00id Merom. VI 243. (f) Virg. Æn. VI. 244. & ibi Serv. (v. Feithii Antiq.

6. VIII. Alia Sacrificiorum divifio.

Sacrificia etiam ita poffunt dividi, quod quædam facta funt and parteias (b), hoc est, juf. fu oraculi cuiuldam aut vatis; tum , quod alia fuerint χαρισύρια, five σώτρα (i), quibus ob bonum acceptum, (ut exempli gratia pro incolumi (K) adventu) vel ob malum averfum, Diis gratias agebant (1); quæ læpe antea vovebantur (m). Alia rurfus fuerunt inraia, quibus bona precabantur, vel Deos testes invocabant (n): nullam enim rem alicujus momenti incipiebant, nisi facris antea rite peractis (o). Tum quædam fuerunt apishpia, quæ fiebant placando numini (p). Tales erant postulationes, Latinis ita dicta, quod Dii violati eas fieri po-Rulabant ad avertenda mala, quæ ostenta minabantur q). Ad hanc classem etiam debent referri Sacrificia expiatoria, vel piacularia, quibus portentum aliquod, vel piaculum expidiant, hoc eit, piaculum quidem purgabant; portensum vero avertebane : praculum enim proprie fignificat crimen explandum (r); metonymice autem farificium, quo illud crimen expiatur (s). Sic etiam fomnia infautta, & quæ alia ominofa accidiffe (2) dicerentur, expiabant; & hoc proprie dicebant procurare prodigia (u): hinc etiam lupiter Prodigialis (x) dicitur, cui en facra fiebant.

Huc etiam pertinent Februalia , five luftrationes : februare enim Sabinorum lingua fignificavit expiare (y), five purgare : & hoc ipfum fignifi-

⁽h) Exem. ap Senec. Œd. 199. seqq.
(i) Herod. 1. 118, V. Barnes. ad Eurip. Jen. 852.
(K) Virg. En. VII. 136.

⁽K) Virg. En. VII. 136.
(I) Juvin. XII. 13.
(II) Juvin. XII. 13.
(II) Horat. Epift. I. 3. 36. Vid. aund.0d. IV. II. 53. feqq.
(II) Horat. Epift. I. 6. & vid. Indic. in On. Pollucis.
(I) Dior. Halic. I. 61. & vid. Indic. in On. Pollucis.
(I) Grav ad Cic. de Har. refp. 10.
(I) Virg. Acn. VI. 569.
(I) Horat. Od. I. XXVIII. 34. Tac. Ann. XV. 44.
(I) Tibull. III. IV. 9.
(I) Id. I. V. 13. (I) Plaut. Ampb. II. II. 107.
(I) Vid. Ovid. Paft. II. 15. feqq.

gnificat verbum luftrare deductum a Graco verbo. hour . Hinc Februa dicuntur purgamina , five piamina: & Februarius menfis ita est distus (z). quod tum populus fe ruaretur, hoc est, lustravetur, five purgaretar; quia extremus olim hic anni mensis suit (a), quo totius anni peccata purgari conveniebat. Et in genere quidem hæc facra piacularibus facris conveniunt; sed tamen magis proprie ita dicebantur vulgo, cum Urbs, vel agri, vel etiam univerfus populus luftraretur. Urbs luftrabatur, cum infignis aliqua cala-mitas accidifiet, vel ingens aliquod fcelus effet admissum, facrificio, quod Amburbium (b) vocabant, quia hostiam, quæ Amburbialis diceba-tur (c), circa Urbem ducebant (d): (am enim veteribus in compositione idem quod circum (e), fignificat & hinc latrare fape idem, quod ambire, notat (f). Similiter agri lustrabantur circumitione (g), & facrificio pro felici proventu frugum (b); quod facrificium inde Ambarvale est dictum, & a Fratribus Arvalibus peragi folebat. Populus. lustrabatur quinto- quoque anno a. Censoribus in campo Martis sue, ove, & tauro, circum exercitum dustis & mox immolatis; quod facrificium Suovețauralia, vel potius Solitaurilia (i) dicebatur: & hoc yocabant lustrum condere (k), ut jam fupra Sect. 1. c. 7. § 3. 6 Sect. 11. 6.0.5.3. diximus. Multis etiam aliis occasionibus. Iustratio adhibebatur, quæ fiebat spargendo adflantes ramo humido ex lauro (1), vel oliva (m).

6. IX.

⁽z) Ibid. 31, (a) Ibid. 49. (b) Vopisc. Aureliano 20.

⁽d) Lucan. 2. 502. (e) Cato apud Macrob. Sat. 2. 14.

⁽c) Law apas marrow 327, 1, 1(1) Signater Ovid. in 16, 334, (g) Virg. Ed. V. 74. (b) 1d. Goorg. L. 341. (i) Feft. bas V. (K) Livis I. 44. (i) Inven. 11. 157. (b) Virg. 11. 157.

⁽m) Virg. Aen. VI. 2294

6. IX. Tertia Sacrificiorum divisio.

Sacrificia etiam alia erant flata , & folemnia , quæ fiebant diebus feitis in Kalendario Romano notatis, & quos hic referre longum effet. Alia erant Fortuita & ex accidenti nata; qualia, verbi gratia, erant Expiaioria, & quædam facra, quæ in funeribus fiebant; ut Denicalia (n), & Novendialia; de quibus forte commodius dicemus, ubi funeris ritus explicabimus: alia autem ab his Novendialia erant (o), quæ prodigia procurandi causa (maxime cum lapidibus pluisse diceretur (p) per novem dies fiebant. Et hoc discrimen (inter itata scilicet sacra & sortuita) tam privatim, quam publice obtinebat, nam etiam tamiliæ quædam facra anniverfaria ha-bebant, quæ etiam ad hæredes transibant *; unde fine Jacris bereditas apud Plautum (9) procommodo, quod alicui sine ulla incommoda appen-dice obvenit, ponitur. Eaque sacra gentilitia dicebantur, quæ omnes unius gentis homines anniversaria faciebant (r). Talia fuerant Bacchanalia illa, quæ permittuntur apud Livium L. XXXIX. ·c. 18.

DE VASIS SACRIS.

S. X.

Acerra est arcula eburaria (s); vel, ut aliis placet, foculus, in quo thus accendebatur.

Thuribulum est vas, quo thus adoletur.

Præsericulum, vas æneum patens, velut pelvis, quo utebantur in facrario Upis Confive (t) *. Simpulum (u), vel simpuvium vas a sumendo di-

(n) Vid. Feft. V. Denicales ..

⁽⁹⁾ Vid. Ci. Ciericum ad cir. Livii loc.

* (Lege omn. Cic. de Leg. II. 19. 20. 21.)
(3) Capr. IV. I. 3. & Trin. II. IV. 33. Feft. his VV.

⁽¹⁾ Cie. de Har. resp. 15. (5) V. Virg. 2n. V. 745.

⁽t) Fest. bac V..

* (De faviss & de fate s. vase fatili V. supra p. 253.)
(u) V. Hadr. Jan. animadv. II. 10.

distum, ut vult Varro (w); quod priscis tempo-

ribus ligneum erat, vel fictile (x).

Guttum, quo vinum guttatim fundebant (v). Patera a patendo dicta, qua vinum Diis offerebatur (z); & fanguis victimarum (a) excipiebatur. Secespita est culter oblongus (b), vel ad jugulandam victimam, vel ad exta educenda in facris usitatus : dictus autem eft a secando.

Securis. & Malleus - quibus victima percutieba-

tur.

Aspergillum (Wylewast) factum, ex pilis candæ equinæ a quo ad luftrationes vice rami uteban-

Præterea habuerunt capides, (gutta.) * candélatra: ollas extares (d), tripodas, (qui mensæ usum præbuerunt, vel ad ornatum tantum sunt

habiti (e)) & multa alia.

Distinguendum hic porro est inter Aram & Altare. Altare augustum aliquid est, in quo victimæ adolentur; Ara, (quæ dista est ab anja, pro quo olim afa dixerunt (f); quia precantes, & jurantes, ut diximus, eam tangebant (R) Ara, inquam, erat, in qua supplicabatur tantum, aut libabatur. Altare Diis superis (b); Ara terrestribus & inferis statuebatur : licet his plerumque facra fierent in scrobe, vel scrobiculo (i). Sed hæc omnia sæpe inter se confunduntur. Erant quoque aliquando aræ subitariæ, e cespite vivo structæ (k).

CA-

⁽w). De L. L. IV. 16,
(x) Juven. VI. 341.
(y) Varr. de L. L. IV. 6.
(2) Virg. En IV. 60.
(a) Ibid. VI. 14?.
(b) Fest. in bac V.
(c) R. Mich. Ang. Causs. de l.: Chausse ap. Grav. T. V.
Thesaur. Ausiquite. Rome. p. 315,

*Varro p. m. 31.)
(d) Plant. Rud. I. II. 47..
(c) Causs. de Chausse d. I. P. 327.
(d) Plant. Rud. II. II. (Arama ab area., seu loco.puro distam vult Varro; sed, vide. Scal. Conj. Altara autem sinalization regulariter extulis Petronius Asto. 6. 135.).
(g) Propert. III. 19. 24.
(b) Virg. Ect. V. 65. & ibi Sarv.
(i) Ovid. Marama VII. 243.
(k) Herat. Od. J. 15. Sil. Ital. VII. 769.

LV.

De Tempore .

6. I. De Anno.

A D Pontificum curam etiam spectavit Ordinatio anni & temporis; cujus summa divisio est in

annum, menses, & dies.

Forma anni apud Romanos diversis temporibus diversa suit. Primus enim Romulus instituit, vel potius a Latinis institutum accepit annum dierum 304. (a) qui dies in decem menses erant divisi, eorumque primus erat Martius (b); quem deinceps reliqui eodem ordine, quo hodie sequebantur. Sed cum talis annus neque solis, neque lunæ cursui conveniret, Numa eum ad lunarem aoni formam redegit; quæ est dierum 354. horarum 8. minutorum, ut vulgo dicunt, 48. quibus tamen amore, ut fertur, imparis numeri unum diem adjecit; & ex aliis decem mensibus (qui absque eo triginta quinque vel triginta sex dierum fuissent) sex diebus detractis duos menses formavit, unum viginti novem, alterum viginti octo dierum, Januarium scilicet, & Februarium, quorum illum primum, hunc ultimum anni mensem statuit (c): sed hic postea, nec satis certum quando, inter lanuarium & Martium mensem est interiectus: Martium autem primo loco movit Numa, quod pacis potius, quam belli artibus studeret (d). Omnes menses imparem numerum dierum habuerunt, excepto Februario, qui ideo etiam fune-flus est habitus (*); nist id potius suerit, quia

⁽a) Aliser Plus. Ni ma p. m. 71. & Vid. Scalig. de emend. semp. II. p. m. 171.

semp. II. p. m. 171.
(b) Ovid. Fast. 1. to. (De Romanor, annis ac mensibus vide prater hodiernos Chronologos Liv. s. 19 & inprimis Censo. rin. de D. N.

⁽c) Ovid. Past. II. 49. V. Plus. Numa. p. m. 72. A. (d) Ibid. K. (c) Vid. Virg. Ecs. VIII. 73.

Parentalia festa majorum animabus placandis inflituta, eo mense suerunt celebrata (f.). Cum vero annus folaris lunarem quotannis undecim diebus, & quarta circiter diei parte superaret, fingulis bienniis mensis interkalaris fuit infertus post diem vigesimum tertium Februarii, qui dicebatur Merkedonius , & uno biennio viginti duobus, altero viginti tribus diebus constabat : & a Dea Merkedona, quæ mercedibus & pensionibus selvendis præerat, nomen habere creditur (g). At cum in co peccasser Numa, quod annum hunc lunarem uno die justo longiorem secisset, rursus hæc anni forma a cursu Solis recessit : itaque inflitutum fuit, five a Servio Tullio Rege, five a Decem - viris, ut vigesimo tertio, vel vigesimo quarto quoque anno Merkedonius mensis (b) omitteretur. Sed cum hæc interkalatio arbitrii Pontificum effet (i), illi pro libidine sua nunc plures sæpe dies, nunc pauciores interkalabant (k); ita ut tempore Julii Cæsaris initium anni per sexaginta septem diem retrocessisset. Nam-Pontifices, si, exempli gratia, citius aliquem magistratu abire vellent, pauciores dies interkala-bant: si publicanos pensiones serius persolvere cuperent, plures inferebant (1). Ergo. Julius Cæfar, rerum potitus, annum ad curfum folis reformavit (m), & justit, ut A. U. 708. fexaginta & feptem illi dies una cum Merkedonio mense adjicerentur; ita ut annus ille (qui annus confusionis dicitur) dierum esset 445. Porro vero constituit, ut annus in posterum constaret diebus, 365. & horis fex, quæ horæ quibusque quatuor annis unum diem afficientes, post sextum Kalendas Martias, hoc est, 23. Februarii insererentur; unde is annus biffextilis (quod fextus dies ante Kalendas Martias bis numeraretur) est dictus : & hæc forma anni est, qui hodie Iulianus, five stili veteris vulgo dici-

tur .

⁽f) Dvid Fast II. \$130 (g) Vid. Scalig. de emend Tem. II. p., m. 1770. (h) Vid. Gronov. Observ. II. 18. (i) V. Malasp ad Cio ad Ass. V. 9. (K) Vid. Manus. ad Cio. Famil. VII. 2. in f. (l) Sues Jul. 49. (Censor.) (m) Vid. Amm. Mare. XXVI. 22

tura De anno Gregoriano, five fili novi, ut vocant . dicere ad institutum nostrum nihil attinet .

& II. De Menfibus .

Menfes eadem fere nomina olim, que hodie apud nos, obtinuerunt: quorum ratio paucis verbis reddenda venit . Januarius menfis, qui annum aperit, a Jano, temporis Deo, est dictus (n). Februarius a februando, five purgando, quod tum populus purgaretur (ο): unde Græcis καθάρσιος, hoc est, expiatorius appellatur (p). Martius a Marte, cui sacer suit. Aprilis ab aperiendo, quod tunc terra mater fua vifcera recludat : alii axò The 'Appolitus, a Venere deducunt, cui eum tanquam generis fui per Æneam auctori sacraverit Romulus. Majus in honorem majorum (q), five seniorum; quemadmodum Junius in honorem In-niorum dicitur: licet alii Majum a Maja (r) Mercurii matre ; alii denique a Majestate Dea , quæ Honoris & Keverentie filia fuit , dictum velint: Junium vero a Junone, unde Junonius, & Junonialis apud quosdam Latii populos est distus (15) . Julius mensis olim ab ordine Quincilis; (scilicet a Martio initium faciendo) postea in honorem Julie Cafaris Julius est appellatus; & eadem ratione sequens mensis Sextilis a Julii Cæfaris successore Augustus dicitur. Reliqui menfes ab ordine, quem post Martium mensem ob-tinebant, September, October, November, Decem-ber sunt disti. Postea etiam per adulationem in fequentium Principum honorem menses quidam ab iis sunt denominati; ut September Tilerius (t); Ottoler Livius in honorem Tiberii, ejusque matris, (quod tamen ipse sieri vetuit) iidemque menses postea Germanicus & Domitianus in honorem Imperatoris cognominis appellati funt

⁽n) Supr. felt. IV. c. 1. 5. 14. (o) Supr. c. prec. 9. 2.

⁽p) Plur. Rom. (q) Ovid Faft. V. 57. feq. (1) Ibid. V. St. feq. (5) Id. Faft. VI. 6v. feq. Feft. V. Junius.

funt ("). Imo Commodus Imperator omnibus mensibus nomina a suis cognominibus desumpta imposuit: sed hæc omnia, ut usus testatur, post mortem eorum Principum funt abolita (x). (Qui menses Neronei, Claudii, Germanici cognomina habuerint, vid. ap. Suet. Ner. 55. Tac. Ann XX.

74. & XVI. 12.)
Divisi erant Menses in tres partes a Kalendis, Nonis , & Idibus dictas . Kalenda dicuntur primus dies cuiusque mensis, a verbo antiquo Kalo, hoc est, uoco; quia Pontifex Kalando, sive vocando novam lunam populo nunciabat (y). Et Kalendis quidem Januariis munusoula sive strenas sibi invicem mittehant, ut hodieque sæpe sieri assolet (z). Omnium autem mensium Kalendis pecuniæ -fœnori datæ exigi solebant *; unde liber, in quo debitorum nomina scribebantur, Kalendarium dicitur (a). None mensibus Martio, Majo, Julio, & Oftobri sex dierum, reliquis quatuor dierum erant; & nomen sortitæ sunt, quia ad eas ab.Idibus retro novem dies numerabantur (b) . Idus probabiliter and Te ifeir, five a videndo funt dicta ; quia tum. Luna plene conspiciebatur : vel, juxta alios, ab. iduando (c); quod verbum Etrufcorum lingua fignificavit dividere, quia Idus menfem fere medium dividunt (d). Kalenda in Junonis (quæ inde Juno Kalendaris (e est dicta) Idus in Jovis tutela erant (f). Ratio denique dies more Romano numerandi e quovis Kalendario peti potest. **.

G. HIT.

⁽u) Id. Domis. 13.
(z) Lamprid. 11. Suid. V. Képepolas.

⁽y) Varr. de L. L. V. 4.

⁽²⁾ Onid. Faft. 1. 185. fee - Sues. Coj. 42-* (Horst. Epod 2. f. (2) Vid. Celeferr. Noode de fanere II. 1.

6. III. De Die.

٩

Dies Civilis apud Romanos, sieut apud nos hodie, incipiebat a media noche (g) † Partes ejus erant Media non, Media nochis inclinatio, Gallicinium, Consiciaium (b), deluculum (i), Mane, ad Meridiem, Meridies, Meri-diei inclinatio, Sol occasus, vel suprema sempestas (k), Vesper, Crepusculum, Prima fax, Con-cubium (l), Non intempessa, Ad mediam notiem, Sed alias dies, ut & nox, in quatuor partes, encubias, five vigilias dictas, erat divisa.

L IV. De diebus festis & profestis.

Dierum porro alii funt Festi, alii Profesti. Festi dies funt, qui Diis sunt dicati; ilsque insunt (m) Sacrificia, de quibus fatis diximus: Epula, cum dies divinis epulationibus celebrabatur; Ludi, qui in honorem Deorum fiunt, de quibus capite se-quenti; & denique Feria. Feria dicuntur a Graso verbo isigr, hoc est, festum diem agere; olim enim Festas eas vocarunt (n). Fuerunt hæ Feriæ vel Publice, vel Private: Publice rursus erant vel Stative, vel Conceptive, vel Imperative. Stativarum feriarum præcipuæ fuerunt Agonalia acta in honorem Jani idibus Januariis (o); Carmentalia acta in honorem Carmentæ (cujus templum erat Regione Urbis VIII. eam plurimi memorant conjugem fusfe Evandri Arcadis, & versibus oracula solitam red-

⁽g) Macrob. Satura. I. 3. † (i. a. in definiendo die mensis; non in horis numeran-dis : unm earum ratione dies dividebatur in horas XII. sive longus esset, sive brevis. Eod. modo etiam non. Ita oriente longus estet, sive brevis. Eod, modo criam noras XII. sive fole numerabatur hora prima dici, & sic porro usque ad XII. Tum post occass. Solis tursum hora prima nostis F. R.)

(h) Plaus. Asm. III. III. 95.

(i) Id. Ampb. II. II. 105.

(k) Lex XII. Tabb. ap, Gell. XVII. 7.

(l) Plaus. Trin. IV. II. 44. quod sempus eleganter desserbits Virg. En. II. 263.

(m) Macrob. Saturn. I. 16.

(n) Vid. Vosii Etym. Voc. Pestum.

(o) V. Ovido Past. I. 117. seqq. (ubi in vocis etymog linguist.)

quas Conful, Prætor, vel Pontifex Maximus ur-Rente necessitate indicebat, five imperabat (b): cuius generis fuerunt Novemdialia, maxime indici folita, cum lapidibus pluisse nunciatum effet (c). Private ferie erant fingularum familiarum. vel hominum: erantque vel stative; vel celebrabantur occasione natalium (d), susceptionum fulgurum (e), (quemadmodum Flaminica, quoties tonitrua audiisset, seriata erat, donec placasset Deos (f)) & expiationum, vel funerum. Publicz

feriæ indicebantur a Rege facrorum (g), & a Prætore (b): ab illo, ut facra rite peragerentur: ab hoc, ut a negotiis forensibus vacaretur: nam nul

(p) Plus. Rom. p. m. 31... (q) Ovid. ib. 461.

⁽⁹⁾ Ovid. ib. 461.
(1) Ibid. 617.
(ex. 1. Edit. supplevimus.)
(s) Ovid. Faft. II. 207. 421. segq.
(t) 16. III. 170. segq.
(u) Seff. II. c. 2. §. 2. & bujus Seff. c. 1. §. 2.
(x) Ovid. Faft. I. 669.
(y) Ibid. 657.
(z) Selt. X. 22.
(b) V. L. 26. §. 7. ff. ex quib. cauf. majs.
(c) Liv. I. 11.

⁽c) Liv. I. 31-(d) Ovid. Trift. III. 13. feqq. (c) Macr. Sar. I. 16. (Liv. III. 5.) (f) August. de Civ. D. VI. 10. (f) Varre de L. L. V. 3. (h) Gell. X. 24.

nullum opus feriis facere licebat, nisi quod intermissum noceret (i). (Justiti non meminisse au-Gorem, miror. Id autem indicebatur tum ob res. publice lætas ad supplicationes aut ferias agendas, Horat. IV. Od. 2. 43. tum in mœrore publico, & in primis exorto tumultu ad delectum habendum. Exempla illustria funt ap. Liv. III. 3. 5. & IX. 7. Svet. Tib. 52. Tac. Ann. II. 82. III. 6. Vid. & Pedo ad Liviam vers: 185. seq. Cessante caussa, remittebatur Juftitium, Liv. III. s. Tae. Ann. III. 7. &c. Fusius hæc peragit Brisson. de Form. p. 259.

De Diebus profestis ..

Prosesti dies funt, qui ad administrandam rem publicam, privatamque hominibus funt concessi. Hi rurfus erant vel Fasti, (Græcis Sinegues (k), vel irsixoi) quibus Prætori tria illa verba (1), Do, Dico, Addico (nam his, ut diximus, omnem suam jurisdictionem absolvebat) fari li-Cebat; vel Nefasti, (Græcis абікої апрактої (m), vel αποφράδες) quibus id non licebat, quales erant omnes feriæ, quando res prolatæ effe dicebantur (n) (vacantie); cui contrarium est, cum res redriffe dicuntur (o): & præterea vindemiarum & messis tempore res prolatæ erant (p). Vel denique erant dies Intercisi (q), vel Endocisi (aliis Endotercisi), ut olim dicebant, cum quibusdam horis jus dici posset, quibusdam licitum non effet; qui in fastis ita notantur, F. P. vel N. P. hoc est, fastus prior, vel nefastus prior. Nefastos autem imperite vulgo cum religiosis diebus confundunt, qui erant trifti omine infames impediti-

⁽i) Virg. Georg. I. 268. Tibull. II. 1. 9...
(k) Pollux VIII. V. 26. ex Menandr...
(l) Ovid: Faft. I. 47. feqq...
(m) V. not. ad I. Poll. modo d...
(n) Plant. Cap. I. 1. 10. Gr feqq... V. omn. Man. Gr alics ad Cic. Ass... VII., 12. Gr ad Or. pro Mur. 13.

⁽ o) id. pro Sext. 61. (p) Stat. Sylv. IV. 4. 40. l. 1. pr. ff. de feriis. (9) Ovid. d. l. 49.

ditique, ut dies Alliensis, de quo mox (r): licet tamen verum sit, nefastos dies aliquando improprie pro infamibus poni (s); guemadmodum etiam apud Græcos nuipa amonoas (t).

6. V. De aliis Dierum Discriminibus .

Rursus alii dies erant Comitiales, quibus Comisia haberi poterant (u); alii dicebantur Nundine, quan Novendine, quod nono quoque die redirent: (nam a Nundinis ad Nundinas novem dies erant, diversi octo, intermedii septem (x)) cum rustici ad mercatum, judicia & leges accipiendas ferendasque in Urbem venirent, &, post legem Hortensiam, ad lites quoque curandas (v): nam antea fuerant nefasti. Praliares dies erant, quibus fas erat res repetere, vel hostes lacessere (z); ifque opponuntur Non preliares, ut Dies atri, qui erant postridie Kalendas, nonas - & idus cujusque mensis: nam ridicule infaustum aliquid in particula post inesse credebant (a). Et ita etiam Græci dies prosperos nuépas heuxas vocant (b); quemadmodum e contrario Dion. Halic. IX. c. 23. diem, quo Fabii ad Cremeram fuvium funt cæfi, μέλαιναν καί αποφράδα vocat. His diebus nihil publice geri poterat; sed tamen recte distinguendi funt a nefastis: ferra enim; ut vidimus, erant dies nefasti; fed nihil minus, quam atri. Inominales dies erant quartus ante Kalendas, nonas & idus cujusque mensis (c); & etiam quædam feriæ. Denique dies Alliensis (d) infaustisfimus habebatur; quod eo die, qui erat XV. Ka-

⁽¹⁾ Gell. IV. 9
(2) Horat. Od. II. XIII. 1. Swat. Tib. 35.
(3) Lucian Timona p. 137. ed. Grev.
(4) Ovid. Faft. 1. 53. Tac. Ann. XIV. 12.
(5) Dion. Halt. VII. 52. Varr de R. R. 11. init. lices bodie quidam diversum sentians. (V. 100 ad p. 40.)
(7) Macrob. Satur. I. 15.
(2) Ibid.
(3) Id 1b.

⁽b) Menand. ir Asunadiat p. 1121 ed. Cl. Gler. (c) Vid. Gell. V. 17. (& Benl. ad Hotat III. 14. 11.) (d) Ouide in loin. 219. Cie. Assie. IX. 4. Tac. Hift.

lendas Septembres, Romani ad Alliam fluvium a Gallis, & ad Cremeram a Vejentibus cæsi sue-

ram (e) .

In jure nostro invenimus dies Comperendinos (f), quos litigatores sibi invicem in diem perendinum denunciabant; dies Seatos, qui judicii cum peregrino, sive cum boste (g), (ita enim peregrinos vocabant (b)) caussa instituuntur; & dies justos, sive triginta dies, qui dabantur ex Lege XII. Tabularum consesso, vel condemnato ad pecuniam conficiendam, vel alio modo sententia judicis satisfaciendum (i).

CAPUT V.

De Ludis Romanorum.

De Ludis publicis.

AD Sacra etiam pertinebat cura ludorum publicorum; qui fiebant, vel Deorum immortalium ire placande; vel benevolentie conciliande (a); vel pro salute Populi; vel, ad Populi gratiam demerendam (b).

Dividi possunt primo quidem a forma in Circenses, munera sive spectacula gladiatorum, & ludos Scenscos: deinde a tempore, quod suerunt, vel

Stati , vel Votivi , vel Extraordinarii .

S. I. De Ludis Circensibus.

Ludi Circenses primum a Romulo occasione raptus Sabinarum sunt instituti (c) in honorem Dei Consi, (qui, ut diximus, idem ac Neptunus suisse videtur (d) unde Consules sunt disti, & in Campo Martio primum yidentur celebrati, Circenses autem primum dici coeperunt, cum Tar-

⁽c) Liv. VI. 1.
(g) Plaur. Curcul. I. 1. 5.
(h) Feß. V. Sratus dies. Cic. de off. I. 12.
(i) Gell. XV. 13.
(i) Jell. XV. 13.
(b) Vid. Cic. de Off. II. 17.
(c) Vid. Virg. Mu. VIII. 653.
(d) Aufon. Epigr. 69.

Tarquinius Priscus Circum (imminor liampor Vocat Plutarchus Paulle Em. p. m. 272.) Romæ exftruxisset () in Valle Murcia inter Aventinum & Palatinum montes, qui postea, distinctionis causfa, cum plures Circi ædificarentur, Circus Mazimus fuit distus. Ejus longitudo fuit stadiorum trium cum dimidio, sive passuum 437- latitudo unius stadii, sive passuum centum viginti quinque. Circum ejus aream erant gradus, five fedilia, que fori dicebantur; quos initio fibi quifque faciebat (f), donec a Tarquinio Superbo lignea & permanentia sedilia (g), postea ab aliis lateritia, & denique marmorea funt facta; que triplici porticuum ordine sustentabantur. Et dicitur quidem Tarquinius Priscus jam loca Patribus & Equitibus adfignaffe (b), (certe fingulis Curiis loca fua adfignavit, Circo in triginta partes diviso (i), (sed tamen libera Republica rursus promiscue spectarunt, donec primum Augustus (k), mox Claudius (1), & demum Nero (m) (ac Domisianus) varios ordines iterum separarunt : Augustus nempe & Claudius Senatores, Nero (& Domitianus) etiam Equites *. Capiebat Circus loca, ut, qui minimum dicunt, 150000 (n), ut, qui plurimum, 485000. (o). Circuitus-ejus erat mille passum, sive stadiorum octo. In altera extremitate Circi, quæ in hemicyclum definebat, incens erat oftium Maniano subjectum; qualia. etiam duo erant a lateribus: in altera vero extremitate, quæ restilinea erat, duo erant mæniana (p) ad angulos, & in medio unum, cui rurfus ingens offium erat subjectum: atque in horum. aliquo videtur fuisse cubiculum principis (q), cui, Circum ingredienti, ab omnibus affurgebatur (r), & plaudebatur (x); in alio forte locus Editoris, quod.

⁽c) Liv I. 35. (f) 1bid. (g) 1bid 56.
(h) Liv d. c. 35. (4) Dion. Halis, 111. 68.
(k) Svet. Aug. 44. (1) Id. Claud. 21. (m) Id. Ner. 11.
(m) Martial. V. Epigr. 2. 14. 24. 26. 28. 36. & alibi. Suet.
Domit. 8. v. (upra p. 40.)
(n) Dion. Halis. 111. 68.
(o) Notitia dign. Imp. Occid. 13.
(p) Vid. de menianis DD. ad 1. 242. 6. 1. ff. de V. S.
(c) Eftum cum alis. (q) Svet. Ner. 12.
(c) Plin. Pangg. p. 158. ed. Trajeff. 1632.
(a) Cic. pro Suet. 50.

wood munus fæpissime substinebat Prætor (r). Ex ntroque latere offii, quod erat in parte rectilinea, fex erant offia minora, unde equi emittebantur; quæ dicebantur Carceres (u), (Gr. ouxan. vel βαλβίς (v)) & cancellis erant claufa: hæc autem universa Circi extremitas Oppidum dicebatur (w). Ante carceres stabant duo Hermuli. five figna Mercurii, funem, vel carenulam te-nentia; ne equi ante datum fignum excurrerent (x; cujus loco alba linea aliquando videtur fuiffe ducta; five sulcus transversus creta repletus (y); ad quam a moratoribus frontes equorum equabantur, ne ante justum tempus lineam tranfilirent (z; & hinc jam eleganter admodum Ho. ratius, Epift. I. XVI. vers. 79. mortem vocat ultumam lineam rerum. Area Circi, five arenaadversus ferarum eruptionem non tantum clau-Aris erat circumdata; fed etiam Euripo. (a), five canali, qui a Nerone quidem sublatus (b). at postea ab aliis Principibus restitutus suit (c). In medio Circi murus erat latericius, duodecim circiter pedes latus, altus quatuor, qui dicebatur Spina (d); quia tanquam Spina dorfi corpus humanum, ita ipse Circum secabat: ad hujus spinæ ambas extremitates columnæ, five pyramides erant tres in formam coni, vel cupressi, circumquas currus flectebant; ita ut spinam & metas femper a finistra haberent (e); exque dicebantur-Meta (f); unde proverbiali locutione a carceribus ad metas, pro ab initio ad finem dicimus . In media spina ab Augusto Imperatore positus fuit Obeliscus, altus pedes centum triginta duos ex Ægypto advectus, qui Soli facer erat : nec.

⁽t) Jeiven, X. 36.
(u) Varr. de L. L. IV. 32. Virg. Georg. I. 512.
(v) Lucians de non sem. cred. eal. p. m. 413.
(w) Vetus Peeta ap. Varr. de L. L. IV. 32. Vid. Siden.
Apoliin. carm. XXIII. v. 317.
(z) Coffiedor. Variar, III. Epig. 51.
(y) Cic. de amic, c. uls. Lucres. VI. 91. uterque omu.

vidend.

⁽c) Vid. Cl. Erev. Pref. T. IX. Ant (c) Vid. Sues. Jul. 30. (b) Plin. H. N. VIII. 7. (c) Vid. Lampr. Heliog. 2. 23. (d) Caffod. l. d. (c) Vid. Am III. 2. 73. Lucan. VIII. 2000. (f) Vid. Horas. Od. I. 1. 4.

onge inde alius erat pedum octoginta octo in honorem Lunz erectus (g). Przterea hic erant zdiculæ quædam, statuæ, & aræ Deorum, delphines & ova : de quibus mox plura. Et hæc de forma Circi.

Ante ipsos ludos statuæ Deorum in Tensis (b) fuis, five Ferculis celebri Pompa (i) per Circum traducebantur. Atque (k) in ea pompa præterea erant procerum filii pubertati proximi equis invecti, quorum patrés erant ordinis equestris; ceteri pedibus, qui in pedestri ordine erant militaturi: illi in alas & centurias; hi in classes, & ordines distributi. Inde fequebantur curruum, & equorum fingularium agitatores: & post eos athletæ pudenda tantum velati: tum faltatores, tibicines, citharistæ; ministri, qui thuribula argentea & aurea, & facra publica ferebant: denique Deorum simulacra hominum humeris portata. Et hac pompa peracta Consules & Sacerdotes facra faciebant.

§. II. De Variis Circensium generibus.

Ludorum Circensium fex potissimum genera suerunt : Curlus nempe, Lutta, sive certamen gymni-sum, Ludus Troja, Venstio, Pugna equestris & pedestris, & denique Naumachia. Præcipue tamen Circenfium appellatio equorum curfibus adhæfit, quibus fupra fidem & modum delectabantur Romani (1).

De Curlu .

Currebant vel Curribus, vel Equis; & Equis quidem vel Singularibus, vel Defaltoriis, cum in ipfo curfu ex uno in alterum transilirent (m).

Aurige (qui fere crant homines ignobiles, & plerumque fervi, donec corruptis Reipublicæ moribus nobiliffimi quique, imo multi ex Impe-

⁽g) P. ViHor. de reg. Urb.
(h) Fid. Sues. Jul. 76.
(i) Ovid. Amor. III. 11. 42. Vid. enem. Voff. de Idol.IL 10.
(k) Diom. Halic. VII. 71.
(ii) Fid. Juvem. III. 213. VIII. 118. X. 78. XI. 195...]
(m) Propert. IV. II. 35.

ratoribus, sese turpissime huic studio dedegreges, five focietates (quas proprio nomine fa-ctiones (n) dicebant) colore vertium distinctas (o). Vocabantur autem factiones Albain, que albis; Ruffata , quæ rubris sive ruffis; Veneta , quæ venetis, five teruleis (p); & Prafina denique quæ porraceis (moavor Græcis est porrum) five viridibus vestibus utebantur (9); sed harum fa-Alionum præcipuæ erant Prasina & Veneta (r). Domitianus Auratam & Purpuream factiones adjecit (s); sed earum rarior occurrit mentio. Hæ factiones universum populum in varia studia scindebant (1), ita ut pro hac vel illa factione iponsionibus certarent (u; & aurigis identidem nummos oftenderent, qui victori contingerent, ut eorum spe majores conatus ederent (*); imo ad atrocissimas seditiones aliquando hæ contentiones eruperunt (y). Et etiam Principes (sed nequiores sere) sactionem aliquam sibi dilectam habebant : quod de Cajo, Nerone, Vitellio, Vero Imperatoribus II. citt. videri potest (2).

Currendi porro ratio bec fuit : Curribus ante carceres stantibus eo ordine, qui sorte obtigerat (a), (nam multum referebat ex quo quis oftio emitteretur; qui enim ex extremo oftio verfus Circi latus emittebatur, longe majus fpatium absolvere debebat, quam ille, qui spinæ erat proximus.) ille, qui ludis præsidebat, mappa (b), vel panno (c) misso signum cursui dabat. Tum statim (d) catenula Hermulorum dimissa in cursum essundebantur a dextra parte Circi

```
(n) Fest. hae V.

(o) Ovid. Am. III. 2. 78.

(p) Sucr. Virell. 14.

(q) Sidon. Apoll. carm. XXVII. 313.

(1) Martial X. 88.
```

⁽¹⁾ Martial X. 48.
(3) Suec. Domit. c. 7.
(1) Ovid. Amor. III. 2. 67.
(1) V. Javen. XI. 195. & fegg. Mart. XI. 1.
(2) V. Javen. XI. 195. & fegg. Mart. XI. 1.
(3) Juer. Claud, II.
(7) Vid. Minut. Fel. p. 42. ed. Oiz. & ibi Oiz.
(2) Sect. Cajo 55. Ner. 12. Vie. 14. Capicol. Vero 4.
(3) Vid. Virg. En. V. 132.
(4) Martial. XII. 29.

G. Martial. XII. 29.

G. Martial. XII. 29.

⁽cy Juven. XI. 195. (d) Vid. elegantem locum Lucret. Il. 1650

circum metas arctissime sinistram versus (e) ; quique primus illud curriculum septies (f) absol-visset (quod maxima artis & industriæ suise, facile potest concipi) victor erat (g) . Hæc autem septem curricula unus Missus dicebantur; quales viginti quinque fere quoque Circensium die absolvi tolebant (b), aliquando magna quadam festivitate plures (;): &, ne in numero curriculorum erraretur, ex feptem deiphinibus, (& hoc quidem, quia ludi Circenses primum in honorem Neptuni, cui hac animalia sacra sunt, suerunt instituti) vel (k) ovis ligneis columnis in spina stantibus impositis (1) quoque curriculo unum tollebant; vel, ut vult Cl. Grævins. (m) (qui etiam aelphinas illos & ova paullo aliter explicat) columnis ea imponebant. Finito missu auriga in Ipinam defiliebat; &, postquam voce præconis victor pronunciatus effet (n), præmium accipiebat: quod fæpe ingens erat, etiam in pecunia numerata (o)

Secundum ludorum Circenfium genus fuit Gymnicum, five Arbleticum; quod eorum erat, qui virium vel velocitatis gloria certabant, & comprehendit Curfores, Pugiles, & Luttatores (P). Originem habuit a Græcis (q), quod ex nomine patet; dicitur enim certamen Gymnitum a Græco γυμνός nudus; quia nudi certabant, pudenda tantum subligaribus velati . Hinc etiam Gymnasum dicitur locus, ubi aliquis quavis ratione exer-

cetur:

⁽e) Ovid Amor. III. 2. 12. & 65, foqq.

(i) Varro ap. Gell. III. 14.

(g) Propert. II. XV. 65,

(h) Varro ap. Serv. ad Virg. Georg. III. 12.

(i) Suer. Domit. 4.

(K) Liv. XLI. 27. Javen. VI. 590.

(l) Dio L. XLIX. circa fin.

(m) Pref. Tom. IX. Annig. Rom.

(m) Pref. Tom. IX. Annig. Rom.

(m) Vid. Virg. En. V. 245.

(p) Dion. Halic. VII. 73.

(q) V. Horat. Ep. 11. 132. (Varias artis Gimpañicz species enumerant Propert. III. 12. & Martial. VII. 31. Tom pizter Mercurialem de hac arte, que tam ad militiam & medicinam, quam ad athletas pertinet, doct ac fue discunt Auchores Histor. Acad. Lit. Parij. T. I. p. 108. Vide criam corumdem Memor. I. II. p. 110. & 150. de jaleatione p. 157. de sperifica, p. 270. 303, 329. (eqq. de Athletis, T. IV. 2p. 316. de juste, p. 333 de Pagilaru, p. 388. de Carju, p.441. de Pentathie, p. 458. de Disco.)

cetur: Athleticum quoque dicitur vel a Graco 29 hos, certamen, vel ab 29 hov, quod certaminis pramium notat; quamvis hoc nomen pugilibus tantum proprie & luctatoribus adhæferit.

Cursus certamen eadem ratione instituebatur, ac id, quod equorum erat & curruum; ut scilicet ex quaque factione unus vel plures currerent. Hi aliquando cum aurigis per aliquod spatium smul vecti postea desiliebant, & Parabata dicebantur (r). Conficiebant autem quandoque, teste Plinio H. N VII. c. 20. passum CLX. millia & ultra.

Pugiles dicti funt a pugno, ut Græcis muxene a mue, quia pugnis castibus armatis certabant (s): Ceftus autem fuerunt genus chirotecharum ex corio (t), quibus plumbum, vel ferrum erat infutum, ut ieus effent graviores (u); & loris firmitatis caussa ad humeros & brachia alligabantur (x). (v. omn. Lamb. Bof. in Auxp. ad 1. Cor. IX. 27. & prov. Os pugilis,

De Lucta.

Lulla est, cum alter alterum in terram brachiorum viribus proflernere conatur, quæ Græ-cis πάλη dicitur; unde locus, ubi exercebantur luctatores, dicebatur Palastra; quamvis ea vox sæpe pro ipso exercitio (y), sæpe pro quovis gy. mnasio ponitur, veluti apud Martialem IV. n. 8. ut mihi quidem videtur. Luctatores oleo, vel ceromate ungebantur (2), ut membra eorum agiliora essent; & rursus pulvere, vel arena confpergebantur (a), quod facilius possent prehendi (b) (& ad fudorem comprimendum. V. Mercur. de arte gymnastica F. R.): unde Anacharsis Scytha philosophus oleum vocavit

⁽¹⁾ Dion. Halic. VII. 73.
(2) Herat. Serm. II. 1. 26.
(1) Virg. Æn. V. 404.
(2) Cic. Tufc. 9. II. 17.
(3) Virg. Æn. V. 415. Proper. III. 17. 9.
(7) Terens. Eam. III. 2. 24.
(2) Juven III. 68.
(2) Juvet. Ner. 45.
(b) Lucian. de Gymnaf. non procul ab inje.

marias papmanor, quod eo unchi Athleta. ut infani, in amicos pugnarent (c): & hinc etiam decus olei pro praftanti arblera ponitur apud Catullum LXIV. verf. 62. Omnes autem Gymnici exquisitissima (d) diæta, & multa exercitatione utebantur (e). Et etiam hyeme exercebantur in loco testo, qui Xystus dicebatur: Xystum vero erat locus apertus, ubi sudo cælo se exercebant Gr. meeispours (f). (Hanc distinctionem nihili esse. docet Gudins ad Phædr. II. fab. v. 18.

Præterea inter gymnicos ludos erat Saleus. & Difei jactus (g); & quia ita quinque exercitii generibus hi ludi constabant, Græcis Πεύτα Αλον • (b) & Narxparior, Latinis Quinquertium (i) funt disti: sed duo posteriora genera raro, aut

nunquam apud Romanos ufitata fuiffe videntur. De Ludo Troise

Tertio: in Circo etiam Ludus Troie fiebat a pueris nobilibus (k) majoribus & minoribus (1), turmatim in equis discurrentibus & speciem ludicri certaminis exhibentibus; quod graphice describit Virgilius En. V. verf. 561. Jegg.

De Venationes

Quartum spectaculorum Circensium genus erat venatio; quæ crat pugna ferarum inter fe , vel cum hominibus: vel etiam, oftentatio tantum & traductio ferarum per Circum: vel denique etiam, dusus ferarum mansuefattarum altarumque, ut leonis & leporis (m): ad quam exhibendam Circus aliquando in modum svivæ arboribus replebatur (n) · ·

⁽c) Diog. Lastr. I. 104.
(d) S. Paul. 1. ad Corinth. 9. 25.
(c) Vide Horat. de Arte 413.
(f) Virew. V. 2. & ibi Philand. Vid. Sust. [Aug. S. 5.
Galba 15. coll. c. Piut. Galba p. m. 1050.
(g) Martial. XIV. 162.
(h) Plim. H. N. XXXIV. 8. (Epic. Manual. 25. 2. [ubi etiam lectu digna de Athletatum dixta invenica, F. R.)
(i) Fest. bas v. (Et qui quinque his certam. genet. victoi fusier vocabatur Quinquerrio. 16.)
(K) Tasic. Ann. XZ. u. (D. Sust. Jul. 19.
(m) Martial. 1. 6. 14. & alibi.

De Puena Gc. ac Naumachia, Gc. 241

(n). Prima venatio suit L. Metelli (o), qui A. U. 503. elephantos centum quadraginta duos, depoenis captos, in Circum induxit; quos jaculis. interfectos tradunt penuria confilii, quoniam neque ali placuisset, neque donari Regibus. Postea hæ venationes sæpissime sunt repetitæ, feris omnis generis incredibili multitudine (p) & immani sumptu ex distitis regionibus Romam advectis (a). quæ, donec ludorum tempus appeteret, in Vivario fervabautur, & faginabantur (r). Hæ feræ aliquando ab ipso Populo jaculis interficieban. tur; aliquando inter se pugnabant, vel cum Befinitis (1), qui erant, vel ad hanc poenam damnati (200 in Christianos (1) frequentissimum erat) vel sponte pugnabant (u), sive ferocia, five auftoramento indufti; qui tamen infames vulgo habebantur (x).

De Pugna equestri & pedestri.

Quinto: pugna equestris & pedestris ad imagi-nem veri belli fiebat; castris etiam quandoque in Circo positis (y), ita ut multi sæpe occiderentur: & ad hunc modum Claudius Imperator in campo Martio expugnationem direptionemque oppidi edidit (z).

De Naumachia.

Sexto: Naumachia, sive pralii navalis assimilatto primis temporibus etiam in Circo edita fuit aqua per subterraneos meatus in eum inducta, tum ad delectationem, tum ad exercitium: po-ftea vero folo excavato (a) Naumachiæ hinc inde constitutæ sunt, in quibus justis pene classibus certabatur (b).

Lu-

⁽n) Vapifcus Proto 19. (o) Plin. H. N. VIII. 6.

⁽p) Ibid. 16. & feq. (q) Coclius ad Cic. Famil. VIII. 2. 4. 6. Die LV. p.m. 377.

⁽q) Lexius au cic. Famin Vill. 27. Die 27. Procesp. de bell. Goth. I. (s) Cic. in Vasin. 17. (t) Procesp. de bell. Goth. I. (s) Cic. in Vasin. 17. (t) Cyprian. Epift. 34. (o) Juven. VI. 99. (x) L. 1. § 6. ff. de pofiul. (y) Suer. Jul. 39. & Domis. 4. (2) Id. Claud. 21. (a) Martial. de fpeffac. 26. (b) Facis. Ann.XII. 56. Sues. Claud. 21.

242

Ludi scenici, & Gladiatores etiam quandoque in Circo funt dati; sed nos de illis seorsim dice-

Pompa Circensium temporibus Constantini Magni fublata fuit, cum ille gentilium ritus averfaretur; & circa idem tempus Naumachia desifse videtur; pugnas vero equestres ac pedestres ad lustinianum usque obtinuisse verosimile est: reliqua spectacula, Roma a Gothis A. C. 419. capta, funt abolita; fed Constantinopoli curule certamen, usque dum Urbs a Latinis, vel potius Francis & Venetis A. C. 1204. expugnaretur. permanfit.

6. III. De Gladiatoribus.

Alterum ludorum genus fuit spectaculum Gladiasorum; quod clim omnium celeberrimum, & populo gratissimum suit (c). Unde lege Tullia Ciceronis vetitum suit, ne quis biennio, quo peteret, Gladiatores daret (d). Hoc propria voce dicebatur Munus (e); quia munus, five off-cium se mortuis præstare putabant; hinc Munerarius & Munerator (f) est dictus, qui hos ludos edebat, qui etiam Editor (g), & Dominus (b): & hic per dies , quibus Gladiatores dabantur , licet privatus effet, infignibus tamen magistratuum utebatur (1).

Exemplum rei ab Etruscis; origo a funeribus fuit : quia olim captivis ad sepulchrum mactatis cæsorum manes placari credebant (K). Hoc prætextu ergo Romæ primum publice Gladiatores. funt dati a Brusis fratribus (1) A. U. 490. in funere patris sui (m), & prisca quidem Repu-

blica

(f) Flor. III, 20.

⁽c) Cie. pro Sext. 58. fegg. (d) I pfe pro Sext. 64. In Vat. 15. (c) Suet. Jul. 26.

⁽g) Capitelin. M. Anton. Phil. 13.

lios refers Kipping.

blica nonnisi in funeribus illustrium virorum; sed mox quoque in privatorum (n), & denique etiam in mulierum funeribus funt dati (0): pro-ceffu vero temporis voluptatis tantum, & Populi gratiam czptandi caussa Gladiatores dari coeperunt (p). Dabantur autem a magistratibus: ut primo ab Ædilibus (5), ad quos proprie ludorum cura spectabat; tum a Prætoribus (r), & ex instituto Claudii a Questoribus (1); a Consulibus (t), & a Sacerdotibus aliquando, ut videtur (u), fed rarius dati funt . Postea ex instituto Alexandri Severi Imperatoris Arcarii eos dederunt ex area fisci (z); denique Imperatores, & uno verbo omnes, qui gratiam l'opuli captabant.

In Provinciis etiam a Regibus (a) & Fræsidi. bus earum, & in coloniis ac municipiis ab eorum magistratibus sunt dati ; & denique etiam a privatis, & quiden vilistimis (b). (sed sub Tiberio cautum fuit Senatusconfulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor CCCC. mil-lium res. Tac. Ann. 1V. 63.) Dies, quibus præ-cipue dabantur, erant Saturnalia (c), & Quinquatrus (Minervæ festum (d)); ilsque diebus in honorem Principis, vel ab ipfo Principe, vel a Senatu aliquando plures dies funt additi. Trajanus, exempli gratia, licet optimus Frinceps effet, per dies centum & viginti tres, decem millia Gladiatorum dedit (e): & eo denique hæc infamia evasit, ut legibus fuerit coercenda (f), donec a Constantino Magno plane suit sublata (R):

⁽n) Vid. Horat. Serm. II. III. 85.

⁽a) Suet. Jul. 16.
(b) Cic. pro Mur. 18. 36. &c.
(c) Suet. Jul. 10. & passim austores.
(c) Juen. VIII. 14.
(d) Suet. Claud. 24.
(e) Jd. Ner. 4.
(o) Id. Nar. 29.

^{(1) 1}a. Ner. 4.

(u) 1d. Aug. 44. Plin. Epift VII. 24. licer illi forre de Eiscenfibus, vel Scenicis ludis loquantur.

(z) Lampr. ejus vita 43.

(a) Joseph. Ant. Jud. XIX. 77.

(b) Juven. 111. 34. seq. (Martial. III. 16.)

(c) Aus. De feriis Rom. 36.

(d) Ovid. Fast. III. 81.

(e) Xipbilin. in Trajano.

(f) Sues. Jul. 10.

244

rit, ut omnino tolleretur, & demum ab Hono-

rio Imperatore plane vetita fuerit (b).

Habebantur & alebantur Gladiatores Romæ in ludis (i), qui plures in Urbe fuerunt; quique fuos habebant Procuratores (k), vel Curatores; quod munus etiam inter honores fuit (1). Alebantur autem cibo multo & valido; unde glad'a. toriam faginam dicit Tacitus Hift, L. II. c. 88. Præerant illis Lanistæ, (a laniando, ut videtur, disti (m)) qui Gladiatores emebant, aut pueros exposititios huic rei tollebant: tota autem manus, quæ sub uno Lanista erat, dicebatur Familia (n). Hi lanista, cum Gladiatores erudirent, dicebantur commentari , & dictata dare (o), & ipfi etiam magistri vocabantur (p); quia revera scripto ea committebant (q): tirones autem ita instituebant, ut rudibus cum Lanista batuerent (r); (unde ipse ludus Batualia est distus (s), inde hodierna vox Gallica Bataille descendit) erat autem rudis gladius e ligno qui I anistis e ferula arbore (t), i tironibus e graviore ligno fuisse videtur.

S. IV. De Ampbitheatro.

Locus pugnæ aliquando fuit ad rogum, cum in defunctorum honorem munus daretur ; sæpe in foro (a), quod tum fignis & tabulis omatum erat (x): ordinarie vero in Amphibeatris, Amiphitheatra primum quidem lignea & temporaria fuerunt: sed hortatu Imperatoris Augusti Statilius Taurus (y) primum e lapide struxit. (Amphitheatri Atiliani cafus Fidenæ L. hominum mil. lia obruit. v. Tac. Ann. IV. 62, 63. cum nota

⁽e) L un. Cod. de gladiat. (b) Theodorer. Hift. Eeel. v. 26. (i) Súer. Jul. 26. (K) Id. Cajo 27. Grut. p CCCLXXVI. 3. (l) Tacie. Annal XI. 38. (m) Donat. ad Terent. Eun. H. II. 26.

⁽m) Donat. ad I erent. Euro: in it and (n) Sect. Aug. 42.
(o) Id. Jul. 26 Verre de L. L. v.7.
(p) Cic. de Orae. III. 23. (q) Jüven. XIe 8.
(1) Xuen. Cajo 31. & 54. (s) Gioj. veteres.
(1) Xiphilini in Commodé.
(u) Proper IV. IX. 56.
(x) Cic. Verr. I. 22. & ié; Afc.

⁽y) Suet. Aug. 29.

· Lipsii.) Maximum autem fuit, quod a Vespasiano Imperatore coeptum (2), a filio ejus Tito perfectum est (a), & hodie Califeum dicitur, corrupte pro Colosseum a Neronis Coloss, qui juxta hunc locum fuit; cujus stupendæ ruinæ hodieque fuperfunt (b). Dicebatur etiam caves a forma concava (c); & arena (d), quia locum pugnæ arena sternebant, quo certantes firmius starent (aut scobe, quæ cruorem inbiberet): unde etiam arena (e) pro ipso spectaculo dicitur, &, qui in ca pugnabant, arenatii (f), Capiebat arena amphi-theatri Titi locorum octoginta & feptem millia (g), & forma ejus erat, ut vulgo dicitur, ovalis (b). In medio arenæ videtur ara fuisse Jovis Latiaris; infra spectantes vero erant oftiola quadam ad emittendas feras (i): nam hic venatio etiam quandoque instituebatur. Projectura muri, qui proxime arenam cingebat, dicebatur Pedium; ad quod primi senatorum, & magistratus in sellis suis curusibus spectabant (k): ubi etiam erat Suggestus, five (ubiculum Principis (1), Tri-bunal Edisoris, & sedes Vestalium (m); qui locus contra infultum ferarum cancellis (n), & lignis quibusdam versatilibus erat munitus (o). Sedilia, five gradus senatorum & equitum pulwillis erant instrati (p); reliqui vero nudo lapidi insidebant, ut apud Græcos quoque obtinuit: unde scitum narratur dictum Aristippi a quopiam interrogati, Cui bono efuditio? ad hoc faltem, inquit, ne intheatro lapis super lapidem sedeat. Pracinctiones erant gradus majores (4), qui reliquos qua. ".

⁽z) Id. Vejp. 9. (a) Xirbil. in visa ejus.
(b) Vid. Marcial. de spectas. 1. 2.
(c) Amm. Marc. XXIX. 2.
(d) Horst. Ep. I. 1. 6. (c) Juven. III. 34.
(f) L. 33. pr. ff. de oper. libere. 1. 21. 9. 2. ff de testibus.
(g) P. Vitur. de Rege. Urb. Reg. III.
(h) Calpura. Est. VII. 33.
(i) Vid. Plans. Perc. III.

⁽h) Calpura Est. VII. 33.
(i) Vid. Plaus. Perfa III. III. 31.
(K) Javen. II. 145. feq.
(i) Vid. Sues. Jul. 76. & Ner 12.
(iii) Id. Aug. 44. Cie pro Mur. 35.
(iii) Id. Aug. 84. Cie pro Mur. 35.
(o) Calpura. Bucol. Est. VII. 51. Amm. Marcell, XIX. 55. (p) Juven. 111. 153.

⁽q) Vierud, V. 3.

quali cingebant: aditus vero, quibus ad fedilia ibatur, dicebantur Vomitoria (r); quia populum, qui frequentissimus eo convenire solebat, quasi evomebant (s). Ab his profecte Vie (t) gradus Caveæ secabant, quæ dicebantur Scalaria (u): spatia autem inter duo scalaria dicebantur a forma, Cunei (x), qui certi certis erant adienati (y); unde excuneare aliquem dicitur apud Apulejum Florid. III. initio propius, pro ordine suo removere. Superior Amphitheatri pars con?abat porticibus & loco plano, ubi pullati & foeminæ spectabant (2). Infimi gradus, qui Arena pro-ximi erant, Senatoribus & Legaris exteraruna gentium erant adfignati (a), & dicebantur Orchestra (b). proximi Quatuordecim gradus Equi-tibus & Tribunis (c) militum ex lege Roscia. (d) erant tributi: reliqua loca populo patebant, & Popularia dicebantur (e); nifi, quod honoris caussa aliquando locus Gladiatoribus publice datus fuit (f): & arbitrii Editoris etiam fuisse videtur iis, quos honoratos vellet, locum digniorem adfignare (g): quod nescio an alias jam observatum tit . Ad hæc loca cuique dissignanda constituti erant Dissignatores (b), qui etiam Loconi dicebantur (1); quorum proprium ver-bum, quum aliquem indignum loso pellerent, erat excitare (k), vel suscitare. Erant etiam in Amphitheatris occulti tubuli, ex quibus spectantes croco diluto (1), aut aliis fragrantibus liquoribus conspergebantur (m). Æstu solis urgente

⁽t) Macrobe Saturn. VI. 4.

⁽r) Macrob Saturn, VI. 4.
(3) Vid. Virg. Georg. II. 4622.
(1) Martial. V. 14.
(1) Vistur. V. 6.
(2) Juven. VI. 61.
(2) Calpurn. Bucolic. VII. 26.
(2) Suer. Claud. 25. Jußin. XIIII. 5.
(b) Juven. III. 177. (c) Martial. III. 95.
(d) Horge. Epift. I. I. 62. (v. Supra ad pag. 28.).
(e) Suer. Claud. 25. © Domic. 4.
(f) Cic. Phil: IX. 7.
(g) Id. ad. Ast. II. I. 173. ed. Grav.
(h) Plautinus prologus Pan. 19.

⁽R) 10. 20. ATT. II. P. 173. ed. Grave (h) Plautinus prologus Pan. 19. (i) Martial. V. 24. (k) Id. V. 14. G. HII. 95. (l) Id. V. 15. G. de spectac. 3. Senec. Not. Queß. II. 9. (m) Vid.copiossime de hae re disferentem Celeb. Ez. Span. bom. 2d Callim. bym. in Apollin. 83.

totum quantum erat Amphitheatrum velis (n). (quæ aliquando, tanta erat luxuria temporum! ferica (a) vel purpurea erant (p), & velarin etiam videntur dici Juvenali IV. vers. 122, Pegmara autem, de quibus ibid loquitur, erant machinæ ligneæ, ita artificiose compositæ, ut occulte crescerent, & decrescerent (q); quales fere hodie videmus in dramatibus musicis. quas Operas vulgo dicunt) velis, inquam, amphitheatrum obducebant; ad quem finem in summa muri circumferentia foramina erant, quibus mali immittebantur (r): nimio autem vento hæc vela prohibente utebantur caufiis, (quemadmodum Cajum Imperatorem illud Senatoribus concestiffe legimus (s)) five pileis, & umbelles (s). Juxta amphitheatrum erat Spoliarium (u), five locus, in quem mortui. vel letbaliter faucii unco trabebantur.

S. V. De ipsis Gladiatoribus.

Gladiatores olim fuerunt e fervis, iisque vel ad ludum, vel ad gladium damnatis; que duo ita different, quod ad gladium damnati intra aunum confumi deperent; in ladam vero damnasi post certum tempus poterant liberari (x). Fuerunt etiam fumpti ex captivis, aut ab Imperatore datis, aut a Lanista emptis. i ostea vero etiam liberi homines aut pretio (y), aut libidine pu-gnandi (z) inducti in arena depugnarunt: & denique etiam viri nobiles (a) in gratiam Principum eo indignitatis venerunt (b); quin, quod magis quis miretur, etiam feminæ (c) hac rabis fuere correptæ; & improbo quoque novitatis quo-

⁽c) Martial. XII. 29. (c) Die L. XLIII.
(p) Xiphilin. Nerone.
(g) Mart. de fpett. 18. (v. omn. notas ad Phadr. v. 7. 7.)
(1) Lucres. IV. 73.
(1) Lucres. IV. 73.
(3) Die L. LVIII.
(1) Martial. XIV. 26. 27.
(2) Lamprid. Com. 18.
(3) Illian 70. Picheum. Coll. I. L. Maccie. de Rea. Ti. VI.

⁽x) Ulpian. sp. Pitheum. coll.L.L. Mofaic. & RomoTit.XI.

⁽z) Liv. XXVIII. 21.

⁽a) Juven. 11. 143. (b) Suer. Jul. 39. & Neron. 12. (c) Id. Domis. 4. (Juven. (zpius.)

dam studio nanos in arena congredientes videre cupiverunt (d): fed tamen omnes infames funt habiti (e). Liberi homines, qui se ipsos in arenam vendebant, dicebantur proprie auctorati (f), & eorum merces auctoramentum (g), five gladiatorium (b). Hi auftorati jusiurandum præstabant, se omnia facturos, que legitimos Gladiatores deceret : cuius formula apud Perronium Arbitrum c. 117. ita extat : Uri , vinciri , verberari , ferroque necari ; & quidquid aliud Euns Ipus jussifer , tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque relig.ossime addicimus.

Diffincti fuerunt Gladiatores tum armis, tum ratione pugnandi: non fingula eorum genera levi calamo recensebimus. Quidam dicti sunt Secutores (i), quorum arma fuerunt galea, clypeus, & gladius, vel massa plumbea (k): cum his plerumque committebantur Retiarii (1), qui reti jaculo adversarios impedire conabantur, & fuscina (m). five tridente interficere : hos , cum frustra rete mififfent, inter illud colligendum per arenam fugientes secutores injequebantur, unde illis nomen. Thretes (n) parmam, five pelsam habuerunt, & ficam, five harpen, qui gladius est incurvus (o); cum quibus fere compositi fuerunt Mirmillones (p), qui piscis effigiem in galea habebant : unde Retiario cum Mirmillone pugnante (nam & hi sæpe committebantur) canebatur : Non te peto, piscem peto; quid me sugis Galle (q)? Samnites, qui postea Hoplomachi (r), scuta habebant argento cælata (s), baltheum, five spongiam (ut Livius loco in margine libri citato appel-

⁽d) Star, Sylv. I. VI. 60. (c) Vid. I. 21. 6, 2. ff. de testib. (f) Horat. Serm. II. VII. 58. (g) Vell. Patere. 11. 28. de Sulla, licet alio sensu. Suet.

⁽b) Liv. XLIV. 31.
(c) Cic. Att. VII. 14. Juven. VIII. 216.
(K) Ifdor. Orig. XVIII. 55.
(I) Suct. Cajo. 20. Id. Glaud. 34.
(m) Juven. II. 6. 143.
(n) Horat. Serm. II. VI. 44.
(o) Vid. Juven. VIII. 200, Suct. Caj. c. 32.
(a) Aniem. Technologenia p. 482. cd. Toliji.

⁽p) Aufon. Technopagnio p. 488, ed. Tollii o (q) Feft. V. Retiarii. 2 (!) Suet. Caj. 35. (*) Vid. Liv. IX. 40.

pellat) pestoris tegmen, ocreas in crure finistro (1), galeam denique com cristis, sive pinnis. Essedarii ex essedo Gallorum & Britannorum (u) more pugnabant (x); Andabate vero ex equis, & quidem clauss oculis (y). Dimacheri duobus gla-diis (z); Laquearii laqueo ad adversarios impediendos utebantur (a). Et hæc fere diverfa gla-diatorum genera fuerunt. Sed tamen etiam aliis cognominibus fuerunt distincti: dicti enim sunt quidam Suppositicii (b), qui aliis victis, vel sessis supponebantur; quidam Meridiani, qui inermes fere & indocti pugnabant (c); alii Fiscales, five Cæsariani, & Aulici : ex quibus fuerunt Postulaticii (d), qui a populo nominatim postulabantur (e), quod eximii arte, virtute, & ornatu essent : Catervarii denique dicti, qui consuse & catervatim pugnabant (f). Arma gladiatorum Ornamenta dicebantur (g).

Ante ipsum muneris diem Editor per libellum publice affixum illud edicebat (b), quod etiam pronunciare (i), ostendere, proponere munus dicebant. In eo libello numerum & nomina celebriorum Gladiatorum (k), & totius muneris apparatum edebant; eumque etiam in provincias mittebant (1): quin etiam in tabella omnia illa de-

pingebant (m).

L

6. VI.

```
(t) Vid. Juven. II. 158 & VI. 255.
```

⁽t) Vid. Juven. 11. 158 & V1. 255.

(u) Tace Agric. 23 feq.

(x) Cef. B. G. IV. 33. Virg. Georg. III. 304.

(y) Vid. Martial. v. 24. (hor nil ad rhombum. Sed.

Fpigr. feq. Hermen omnibus erudirum armis laudat. Ceterum de prov. Andabatarum more pugnare, v. Etalinum.)

Cic. Fam. VII. 10.

(2) Artemiër. 11. 3.

(a) Ifd. Orig. XVIII. 56.

(b) Martial. V. 24.

(c) Suet. Claud. 24. Senec. Epift. 7.

⁽c) Suet. Claud. 34. Senec. Epift. 7.

⁽c) Suet. Claud. 14. Semec. Epift. 7. (c) Vid. Sues. Domic., (c) Claud. 2. Magrial. de Speft. 22. (f) Vid. Suer. Afre. 45. (g) Id. Tito 9. Feft. V. Ornasus. (h) Semec. epift. 117. (i) Suer. Jul. 26. (K) Cie. Famil. 11. 8. (i) Cie. Isid.

⁽iii) Herat. Serm. II. VII. 95. feq.

§. VI. De ratione pugnandi, &c.

Ipso Muneris die, cum Pompa traducta effet (n), paria inter le componebant; (unde eleganter Homerum Deorum paria composuisse dicit Minucius Jelix p. 67. ed. Rigaltii) vel comparabant (0): & quidem pares, cum paribus (p): mox gladii explorabantur (4), an satis acuti essent arbitrio Editoris (r). His factis praludebant rudibus ferientes (1), & arma hattasque mira quadam arte ja-cientes (1), quod proprio verbo ventilare dicebant (u); unde hæc vox translate doctrinam aliquam per examen discutere significat apud Boethium de Conf. Phil. III. metr. XI. nifi ibi potius pro evannare sumatur. Deinde signo tuba dato. abiectis lusoriis armis ad decretoria (x) transibant : quod etiam versis gladiis (y) pugnare dicebatur. Tum magna cura se componebant (z), & in statu flubant (a); unde illæ locutiones apud Ciceropeme ortæ, moveri (b), dejici, vel deturbari de flatu mentis aut animi (c): depelli gradu (d) &c. De-nique se perebant (e), & reperebant (f), (undede caussarum actionibus translate hoc verbo utitur Cicero (g).) quæ propria invadendi verba, erant, ficuti vitandi, exire (h), vel excedere (i). Præcipua autem iis cura erat, ut latus tegerent; quo respicit bæc locutio apud Terentium in Heauton-timoroumena A. IV. S. II. vers. 5. Triumpho, se lices

vens. And. 11 7. 4.).
(9) Suer. Tito c.

⁾n) V. Capitol. M. Anton. Phil. 10. Horat. Serm. l. VII. 20. (6) Cic. ad Quint. fr. 11I. 4. Liv. XXX. 1?. (P) Alludis eleganter Plin. Hift. Nat. VIII. 22. (& Te-

⁽⁹⁾ Suet. Tito c.
(1) V. Lipf, Exc. ad Tac. Ann. III. 37(2) Ovid. Art. Am. III. 515. (1) Mart. IX.538.
(2) Senec. Epift, 117. (2) Ovid. Art. Am. 111. 589(5) Plus. Caf. II. v. 35. (ubi vidend. Lipf.)
(2) Sen. de Prov. 1. Petron. 10.
(3) V. Pluse Mil. glor. IV. IX. 12.
(b) Laberius ap. Macr. Sat. 11. 7.
(c) Cic. Acc. 2022.

⁽c) Cic. de Orat. 37. (d) Nepos Themist. 5. (c) Serv. ad En. IX. 639. (f) V. Suet. Caj. 58.

⁽B) Divin, in Verr. 14. (h) Virg. Æn. V. 438. (i) Cic. Catil. 1. 6.

Licet me latere tello abscedere ; hoc est, incolumem: & altera apud Ciceronem in Vatinium c. 5. Per alterius latus peti . Contra , latus apertum dare, vel nudum, est, se periculo objicere (k). Gladia. tore aliquo vulnerato populus acclamabat, lioc Babet (1): at ille arma submittebat (aut digitum tollebat; V. Chil. Erasmi), quod victi fignum erat: sed tamen salus ejus ab arbitrio Populi (m), vel aliquando Editoris pendebat : imo Imperatoris folo adventu læso missio concedebatur (n). Missio autem distinguenda est a Rude: Missio enim victo (o; Rudis victori tribuebatur (p): hujus perpetuus ; illius in eum tantum diem erat effectus : aliquando vero fine missione (q) pugnatum suit, quod Augustus fieri vetuit (q). Itaque si Populus Gladiatorem fervari vellet, pollicem premebat (s), A occidi, pollicem (t) vertetat; &, ut ferrum reciperes (u), jubebat; ad quod ultro jugulum præbere solebant (w): de qua re dignissimus est qui videatur Seneca Épifo. 7 & de tranquill. animi c. 11. ubi etiam Ciceronis locum in eum finem citat. Aliquando etiam icus repetebant, & manum in vulnus mittebant (x), ne quis morte simulata evaderet . Nihil igitur mirum post hæc tam atrocia, si apparatus funebris, sive Libitina (y) in Amphitheatro fuerit : unde etiam una ex eius portis Libitinensis est dicta (2) Hinc opposita suisse dicitur porta Sana vivaria; ut docet Cl. Grævius Præf. ad T. IX. Antiq. Rom. en pafsione SS. Perpetue & Felicitatis, & paralipomenis ad eum Petr. Possini: ego tamen dubito, an ea vox priscæ l'atinitatis sit. Præmia victoribus data

⁽k) Tibull, I. IV. 46. & ibi Broukb. (l) Vid. Senec. Agam. 855. Virg. En. XII. 156. (m) Horas. Epiß. I. I. 6. Senec. epiß. 1174. (n) Ovid. de Ponte II. VIII. 53. (o) Vid. Martial. XII. 19.

⁽p) Id. de spestac. 22. (19.) (g) V. Apul. Missam. Il in med.

⁽⁹⁾ V. Apput. Mosterm. 1. T. Moster. (1) Sues. Aug. 34. (3) Plin. H. N. XVIII. 2 V. Horas. Ep. I. XVIII. 66. (1) Juv. III. 15. (1) Cie. pro Sexs. 37. (20) [d. pro Mis. 36. © Tusc. Quest. II. 17.

⁽x) Lampr. Comm. 16. (v) Plin. H. N. XXXVII. 2. (z) Lamprid. 1. d.

fuerunt Palma (a), Pecunia (b), & denique Rudis (c). Rudis arbitrio Populi dabatur ab Editore. vel lanista Gladiatori veterano, vel etiam novicio in strenuo aliquo facinore. Effectus ejus erat, ut auctorati quidem libertatem reciperent, servi vero vacationem tantum a pugna (d): hi enim, ut liberi fierent, pileo etiam donari debebant (e). Rude donati dicebantur Rudiari , & arma fua ad Herculis (f) confecrabant: qui peculiaris Gladia. torum Deus erat ; unde etiam Commodus Imperator, qui item Gladiator erat, Herculis inflar effingi voluit (g). Hi tamen postea aliquando iterum pugnabant ingenti austoramento industi (b): cum vero, vel propter ætatem, vel propter debilitatem ludo abirent , delufife dicebantur (i).

Factionibus, studiis, & sponsionibus in arena co-

dem modo certabatur (k), ac in Circo.

S. VII. De Ludis Scenicis.

Tertium ludorum genus fuerunt Ludi Scenici, qui celebrabantur in Theatris, quorum forma fere erat femicircularis, sed lateribus paullo productioribus. Et antiquis quidem temporibus fantes spectarunt; imo A. U. 509. occasione theatri tunc primum firucii Senatus consulto cautum est (1), ne quis in Urbe propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare veller : sed tamen etiam sedendi in theatris mentionem fieri videmus in prologis Plautinis in Captivos, in Pseudolum, & aliis: unde quis existimare posfit eos Plauti non effe. Postea temporaria theatra per

(a) Martial. de spetsac. 31. (b) Sues. Claud. 21. Juven. VII. uls. (c) Horat. Epist. 1. 1. 2. (d) Ovid. Amor. II. IX. 22.

⁽c) V. Ulpian. ap. Pith. coll. L. L. Rom. & Mofaie.

⁽f) Horat. Epift. I. I. 4.
(g) Lamprid. Comm. 2. feg.
(h) Sucr. Tib. 7.
(i) Plin. H. N. XXXVI. 27.
(k) Suct. Tito 2. & Domit. 10. Martial. IX. 62.
(l) Val. Max. II. 4. 2.

per occasionem exstrui coeperunt, quale suit illud magnificentissimum M. Æmilii Scauri, dum ludos Ædilis faceret, quod capiebat oftoginta millia hominum, & cujus apparatus (quod, nisi idoneo tibicine fulciretur, omnem fere fidem superat) constitit H. S. millies, hoc est 2500000. Philippais (m). Primus autem Pompejus in confulatu fuo fecundo (n) Theatrum ex lapide qua-drato exfiruxit, quod capiebat quadraginta millia locorum: ne vero notam cenforiam incurreret. superposuit (o) ei Ædem Veneris, cui, inquit in edicto, quo Populum ad eius dedicationem convocabat, Subjectmus gradus spectaculorum (p). Postea plura Theatra Romæ fuerunt (q), & præcipua quidem Marcelli ex marmore (r). Balbi .

De sedilibus theatri, & eorum forma cadem fere sunt dicenda, quæ de Amphitheatro; ut etiam de velis, quibus tegebatur; & de odoribus in eo sparsis (i). Theatra, cum comordia quidem ageretur, sacra erant Apollini (i); cum vero tragoedia, Baccho: & hoc, quia tragoedia apud Græcos in honorem Bacchi fuit peracta (u), cujus ara ad alterum theatri cornu stabat; ad alterum vero illius Dei, in cujus honorem ludi agebantur (x). Hinc porro Tragadi vocantur o meci Aiorucor Texvitas (y), & ipfe Bacchus Sopboclem tragicum vocat delicias suas (2): inde etiam ευδέν προς Διόνυσον effe, vel απροσδιονύσως fieri aliquid dicitur, quod nihil ad rem facit; æque ac si Tragici non laudem Bacchi, sed alia quadam cantarent.

Theatri partes erant Scena, Proscenium, Post-Scenium , Pulpitum . & Orchestra . Scena (alii fcena fcri-

⁽m) Vid. Plin. M. N. XXXVI. 15.
(n) Id. VIII. 7.
(o) Vid Sverom. Claud 21.
(p) Tertull. de Spellac 10.
(q) Ovid. Trift. III. XII. 23.
(1) Id. Amer. II. VII. 3. (De Theatro ptater alia confuenda Memor. Acad. Litr. Parif. T. II. p. 174. seqq.).
(4) Propert. IV. 1. 15.
(1) Donat. ad Ter. Andr. IV. III. 1.
(u) Vid. Virg. Georg. II. 310. ibique Terv.
(z) Plaue. Most. V. I. 44. seqq. & in Rud. II. IV. 14.
(y) Ariftot. ap. Gell. XX. 4.
(z) Plin. H. N. VII. 29.

scribunt; quia Aeoles, a quibus magna pars linguæ Latinæ, dixerunt oxairn & oxarn (a) erat locus, unde primum actores prodibant, & porrizebatur ab uno theatri cornu ad alterum; eratque triplex: Tragica, quæ in regium morem 6enis & columnis erat ornata: Comica, & Satyrica, quæ arbores, speluncas, montes, &c. præferebat . Erat etiam Scena vel Versatilis , cum subito tota scena machinis quibusdam vertebatur; vel Ductilis, (qualem nostram hodie diccre posses) cum tractis tabulatis facies scenæ interior nudabatur (b); vel aulea subducebantur (c); unde aulea pro ipsis ludis ponuntur (d). Scena enim, ut hodie apud nos picturis est ornata, sic olim aulæis erat tecta (e), quæ Siparia dicebantur (f). Sed etiam anterior scenæ sacies aulæo testa erat; quod aperta scena humi jacebat (g); peracta fabula tollebatur (b). Proscenium erat locus scena depressior, in quo agebant & loquebantur maxime histriones (i). Posscenium erat locus, in quo peragebantur ea (k), qua apte vel decore in Scena agi non poterant (1): licet tamen vox ea vix usu vulgi obtinuisse videatur. Pulcitum fuit locus in proscenio elevatior (m), in quo recitantes stabant: & aliquando pro ipsis ludis scenicis ponitur (n). Orchestra denique (quasi Saltatorium dicas , a Græco epreio Sat , five a faltando) erat locus ultimus (o), in quo faltabatur, & juxta quem sedebant Senatores (p). Qui ita etiam dicebantur federe in Senatu (q). quemadmodum etiam in Equite spectare (+) pro-

(1) Id. Domit. 8.

⁽a) Vid. Voff. Etymol.
(b) Virg. Goorg. III. 21. & ibi Serv.
(c) Ovid. Meram. III. 121.
(d) Juven. XIV. 263.
(e) Horat. de arte 154.
(f) Juven. VIII. 185. ubi vid. mot.
(g) Hor. Ep. II. 185.
(h) Cic. pro Cal. 27.
(i) Serv. ad Virg. Georg. II. 181.
(k) Lucret. IV. 1178. loco elegantifimo de la Arte 184. fegg.
(m) Ovid. Trift. II. 517.
(n) Juven. VIII. 105.
(o) Alon. ludo VII. Sapiems. in Cioob. 4.
(p) Suet. Jul. 39.
(4) Id. Chaud. 25.
(5) Id. Domit. 8.

in Equestribus dicitur. Græci etiam riv Boudir

pro loco Senatorio dixeruat (s).

Origa totius rei ab Etruicis suit (1); eaquecirca A. U. 309. primum (11) Roma usurpari coepit; unde etiam actores Histriones sunt dicti ab Etrusca voce Hister, qua ludium notat (11).

Ludorum Scenicorum genera apud Romanos fue-

runt Comædia, Tragædia, Satyra & Mimus,

Comædia (nouwsia a noun vicus, pagus & win cantus) (x) cit poema dramaticum sive negotiofum . exitu latum . Ailo populari conscriptum . Distineta fuit Comordia apud Gracos (quorum inventum fuit) (y) in Veterem, Mediam ac Novam; apud Romanos vero a personis in scenam productis in fabulas Pratextatas (2), quibus scilicet inducebantur personæ pratextam vestem ge-rentes, sive Magistratus & Sacerdotes: hisque similes videntur fuiffe Trabeate, quas invenit C. Melissus grammaticus (a); Togatas (b), (quales scripsisse Afranium legimus (c) quibus privati; & denique in Tabernarias (d), que vilissimorum bominum, qui in tabernis fere degere solent. actiones imitabantur; fed tamen in genere omnes fabulæ Romana lingua conscriptæ Togatæ sunt di-AR. ut a Palliatis (e), hoc eft, Gracis distinguerentur. Diversi ab his generis fuerunt Ateilane ab Ateila municipio dicla, que agebantur a scurris urbanis (sed & ab juventute honestiore, ut videtur dicere Livius VII. f. 2.) inter & post actus fabularum ridicularia fundentibus (f): unde etiam vocantur εσόδια, έξίδια & εμβολα (z), quemadmodum etiam zápodos est carmen, duod

⁽s) Lucian. de Saltat. p. m. \$16..

(t) Val. Max. II. 4 4
(u) Liv. VII. 2
(w) Vid. Ovid. Arr. Am. I. 111.

(x) V. Jol. Caf. Scalie. Poet. I. 5.

(y) Harat. Serm. I. IV. init. Id. de Arte 281..

(z) Ibid. 283.

(a) Sver. de ill. gramm. 21
(b) Juven. I. 1.

(c) Gell. II. II. XX. 6
(d) Diomed. III.

(e) Vid. Horat. de arte 278.

(f) Juven. VI. 71. © vid. eund. Ill. 874
(g) Scal. ad Manil. V. 155.

'quod chorus sub primum ingressum in theatrum canebat, quod sequebatur sasumov (b). Atellarii etiam Osci dicuntur, quorum urbs Atella suit (i).

Tragædia est imitatio per actiones illustris for-zune exitu infelici, oratione gravi (k) & metrica (1). Dicta est a Græca voce Tpayos, que bircum, & o'd', quæ cantum notat; quia scilicet olim apud Græcos bircus actorum præmium erat (m). Tragoedi palla, five syrmate erant induti. unde Syrma pro ipsa tragædia (n), sive rebus tragicis ponitur, & hinc etiam pro verbis magnifcis & ampuliatis (o): tum personis (p), five larvis utebantur (unde eleganter Publius Mimographus Heredis fletum sub persona risum vocat) sed ante larvas inventas faci us ora perungebant (9); unde TpayoSai Mores dicti Aristophani (r). Cosburnos (s) denique, five calceos alsiores geftabant, quo statura proceriores & augustiores esse viderentur: Comœdi vero gestabant soccos (*); unde hæ voces sæpe pro ipsis fabulis ponuntur, ut in loco Horatii in margine libri citato: vel etiam pro filo, five gravi, five populari (u). Peracta autem fabula, si quidem steterar (x) hoc est, placuerat, populus clare plandebat (y): fin minus, fibilis (2), & supplosione pedum explodebatur, & tum cadere dicebatur, eamque exfibilationem eleganter paftoritiam fifulam vocat Cicero ad Atticum 1. ep. 16.

Satyra poema est arguium & mordax, dicta juxta quosdam a Satyris Diis protervis: sed verius

Sa

```
(n) Poll. IV. VII. 33.
(i) Vid. Cic. Fam. VII. 1. & ibi Grav.
(k) Hor. arte 180.
(l) Scal. d. 1 6.
(m) Horat arte 120.
(n) Juven. VIII. 219. XX. 20.
(o) Martial. IV. 49.
(p) Horat. arte 278.
(q) Ibid. 278.
(r) & y & fil. 219.
(s) Juven. XV. 19.
(t) Horat. arte 80.
(u) Martial. V. 5. VIII. 2. Propert. III. VI. 39.
(z) Horat. Epift. II. 1. 176.
(y) V. ubigue sam clausulam in fine comcadiarum Plan.
(z) Gie, pre Rose. 600. 11.
```

Satira, vel Satura scribitur, & a lance satura. five variis rebus referta denominantur : est enim omnigeni argumenti poesis (a), at maxime mordacis, quales Horatii, Lucilii, aliorumque Satiræ fuerunt: hæc a Romanis potifimum exculta fuit, licet a Græcis originem habuerit (b). (vid. unum instar omnium Casaub. de Satyra Rom. qui Liber etiam fasciculis Crenii est insertus . F. R.)

Mimus est poema, quod sermones & fasta enjusque imitatur cum lascivia (c); & denominatur a Græco verbo μιμείσθαι, hoc est, imitari: ipsi quoque actores Mimi dicuntur, & erant vulgo impudentissimi (d) Hinc porro Pantomimi sunt dicti homines, qui saltando (e) & gesticulando amniu miris modis effingere noverant (f). Hos primus invenisse dicitur Mæcenas; vel, ut alii tradunt, ipfe Augustus: erant autem nudis pedibus, unde Planipedes aliquando funt dicti (g).

S. VIII. De aliis Ludorum generibus.

A tempore etiam Iudi dividuntur; ita ut fuerint vel Stati, vel Votivi, vel Extraordinarii.

Ludi Stati fuerunt, qui certo tempore in bono-rem alicujus Dei fiebant, quales erant

Primo, Megalenses sive Megalesia, acta in honorem Magnæ Deorum matris : celebrabantur autem potissimum ludis scenicis (b) (pridie Non. Apriles & deinceps); & per eos dies proceres musitabant, hoc est, munera sibi invicem mitte-bant (i); & convivia mutua inibant; quemad-

modum plebs Cerealibus (k).
Secundo, Cereales, quibus matronæ luctum Cereris Proserpinam a Plutone raptam quæ-

ren-

⁽a) Scalig. ad Manil. V. 487.
(b) Horar. de Arte 220.
(c) Ovid. Trift. II. 115. Mart. III. 86.
(d) V. Cl. Grav. ad Cic. or. pro Cel. 27.
(c) Horar. Epift. II. 2. 135.
(f) Javen. VI. 63. Svet. Ner. 54. V. omn. Manil. V. 472.
(g) Javen. VIII. V. 180.
(h) Ovid. Faft. IV. 187. (Originem horum ludərum nar.
rat. Liv. XXIX. 144. f.)
(i) Ovid. 16. 353.
(k) Gell. II. 24.

rentis, repræsentabant, fiebant pridie Idus Apriles per octo dies certaminibus equest ribus habitis (!)-

Tertio : Horales in honorem Horæ acti IV. Kalendas Maji, ut fores recte provenirent (m).

Vid. fupr. 111. c. 1. S. 31.

Quarto: Martiales in honorem Martis Ultoris (n) celebrabantur IV. Idus Maji ludis Circensibus (o).

Quinto: Apollinares III. Nonas Quincileis a Prætore Urbano in Circo & in Tacatro (p) ce-

leb rati (4).

Sexto: Capitolini, qui fiebant Jovi Capitolino pro servato a Gallis Capitolio (r); qui distinguendi funt ab agone Capitolino, quem Domitianus Imperator instituit, ut singulis lustris celebraretur

(1), quo præcipue certabant poetæ (1).

Septimo: Ludi Romani, five Magni celebrati a pridie nonas ad pridie Idus Septembris in honorem Magnorum Deorum (u) (i. e. larium urbis Romæ), Jovis nempe, Junonis & Minervæ pro falute Populi : & hi aliquando male cum Megalesiis confunduntur (v).

Octavo: Plebeji Ludi in Circo facti XVII. Kalendas Novembres (Decembres secundum Fastos: *) in memoriam libertatis exactis Regibus recuperatæ, aut plebis cum Patribus post secessionem

in Aventinum reconciliatæ (w).

Nono: Confuales acti in honorem Confi. five Ne-

(1) Ovid. Faß. IV. 391. seaq. (m) Ibid. V. 327. (n) Ibid. (5). seaq. (o) Ibid. 597. (p) Cic. cl. or. 20. Att. H. 19. Ge. (q) Vid. Liv. XXV. 12. (& XXVH. 22. sum note The

realne.)

(1) Id. V. (c. (& 52.)

(5) Seet. Domit. 4, Juven. VII. 387.

(1) Star Silv. IH. 31. V. III. 234.

(1) Cie. V. in Verr. 14.

(1) Cie. V. in Verr. 14.

(2) V. Manut. of Cie. Famil. H II. (lidem qui Cirfenses. At Confo lactos quoque tuiñe, contra Aicon. negat Rofinus)

* (E. D. C. 1.)

^{* (}Ex Rosini L. V. 20. hunc ettorem transmississe videtur, qui tainen p. 197. recte se habet. Similiter omnine sapsum video Manutium ad Cic. 1. Act. Vert. 2c. ubi videnie ludos air celebratos tuisse vi. Kal. Ottobr. cuin Novembi. di. cere debuiffet.)
(w) Afcon. ad Cic. Verr. il. (potius Aff. I. 6. 19.

Neptuni x11. Kalendas Septembres in memoriam.

raptarum Sabinarum (x).

Decimo : Iudi Compitalitii in honorem Deze Maniæ (1) & Larium celebrati in compitis (2): & maxime quidem a servis, unde eos aliquando vetitos fuisse videmus, ne occasio ipsis conspirandi daretur (a). Curabantur autem a Magistris vicorum (b).

Undecimo fuerunt etiam Ludi Augustales (c). & Pala:ini (d), qui in honorem Augusti & Cæ-

farum funt celebrati.

Duodecimo: centesimo & decimo quoque anno (e) agebantur Ludi Saeulares pro incolumitate Imperii (f), ex commentariis Quindscini Vizorum, quibus eorum cura incumbebat (g) / lis instantibus præco populum ad ludos convoçabat, quos numquam quisquam spettaffet , nec fo ctaturus esset (b). Celebrati autem suerunt præcipue in honorem Apollinis & Dianæ per tres dies & no-Res (i) continuas ludis per omnia theatra celebratis, & sacrificiis ad omnia templa peractis. Tertio demum die in Apollinis Palatini templo viginti septem pueri nobiles, & totidem virgines, omnes patrimi & matrimi, carmen fæculare canebant (k).

Votivi Ludi sunt, qui ab Imperatoribus ad bellum ituris voventur; quibus postea accesserunt Ludi Quinquennales, Decennales (1), Vicennales ab Imperatoribus facti, cum quinque, vel decem,

vel viginti annos imperaffent.

Extraordinarii ludi fuerunt Funebres; Juvenales, quos instituit Nero Imperator, cum primum barbam poneret (m): ludi, qui a Magistratibus in auspiciis honorum dabantur: tum natalitii, & alii variis occasionibus dati,

In

⁽¹⁾ Varro de L. L. V. 3.
(y) V. Ovid. Faß. II. 171. feqq.
(2) Plin. H. N. XXXVI. in fin.
(a) Cle. in Pif. 4. ibique Afcon. & alii.
(b) Cie. in Pif. 4. (c) Dio LVI. in f.
(d) Suer. Cajo 55.
(c) Hor. Carm. fac. 21. (v. omnino Cenfor. de N. D. 17.
& Scalig. de Encend. Temp.)
(f) Ibid. 45. & 65. & 0d. IV. 6.
(g) Id. carm. fac. 60. Vid. omn. Zofin. II. p. m. 72.feqq.
(h) Ovid. Trift. II. 25. Suet. Claud. 21.
(i) Horat. carm. fac. 21. (K) Ibid. 5. feqq.
(l) Dio LIII. (m) Jusi. Ner. II. feq. Tac Ann. XIV. 15.

In theatris etiam, ficuti in circo, partes & fa-Riones erant (n). l'oeta autem, qui fabulas agendas exhibebant, docere (o) eas dicebantur; quemadmodum etiam Græci 70 sidzoxeir utuntur (P). Sed histriones infames erant, ita ut tribu moverentur, præter Ateilanarum accores (9).

Hæc autem materia nostris moribus quidem minus feria videri possit; sed apud Romanos, quibus hæc cultus divini pars erat, aliter obtinuit; & hæc talia etiam in acta publica relata funt (1); qua alla Urbis diurna videtur vocare Tacitus Annal. XIII. c. 31.



⁽n) Id. Ann. I. 16. Suct. Nera 26. (0) Horar. de arre 288. (p) Herad. VI. 21.

⁽p) Hered. VI. 21. (q) Liv. VII. 2. (r) Vid. Cic. ed Fam. II. 2.

SECTIO QUINTA

De Militia Romana.

In explicanda Militia Romana cum Lipsio (quo meiius nemo hanc materiam tractavit) have quinque considerabimus, Delectum, nempe, Ordines, Arma, Aciem & Disciplinam. Sed maxime ad tempora, qua Marium pracesserunt, respicimus: cum ab eo primum, & mox a Casare tota fere militiae ratio immutata sit; quod multis probat Salmas. in opere pollumo de Mil. Rom. quod legitur Tom. X. Ant. Rom. Grev. Licet ille non ubique veritati litaverit.

CAPUT I.

De Delectu.

§ I. De iis , qui legebantur.

Efignatis anni sui Consulibus creabantur viginti quatuor Tribuni militum in quatuor Legiones, (ex iis enim olim cum sociis & auxiliis duo exercitus Consulares, qui ordinarie conscribebantur, constabant) quatuordecim nempe ex equitibus, qui quina stipendia secissent, decem ex peditibus, qui dena. Et equites quidem dena stipendia conficere debebant (a), quia intererat Reipublica, ut cives primarii citius ad honores pervenirent; pedites vero senadena (b), idque ab anno atasis decimo septimo usque ad quadragesmum sextum: qui vero, sive casu quodam, sive morbo impeditus stipendia sua non confecerat susque ad quinquagessmum annum poterat cogi, qui annus (sive sasta, sive insecta sipendia essent) plene a militia liberabat (c): nec quisquam magistratum ullum urbanum capere poterat, nis qui decem stipendia secisset (d). Primis temporibus

⁽a) Liv. XXVII. 2. (b) Id. LII. 34 Polyb. VI. 27. (c) Senec. de brev. visa c. mis.

ex infima civium classe nulli milites legebantur, mili fumma necessitate urgente (e); sed tenuiores. & libertini (f) ad militiam navalem fervabantur (g): & hoc fiebat hoc confilio, ut colden, quos res privata, etiam publica commodis patria alligarent. Postea vero, & jam ætate Polybii, et-iam ex illis, qui quatuor millia æris habebant, legi cœperunt (b); & demum post Marium libertini quoque, & capite censi milites facti funt (i) - cum iple Marius a tali genere hominum celebratus auctusque effet (k). At servi nunquam militarunt, nisi in summa Reipublica inopia, ut post prælium Cannense, cum liberandorum servorum etiam facultas non daretur (t): imo dare se militem, 'cui non licebat, grave crimen habebatur m). & severe in eum animadvertebatur (n).

6. II. De Delettu .

Delectum igitur babituri Consules (καπίλογον ποιπούμενοι ττις τρατιάς (ο)) voce praconis, edicio proposito & vexillo ex arce sublato (p), omnes cives militaris atatis in Capitolium (q), vel in campum Martium convocabant. Tum Tribuni militum eo ordine, quo creati erant, ita fe in quatuor partes dividebant, ut in prima & terria parte essent quatuor juniores, duo seniores; in secunda & quarta I nam quatuor legiones, ut diximus, ordinarie scribebant, licet sape longe plures) tres juniores, totidem feniores. Mox. feorsim fedentes Tribuni ordine fortis (r), ut æmulatio & querela tolleretur, tribus evocabant, quatuor juvenes atate & habitudine propemodum rares eligebant, & cuique legioni unum ex illis

(1) Val. Max. VI. 3. 4. (9) Liv. XX! l. 31.

⁽e) Gell. XVI. 10.
(f) Liv. XLII. 27. 31. XLIII. 12.
(g) Vid. Liv. XXXII. 23.
(h) Vid. Lipf. de Mil. Rom. I. dial 2.
(i) Gell. I. pr. x. d. Epis. Livii L. 74.
(K) Sall. Jug. 86.
(I) Serv. ad Virg. Æn. IX. 547. Val. Max. VII. 6. 1.
(m) L. 2. §. 1. ff. de re mille.
(n) Trajanur Imp ad Plin. Ep. X.31. (addo n. 38. & 39.)
(o) Dion. Halic. IX. 5.
(f) Vid. Virg. Æn. VIII. 1. (or ibi Serv. Diom. Hal. VIII. 81.
(q) Liv. XXVI. 11. 11) Val. Max. VI. 3. 4.

tribuebant, atque ita porro, donec numerum legionum implessent; quod siebat eo consilio, ut vires ita æqualiter per omnes legiones distribuerentur. Observabant etiam, ut primi legerentur milites boni nominis, ut Valerius, Salvius, Stasorius (s). In subito tumultu quandoque raptim milites scripti sunt, qui submarii t), vel tumultuarii (u), ut videtur, funt dichi. Refractarii. five qui nomen militiæ dare recufarent, verberibus & bonorum ablatione ad militiam coasti funt (x), imo a feverioribus in fervitutem venditi ('v), aut infamia notati: fed hoc quandoque intercessione Tribunorum plebis est (2) prohibitum, licet ea cognitio proprie Consulum esset (a), quippe penes quos bellicarum rerum adminifiratio effet. Quia autem quidam, ut militiæ se ineptos redderent, pollicem fibi truncabant, Gallir hodie videntur tales homines vocare, des polirons. (, b). At juste causse detrectande militiæ erant. primo, Vacatio; quam quis habebat vel ab ætate (c); vel ab honore (d), ut Magistratus & Sa-cerdotes; vel a beneficio (e), a Senatu scilicet, aut Populo concesso (f): Secundo, Emerica stipendia: tertio, Morbus, vel Vitium (g); ut. exempli gratia, si quis surdus esset, quippe qui classicum exaudire non posset. Sed hæc tamen in sumultu aliquando neglecta funt (b). Tumultus (*) autem bellum gravius dicitur, ut, exempli gratia, Gallicum; & quando Tumultus effet, Senatusconsulto definiebatur (i). Sub Principibus

⁽a) Cie. Div I. 45. Feft. v. Lacus Lucrinus.
(i) Liv. 1II. 4. (v) Id. XXXV. 2. G 23.
(x) Id. VII. 4.
(y) Cie. pro A. Cecin. 34.
(z) Vid. Val. Max. VI. 3. 4.
(a) Liv. XLII. 32.

⁽b) V. Menag. amoenit. jar. 3.

⁽d) Plut. Camillo. verf. fin.

⁽c) Vid. Cic. Philipp. V. 19. (f) Liv. XXXIX. 19. Vid. aliud exem. ap. Cic. de N. D.IL.2.

⁽b) Cic. Phil. VIII. 1. Id. Att. I. 18.
(*) (eft bellum fabirum in Iralia).
(i) Liv. XXXIV. 16. & ibi omn. Sigon. (& Brisson. de FOIM. p. 258.)

vero hæc delestus ratio concidit, & plurimum lis bidini ac rapacitati delectus habentium datum est (k), quod etiam vel inter præcipuas caussas habendum est ruinæ Imperii Romani . Equitum vero celectus facilior erat, quia illi jam in tabulis Cenforum erant perscripti; ex quibus cuique legioni trecentos fere attribuebant : 1). Nam falfum est, quod quidam voluere, etiam ante Marium alios fuiffe equestris ordinis, alios, qui equo meruerint (m). Peracto delectu ex fingulis legionibus miles unus eligebatur, qui reliquis verba facramenti militaris præiret, de cujus religione videri potest Dionysius Halic. XI. c. 43. (& Gellius) in cuius verba deinde reliqui jurabant (n): jurabant autem . se pro viribus Imperatori obtemperaturos, ducem feculuros, figna non deferturos (o), &c. Et anno prælii Cannensis primum jurejurando adactos milites legimus, cum antea facramento tantum rogarentur (p).

§. III. De Sociis, aliisque militum generibus.

Socii conscribebantur a Romanis ducibus ex civitatibus Italicis, quibus Confules diem & locum, in quem convenire deberent, dicebant. Hi suo sumptu militabant (q) nihil a Romanis accipientes præter frumentum (r); unde etiam pro. prium sibi Quassorem habebant (1). Ab his di-fringuendi sunt milites Auxiliares, qui erant ex gentibus exteris (t) . Evocati vero (ἀνάκλητοι (u)) erant milites veterani, qui expletis suis sipendils in gratiam Ducum sponte militiam sumebant (x), & valde honorati erant, atque ab operibus militaribus immunes; imo vitem etiam gestabant, & pro Centurionibus (quorum insigne erat vitis) erant (y). CA-

⁽k) Vid. Veget. I. 7. (l) Liv. VIII. 8. (m) Vid. Celeb Grev. pref. ad T. I. Ant. R. (n) Feß. V. Prejurationets. (o) Polyb. VI. 19. (p) Liv. XXII. 38. (q) Id. YXVII. 9. (l) Dion. Halic. X. 21. (6) Polyb. VI. 19.

⁽t) Feft. hac v.

⁽I) PER DOC V. P. 182- ed. reg. 1548. (U) Dio XLV. P. 182- ed. reg. 1548. (I) Vid. Dion. Halic X. 41. Liv. XXXVII. 4-(Y) Dio XLV. vid. J. Walle ad Sall, Catilia.Gef.B.G.i.lfs.

CAPUT IL

De Ordinibus.

5. I. De Ordinibus militum Romanorum.

Rdines funt vel Militum, vel Ducum, Mili-Partes. Genera peditum fuerunt quatuor. Primi, sive insimi ordinis erant Velites, qui sucrunt ex pauperioribus & junioribus; quia hac militia: parum honorata (a), & parum etiam tuta erat. His honore & ætate proximi dicebantur Haflati. quos sequebantur Principes, qui ætate erant flo-rentissimi (b); itaque dicti sunt, quod olim a principio pugnabant (c): hos denique excipiebant Trianii (qui Pilani etiam dicebantur (d), quod pilis uterentur, reliqui vero Inte-Pilani (e)) atare maximi, & usu exercitatissimi, qui tertio ordine in subsidiis deponebantur (f), unde reed por in gloff. dicuntur : horum in legione nunquam plures erant, quam fexcenti, reliquorum vero par inter se erat numerus. Singula hæc Genera dividebant in decem Partes (g), quæ Mamipuli dicebantur, quia olim tenuibus Reipublicæ initiis manipulus (h) fæni pro signo ipsis præferebatur (i). Quisque manipulus, Hastatorum quidem & Principum, ex duabus Censuriis, five Ordinibus fexaginta militum conflabat : Centuria enim non semper significat ordinem ex censum bominibus conftantem, fed certam dumtaxat bominum collectionem ; ut jam fupra Sect. 1. c. 7. 6. 1. notavimus. Triariorum vero manipulus fexaginta tantum militum erat. Ex tribus manipulis cuiusque generis, addito nempe manipulo velitum, componebatur Cohors, quæ ita erat virorum

⁽a) Frontin. Strateg. IV. I. 19.
(b) Liv VIII. 2
(c) Vid. Varr. de L. L. IV. 16.
(d) Dvid. F.ft. III. 119.
(c) I iv. d. i.
(f) Varro loco vis.
(g) Ovid. d. i. 119. feqq.
(h) Plus. Romulo p. m. 12.
(i) Ovid. d. i. 117.

rum quadrigentorum & viginti. Sed cohors fub Republica ordinaria non fuit: verum, fi res posceret ex uno cujusque generis militum manipulo componebatur : fere ut hodie, quæ vocantur Brigades (K). Ex decem tandem cobortibus constabat Legio (1), quæ tempore Romuli (cum cohortes tunc quoque minores effent) fuit beditum ter mille, libera vero Republica quater mille & ducentorum, qualem hic pro modulo fumimus: nam aliquando (posterioribus præsertim temporibus) longe major fuit; ita tamen, ut intra fex millium fere numerum femper deterit . His semper sere adjecti fuerunt trecenti Equites (m), qui Ala dicebantur : eaque divisa erat in decem Turmas [n); quæque vero Turma rurfus

in tres Decurias .

Societum l'editum numerus Romanos fere æquabat, aut aliquando superabat (0); Equitum duplo major erat. Hi omnes erant divisi in duo Cornua, wel potius Alas (p) ad ambas extremirates exercitus dispositas; unde etiam nomen habent, quia, tanquam Ala evem, ita Sociiutrimque Romanos tegebant : quod ideo factum videtur, ut civium quidem vires unite; fociorum vero, si quid forte novæ rei moliri vellent, disfipatæ effent. Ex eorum equitibus tertia pars . five ducenti, eligebantur ad proprium usum Con-Sulum, qui dicebantur Extraordinarii, & ex his rurfus fumebatur una turma quadraginta Allectorum, qui Consulibus quasi satellites effent; reliqui quadringenti in decem turmas erant divisi: & prætexebatur quidem hic a Romanis honoris species, fed vera rurfus caussa suberat, ut ita nobilissimi quique sociorum simul juncti, & sub oculis Imperatoris agentes quasi obsides effent sidei populorum, a quibus erant missi: & præterea, ut ita separati res novas, si forte vellent, agitare non possent. Peditum quinta pars, sive o-Aingenti & quadraginta in Extraordinarios legeba-

(p) Vid. sund. XXXI. 21.

⁽K) Vid. Manut. ad Caf. B. C. III. 64. (i) Vid. fupr. Self. 1. 6. 1. 5. g. (in) Liv. VIII. 8. (n) Ouid. 1, prox. d.

⁽m) Liv. VIII. 1 (o) Liv. III. 220

batur in duas cohortes militum trecentorum triquinta sex, & dimidiam tohortem Ablestorum centum sexaginta octo distincta: reliqui in decem cohortes militum trecentorum triginta sex erant divisi. An vero socii in manipulos etiam distincti suerint, incertius est, licet convenientia ordinis suadere videatur, hoc apud eos quoque obtinuisse. Dua porro segiones cum suis sociis & equitatu dicebantur exercisus Consularis (q); qui ita erat in universum militum octodecies mille & sexecutorum.

[Schema Exercitus Consularis .]

1200. Velit. divisi in denos Man.
1200. Princ. feu vicenas
600. Triar. Centur.

Capita — 2200. in LEG. 1. seu Cohort. X. Equit. Ala 300. in Turm. X. seu Dec. XXX.

40. Ablett. Turm. 1.
160. Extraord. T. 1v.
400. Alar. Turm. x.

50.5 [268. Ablett. Cohors Dimid.
672. Extraord. Coh. 11.
2 360. Alar. Cohort. x.

Capita-9300. in Una LEG. cum Equit. & Sociis.

One fumma duplicata efficit duodevisinti capitum millia cum fexcentis. Itaque Exercitus

Confularis ex 9000. Roman. & 9000. Sociis.

S. II. De Ordinibus Ducum.

Duces in exercitu funt vel Proprii, qui uni alicui parti exercitus præfunt; yel Communes, qui universo.

Duces Proprii primo fuerunt Centuriones, five Ordinum ductores (λοχαγοί (τ), vel graξιάρχαι). Hi justu Consulum (s) eligebantur a Tribunis M 2 (t) ex

⁽q) Vid Liv. X. 25. (r) Dien. Halic. 1V. 18.

⁽a) Vid. Cic. in Pif. 36. Liv. XLII, 14.

(1) ex quoque genere militum, exceptis ve-litibus, & quidem virtutis maxime ratione habita (1); licer hoc sub Principibus (qui præmia fere non pro virtutis meritis, sed pro libidine difribuere solent) sæpe neglectum sit (v): gerebant autem hi baculum e vite insigne muneris sui (vv); (ut jam diximus) (qua immorigeros castigarent *.) unde vitis pro ipso centurionatu ponitur; & vite donari est designari ad centuriomaum (x). Centuriones ipsi sibi legebant duos Uragos, five Optiones, qui etiam Succenturiones funt dicti, (y); & duos Signiferos vigore animi & corports præffantes; licet forte unum fignum tantum in manipulo fuerit (2). Promovebantur autem milites ita, ut in eadem cohorte ad aliud genus militiæ adfcenderent, ut a decimo baftato (a) (ita vocabant Centurionem decimi manipuli bastatorum) ad decimum principem, & inde ad decimum pilum, sive ad desimum ordinem sriaviorum: inde jam numero procedebant, & fie-bant Non:, Octavi &c. donec ad Primam Pilam (b), five ad Primum ordinem Triariorum pervenirent, quod tarde demum debuisse fieri, quivis videt (c). Summa dutem dignitas erat primi hujus Centurionis (d), (nam ita aliquando vocatur (e)), qui etiam Primopilus dicebatur ; quippe qui quafi caput omnium Centurionum erat, eosque ducebat (f), unde Græcis dicitur

```
(t ) 1d. 1bid. feqq.
(u ) Vid. Lucan. VI. 145.
(v) Veges. H. 5.
(vv) Vid. Juven. XIV. 193.
† (Tace I. Ann. 23.)
(x) Spareian. Hadr. 10. & ibi Cafaub.
(y) Liv. VIII. 2. (Fefl. V. Optio.)
(z) Varro de L. L. II. 16.
(a) Liv. XLH. 34.
(b) Veges. H. 2.
(c) Vid. Plin. H. N. XIV. 3.
```

⁽c) loid. cund. VII. 41. (c) loid. (f) Dion. Halic. IX. 10.

ο πρεμών τε τάγματος (β), ερατοπεδάρχες του πάγματος (h), & ίλε τε τάγματος αρχων (i) quæ omnia Legionis ducem notant: itaque cum Tribunis in confilio Imperatori aderat, aquilam præcipue tuebatur (k), (& hinc etiam Aquilam pro ipfo Primopilatu ponitur in elegantissimo loco Plinii modo ad marginem citato, & etiam apud luvenalem XIV. vers. 193.) & justa Imporatoris accipiebat: opima quoque præmia capiebat i), & pro equite erat (m).

Toti legioni præerant Tribuni (*), qui a Romulo primum tres duntaxat funt creati; auchis vero legionibus in unaquaque legione sex Tribuni sur chi initio creati sunt a Regibus, & postea a Consulibus; donec A. U. 393. a Populo sex Tribuni creari cœperunt (*), sicut A. U. 444. sexdecim (*p*). At post bellum Perfecum cum Perseo Macedonum Rege gestum zequali numero a Populo, zquali a Consulibus creabantur: illi comitiati (*q*), hi Ruttli, & postea Rusuli sum dicti (*r*): verum Ciceronis tempore cum militia jam perpetha esset, sæpe in castris a Consulibus, vel Proconsulibus creabantur (*s*): & sæpe etiam ex prætoriis, vel consularibus viris erant (*r*). Sub Imperatoribus etiam Tribuni militum semestres creari cæperunt, quo ita pluribus gratiscari possen (*v*): & tum etiam Tribunorum quidam sunt dicti Laticsavii, qui, in spem senatoria dignitatis (*s*); su loquitur Xipbilinus su Dio.

⁽g) Ibid. 13.
(h) Id. X. 16.
(i) Id. IX. 16.
(i) Id. IX. 16.
(ii) Id. IX. 16.
(ii) Id. IX. 10.
(ii) Id. IX. 10.
(ii) Iven. 1. c.
(ii) Vid. Ovid. Am. II. VIII. 5. & 17. Marrial. VI. 58.
(iii) Vid. Ovid. Am. II. VII. 68.
(i) Liv. VII. 5.
(i) Liv. VII. 5.
(i) Afcon. ad Cic. AH. I. in Verr. 13.
(i) Feft. V. Rufuli.
(i) Cic. Famil. VII. epiff 5.
(i) Vid. Liv. XLIII. 49. XLII. 5. XLIV. 17. Pint. Cap.
(i) Juven. VII. 19.

Diene li 66. 1 tribunatum gerebant; alii Angalit. clavii (Græcis. serognus) qui equestrem tan_ tum dignitatem consequebantur (x). Tribunorum præterea infigne erat pugio, five parazonium: (v). Tribunorum autem munus erat jus dicere (2); signum excubiis ab Imperatore acceptum: reliquis tradere (a); munitiones, exercitia, vigilias curare, aliaque quædam peragere (b); dequibus omnibus fuo loco dicemus. Bini autem. Tribuni per duos menses. (c) legioni imperabant, alternis, ut videtur, diebus; ita ut in exercitu. confulari quatuor femper, ut minimum effent. qui. imperarent, vel potius, qui mandata imperatoris exequerentur. Qui Tribunatum militarem gefferant, ut de Primopilis dictum est, deinceps pro Equitibus habebantur (d), & annulum aureum. zestabant (e).

Cuique turmæ equestri præerant tres (f); quorum qui primus electus erat, toti turma imperabat, eoque absente sequens. Et hi quoque toti-

dem Optiones fibi adfumebant (g) .

Socii regebantum a Præfectis fuis (b), qui fecuritatis Populi Romani cauffa a Consulibus conflituebantur; & eodem numero erant, ac eodems jure in fuos utebantur, quo Tribuni in cives ...

4.III.De Ducibus, qui toti exercitui præerant ...

Duces, qui universo exercitui præerant, fuerunt, primo Imperator: secundo, Legati. Imperator erat, qui duciu, aut auspicio suo rem gere. bat; dullin (i) quidem, cum iple prælens; an. fpicio vero, cum eius mandatu alius (k): quod oppreffa, Republica: maxime: ufitatum: a veteri; more fumptum fuit , quo nihil nisi auspicato, geri poterat ; auspicia autem neme , nisi qui im.

⁽²⁾ Sues. Osb. 10. & Domis. 10.

(7) Martiel. XIV. 32.
(2) kiv. XXVIII. 24.
(3) lbid. (b) L. 12. 2. 3. 4. ev e milita.
(c) Liv. XL. 41. (d) Martiel. III. 95.
(c) Juven. locp penie ante eis.
(f) Varro de LL. IV. 16. (g) Ibid.
(h) Vid. Suete. Aug. 18.
(i) Ibid. 21.
(k) Vid. Hands. Od. 18. VIV.

⁽k) Vide Horate Od. IV. XIV. 33, Quide Trifte H. 1250

imperator effet. habebat. Inligne Imperatoris crat Paludamentum, five chlamys coccinea (1); quami in Urbe inter vota & sacrificia sumebant (m). Lictores etiam paludatos fuisse vult Lipsius; sed tamen veriuseft, folius Imperatoris paludamentum fuiffe, reliquorum vero fagum : licet sepius ha voces confundantur (*)

Legati plerumque ab ipfis Ducibus adfciti videntur (o), ita tamen ut Senatus-confultum intervenirer (p); erantque Legati fere viri prudentia & tortitudine militari infignes (q); nam munu: eorum perhonorificum habebatur (r), quemadmodum, exempli gratia, illustris ille P. Cornelius Scipio Africanus Panorum domitor fratri fuo Lucio (qui mox Afraticus dictus ett) bello Antio-ebico legatus fuit: & A. U. 556. P. Suipicius & P. Villius viri Confulares legati in Macedonia fue. runt (1). Numerus legatorum pro re nata varius fuit; Pompejus enim bello Piratico viginti quinque Legatis usus est (t), quia scilicet id bellum fotum quantum erat mare internum occupavorat: Cicero Cilicia Proconful quatuor fuos legatos nominat (w); plerumque tamen pro numero legio. num Legati adfumebantur. Munus Legatorum fuit Imperatori in cumibus rebus vicariam operam dare, (unde Sub-consules postea aliquando sunt dichi (w)) ita ut corum potestas satis larga esset; sed tamen fiduciaria (x). Augustus cum inse Imperator esset, & solus auspicia haberet, omnia per legatos egit (y); & ex iis quoidam Confulares vocavit, qui totis exercitibus præerant: quoidami Pratorios , qui fingulis legionibus (2).

CA

(2). Vid. Taciti Annal. IL. 36. Hift. L. 760.

⁽h) Javen. VI. 309.

(m) Liv. XLII. 49.
(p) Herst. Epok. IX. 28. Nonius 14.
(e) Liv. IV. 17. Cic. pro legs Mandi. 19.1 (p) Id in Vatin. 15. (p) 16: in Vatin. 15:
(q) Exem. ap. Liv. XXXVII. 15:
(i) Vid. Cic. loc. prox. d.
(i) Liv. XXXII. 18.
(i) Appan. Michield. p. 392. ed. Tollii.
(u) Ad Famil. XV. 4.
(w) Ves. Infer. ap. Scalig. Epift. 1: 66.
(z) Cafar de bell. civ. II. 17. G III. 51:
(y) Dio. LII.
(2) Vid. Testic Appal. 11. 45. Vid. 12.

CAPUT III.

De Armis .

Rmis utimur vel ad petendum, vel ad tegen-A dum: illa proprie tela *, hæc arma dicuntur; nam telum est a Græco Tine, vel Tinogi. procul: diversa autem fuerunt apud Romanos pro diverso genere militum. (Qua fingulis Romanor. civium classibus arma tribuerit Servius Rex . docent Liv. & Dion. Halic.)

6. I. De Levis Armatura militibus.

Levis armatura milites in genere Ferentarii di-Sti funt (a); & olim quoque Roratii & Accenfe (b): at post A. U. C 542. Velices instituti funt (c), qui Italia civitate donata desierunt : iifque substituti funt Fundireres . Jaculatores (d), & id genus alii. Velitum arma erant (e) primus Gladius Hifpanicus omnibus militibus communis, eximium habens mucronem, & utrinque validum istum; ita ut non tantum cæsita, sed etiam punctim (quod longe utilius (f) esse facile deprehendi potest) pu gnare possent: & hunc tempore Polybii ad dextrum femur gestabant. Habebant secundo bastas velitaves septem (g), quæ erant crassitie unius digiti, longitudine tripedali cum mucrone novem digitorum; qui tenuissimus erat, ita ut telum remitti non posset (b). Muniti erant parma sesquipedali (i) e ligno corio super inducto (k); & galea, five galero e pelle, quæ ita distinguenda est a casside (1); hæc enim erat ex metallo. Et sæpe etiam veteres exuviis ferarum pro galeis funt usi (m). 6. IT.

^{*} Vid. l. 233. ff. de V. S. S. 2. Liv. 3. 43. (a) Vid. Fest. bac V. & V. Velati. Varr ap. Non. p. 545.

⁽a) Vid. Feft. bac V. G. V. van...

379. ed Plane. 1365.
(b) Feft. iis vocibus. L. VIII. 8. (c) Id. XXVI. 4.
(d) Id. XXX. 31. (c) Id. XXXVIII. 21. G. XXXI. 14.
(f) Vid. omn. Palpb. II. 30. 33. Veget. I. 12.
(g) Liv. XXVI. 4. (h) Id. XXIV 34.
(i) Vid. Palpb. VI. 20. ex verf. Cafaut. nam Graca sorupra funr. (K) Varro ap. Non. 18. 2.
(ii) Iddor. Orig. XVIII. 14.
(iii) V. Srat. Thab. VII. 276. Sih Ital. VIII. 492.

S. II. De Armis reliquorum peditum.

Hastatorum & Reliquerum Peditum Arma erante primo, Scutum, Græcis Super's, ort foine in Super-(n)) quod diftinguendum est a Clypeo; (Gr. downs) hic enim rotundus (o), illud oblongum fuit. Scuti latitudo erat pedum duorum & semis; longitudo. fere pedum quatuor (p), ita ut hominem leviterfese inclinantem tegeret. Erant etiam Seuta imbricata, sive in modum imbricis formata, quæ plane digniorum erant (q). Omnia hæc fiebant e-ligno lento & levi (r) corio fuper inducto, & aliquando lino, ut posset inhærere pictura (; & hincpostea arma, que vocant geneilicia, sunt orta (1). Extremitas scuti ferro erat munita, & ad ictus. firmius sustinendos, & ne lignun: terræaliquando. impolitum putredinem facile contraheret: in medio autem scutolerat Umbo ferreus paullum protuberans; lorum etiam habebat, quo illud gestarent, quod Græcis doprio dicitur. Quod autem clypeum finistra gestarent, hinc conversio ad finiftram dicebatur fieri ad clypeum (in' donisa); conversio opposita, ad bastam (emisopu). In equite vero conversio ad sinistram so svoav, ad frenum (u). Secundo habebant Pila (w) (unde Belgica vox Pyl) quæ Romanorum propria tela fuerunt (x): ea erant vel rotunda ea crassitie, ut plane manum implerent (y): vel quadrata ambitu quatuor digitorum, longitudine ligni quatuor cubitorum; cui ferrum hamatum (ne facile telum revelli posset) paris sere longitudinis sirmissime adnecebatur (z); sed ita ut pars ejus dimidia ligno esset adsixa, mucro vero exstaret cubiti unius & dimidii, adeo ut totius pili longitudo effet cubitorum quinque cum dimidio (a): craffities ferri, ubi ligno committebatur, erat digiti M .5 ···· mains

⁽t) Enflath ad Homer.
(c) Vid. Virg. En III. 6;7. VIII. 667.
(p) Pelph VI. 21. (q) Xiphilin. Macrino.
(i) Plin. Hift. Nat. XVI. 40. (s) Serv. ad Virg. En. X. 784(i) Vid. Voff. de Idol. III 76.
(u) Vid. Polyan. Strat. L. IV. e. III. § 17. 11.
(w) Lucan 1. 7. (z) Serv. ad Virg. En. VII. 866.
(y) Dion. Halic. V. 46. (x) App. Al. in Cetricis 9
(4) Vi & Sii. leglic. XIII. 308.

unius & dimidii, unde patet; graviffmum omnino fuiffe (b), ita ut jastu omnia perforaret (c); unde lentum etiam a gravitate dicitur. Pila vocovs Graci dixerunt. Sed aliquando etiam leviora tela. habuerunt venabulis, five sebanis (vel sibinis) fere fimilia (d). Tertio Galeam gestabant exzre. aut: alio metallo, vultu tamen aperto: (unde von Julii Cæfaris in prælio Pharsalico, Miles faciem feri ()) hæc apice plumeo & crista ex tribus pennis puniceis erestis (f), vel aliquando juba equina constante (g) erat infignis. Cives ex prima classe induti erant lorica: ea autem fasta erat e laminis, vel catenulis; & tum dicebatur bamata (b); vel etiam fiebat e squamis, aut laminis ferreis (i) quæ plane, konestiorum erat ... & toti corpori maxime apta : quam graphice de-Scribit: Heliodorus: Ethiopicorum I. IX. circa medium . Plerique vero pro lorica habebant dumtaxat pellorale, five laminam arram duodecim digitos laram (k). Hæc autenr, featurr, galea, lo-rica, auro & argento ornata (l), & variis figuris. calata fuerunt. Unde ea testa gerebant. mili inprelio, aut pompa (m). Ocress habuerunt a liquando in alterutro (m), aliquando in utroque crure . Vulgo etiam gestarunt caligas , unde etiam caliga pro militia ponitur. (0), & caligati pro-militibus, & quidem gregariis (p): (qui etiam clavis eas suffixias habebant (q)) atque inde etiam Cajo Imperatori Caligula cognomen fuit, quod scilicet in castris inter milites caligatos: educatus fuerat (r) ...

S. III. De Armis Equitam ..

Equites olim quidem vefte tantum faccinelas fuerunt, quo facilius equos conformement, (non enim

⁽b) Flor. II. 7: (c) Tibull. ad Messal. 50.

(d) Said. V. Deßüyn (v. Bigmol. Vosit V. Sispas.)

(e) Flor. IV. 2: (f) Virg. En. IX. 50.

(g) Isid. X. 250. Vid. & Serv. as En. II. 391. & 412.

(h) Id. En. III. 457.

(i) Id. En. VI. 487. Claud. in Rust. II. 370.

(k) Pays. VI. 31.

(l) Cic. in Verr. IV. 44. Juven. XI. 103. seg.

(m) Cest. B. G. II. 21. Plut. Lucull. p. 31.

(a) Liv. IX. 40. Vester. 1. 22.

(b) Sev. de rev. vis. 7. & de Sen. v. 15. Plin. H. N. VIII. 456.

(b) Juvén. III. sin. (q) Id. XVI. 24.

(c) Sues. ejus visa 9.

enim flapedas, five subjices ephippiaries, ut eos vocat Budeus in comment: ling, Gr. n. m. 541. feq. habebant (1), ut nec ephippia, nist forte ve-ftem aliquam stragulam (1) hastas graciles & scuta e solo corio serentes. Postea Gracanicis armis usi funt', nempe gladio longiore, conto, sive hasa grandi; * tum galea, scuto, & lorica: aliquando etiam iaculis fuerunt armati.

6. IV. De Poliorceticis.

Arma, five machine potius, in oppugnationibus urtium maxime usitata fuerunt varia; ut Testudo ... cujus usus etiam fuit in præliis (u), cum scutis supra caput elatis, & arctissime junctis muro succedebant primis altioribus, & ordine paulatim decrescente, cuius elegantissima descriptio est apud Livium XLVI. c. o. Ufitatius vero Teffudo fignificat Machinam ligneam, que murum subquentes segebat (x). Crates, Vinea, Pluter (y) maching erant, que paulatim urbi obsesse admote milites: ad eam accedentes tegebant, unde su repere dicuntur (2). Turres ! ligneas, que fale seu phale dicebantur **) adhibebant plerumque mobiles. (a), que aliquando rotulis erant imposita, & pluribus tabulatis constructa. Ariete ex firma trabe: serro prominente (b) facto muros quatlebant; qui erat vel simplex, vel alteri trabi appenius (c). ut vi majore; conatu leviore libraretur ; ejusque vis erat maxima (d): unde civitati obsessa aliquando promittebatur salus, si deditionem socisset prius quam aries muris effet admotus: plane: M. 6

⁽¹⁾ Vid. 1 ipf. de Milie: Rom. III. 7... (1) Varro ap Nou. p. m. 132. Eaf B. G. IV. 12... * (Ex I. Edit. addimus: Joleph. de B. Jud. 141 6.) . .

⁽u) Lucar, HI. 474. (x) Liv XXXIII 29.

⁽x) Live RARII 25.

(x) Live RARII 25.

(x) [J. 45.] 1945

** (Plaur. Modell. 31. 1. 10. Vide Vegoe. 3121, 18. &:

ad'hine Seeweeb. p. 377.)

(a) Id. III.448.

(b) Propere IV. XI. 336.

(c) Lucan. III. 490.

(d) Josephy de bell. Jud. III. 156.

nt hodie de majoribus tormentis obtinet (e). Cas sapultarum, & Balistarum vis maxime consistebat in nervis (f): ittis jacula grandiora, Balistis saxa ingentia (g), faces ardentes, aliaque mittebant (b); liget postea has voces consuderint. Quia autem hastas aut lapides tormentis excutiebant. libratores sunt dicti (i). His tormentis etiam, un hodie ad aditus castrorum, aut urbium a vi ho-Hili defendendos utebantur (k).

CAPUT IV.

De Acie.

A Ciei forma ordinaria erat, ut primi pugnam lacesserent Velites, qui stabant, vel ante jufram Aciem (a), vel in intervallis manipulorum (b), vel ad utrumque cornu. Indi pugnabant Haflatr (c); quod fi illi pellere hostem non potuisfent, vel ipsi pellerentur, recipiebant se in intervalla Principum (d); vel post eos, si plane sessi effent. Si apud Principes quoque minus profpere pugnatum esset, illi sensim a prima Acie ad Triarios referebantur, juxta quos etiam videntur suisse Extraordinarii sociorum, & Evocat ti . Tunc hi fimul exurgentes (sedebane enim , unde subsidia (e) dicuntur, & in Glossariis Gracis igespot pro triariis) pugnam restaurabant (f); & inde rem aliquam ad triarios rediisse, quum in aliqua re laboratur, proverbio increbuit (g). Hæc omnia fiebant beneficio Viarum, quæ erant inter manipulos in quincuncem dispositos (b); erantque vel transverse inter genera, hastatos scilicet, principes & triarios: vel directe, inter partes nempe, five

⁽c) Cof. B. G. II. 37. (f) ovid. Metam. VIII. 357...
(g) Lucan. III. 460 (h) Id. II. 635...
(i) Tacis. Annal. II. 20...
(k) Cof. B. C. I. 1. Tacis. Hift. III. 25...
(a) Liv. XXXV. 21. (b) Id. XXX. 35...
(c) Vid. Ib 8 (d) Id. VIII. 9.
(c) Vid. Ib 8 (d) Id. VIII. 9.
(c) Vid. Ib 8 (d) Id. VIII. 9.
(d) Liv. VIII. 8. (b) Vid. Virg. Georg. 11. 179. 164...

five manipulos. Grace autem, qui se in eadem serie sequentes profunditatem Aciei efficient $\frac{1}{6}\pi_{15}d\tau_{cor}$ vocantur: & dicuntur solveir. Hapasatal funt, qui ad latus aftorum stantes Aciei longitudinem efficient : & hi dicuntur (vyeir (i). Equites aliquando a tergo Aciei pedestris suerunt positi, unde per vias directas fubito emitti poterant (k : fed plerumque tamen in cornibus ita, ut in altero cornu focii, in altero cives cum Extraordinariis fociorum effent . Socii pedises ad latera legionum plerumque fuerunt dispositi (1). Inter Triarios & Principes (m) intervallo majore ordinarius Imperatori locus erat (n), ut inde, quippe e media Acie, mandata ejus quaquaverfus facilius perferri possent. Iuxta eum stabant Legatorum quidam, Tribuni (0). Præfecti, & Evocatorum præcipui; qui etiam quandoque inter manipulos erant dispersi (p), ut reliquis animum adderent, vel ordines ducerent. Quisque autem locum, ubi in Acie stare deberet. ita notum habebat, ut necessitate urgente sine duce eam struere possent (q). Et hæc de ordinaria Aciei forma dica sufficiant. Pro re nata vero etiam diversæ acierum formæ fuerunt. ut que struebatur in modum Cunei (r), cui contraria fuit Forceps; tum Turris, Laterculum, Serra Gc. (s). Gregariis militibus a suis centurionibus certus ordo (1) pro eorum judicio vires cujusque suit adsignatus, quem ordinem qui vel uno passu deseruisset, gravi poena (v), & plerumque quidem morte mulcabatur : in agmine vero, qui longius, quam ut tube sonitum exaudire posset, excesserat, pro desertore habebatur (x); quæ leges licet duræ, utilissimæ tamen fuerunt.

6. LI.

⁽i) Fid. Cafaub. ad Polyam. II. 10.
(h) Liv. X. c.
(l) id. XXXVII. 39.
(m) Vid. Virg. En. IX. 28.
(n) Vid. Sall. Caril. 50.
(o) Vid. Taeir. Hift. II. 29.
(p) Cef. de bell. civ. III. 28.
(q) Liv. IX. 1.
(r) Veges. I. 26. & III. 19.
(a) Gell. X. 0.
(t) Vid. Liv. Epir. 59.
(2) Appian. Punic. p. 16. ed. Tollis.

6. II. De Signis .

Signa, quæ in fuis quæque manipulis erant dilposita, olim nihil aliud fuerunt, quam manipu-lus fani, unde manipulo nomen (y). Postea usi funt ligneolo transverso hasta adfixo, supra quod ordinarie manus figura eminebat; eique orbiculi quidam erant subjecti, in quibus imagines Deo-rum, & postea ctiam Principum conspiciebantur (2); quemadmodum : hoc ex nummis . aliifque veterum monumentis perspicuum est (a). Et procedentibus temporibus argentea fuerunt ; unde a Questoribus in erario servabantur (b). Totius legionis fignum erat Aquila aurea (c), (utique post tempora Marii (d); antea enim Lupo, Minorauro, Equo, Apro, pro fignis utebantur) qua expansis alis super hastam stabat (e) in primo manipule. Triariorum, five apud primum pilum: postea rursus Dracones (f), aliaque animalia pro fignis adhibuerunt .. Equites habuerunt vexilla ... Eve Flammulas (g) fere hodiernis nostrorum equitum fimiles; quibus nomen Imperatoris aureis literis erat intextum (b). Hæc omnia figna facra erant(i), ((unde Dvidius Faft: V. verf. 585. figna vocat decus belli) & Deorum fere loco colebantur (k), mortis poena in milites, qui ea amissefent', conflituta 1); quemadmodum etiam milites ob ea violata severissime puniebantur (m). Itaque το βδέλυγμα της έρημώσους, abominatio BRattin, ut vertit Beza Matthai XXIV. 15. hunc figno.

emend. leg. 17 --

⁽y) Ovid. Faß. II. 117. (z) Vid. Svet. Tib. 48. & Cajo 14. (a) Herodian. II. 6. (b) Live III. 69. (c) Lucan: I. 7. (d) Plin: H. N. X. 4. (e) Vid: Tacis. Ann. XV. 20. (f) Claud: de VI. Hon. Conf. 356. (g) Veget. II. 1. (1) Diams, de vi. 110n. 10nj. 5000.
(2) Veger. III i.
(3) Veger. III i.
(4) Veger. III i.
(5) Subse Vefp. 6.
(1) Dion. Halic. VI. 430 omné & X. 16. Cie. Caril. II. 66.
(1) Dion. Halic. VI. 430 omné & X. 16. Cie. Caril. II. 66.
(1) Liv. II. 59.
(5) L. 7. 5. ule. ff. ad l. Jul. Maj. V. 46. Bafe de rasional les vi.

fignorum cultum multis denotare videtur . Et hinc: ell quod legimus, ea urgente periculo aliquandoin hostilem Aciem suisse conjecta (n), ut & pornæ metu . & pudore inde repeterentur . Imo obhanc fignorum religionem precipuo figno, quod faberum eo zvo dicebatur; Constantinus literas.
initiales nominis CHRISTI inscribi justis (0).



S. III. De sis, que proxime puguane? pracedebant . .

Anterpugnam utili instituto Imperator in suggestu ex cespitibus (p) plerumque sacto stans, [hoc autem Tribunal dicitur; nam ita vocatur quevis alsisudo manu hominum ex respitibus, vel simili materia firucto] (q) in eo; inquam; fans exercitum alloquebatur; milites vero vet clamore (r). vel dextris sublatis (1); vel denique scuta hastis. percutientes (r): alacritatem fuam: testabantur : quemadmodum filentium e contrario pro figno timoris habebatur (w). Multi etiam hoc tempore teffamenta fua condebant, quæ in procincio fucla dicuntur (v); Græci Siadinas appagous reflamenta non scripta, five nuncupativa vocanti(w). Inde omnia figna pariter clafficum canebant (x); (To Todepundy son univor ("y)) quod fiebat, vel Tubis, que erant directe (2); vel Lieuis, qui leviter erant inflexi (a); vel denique Cornibus plane incurvis; quibus fere similes, fed minores,, erant

⁽ a) Dioni Halis. VIII. 64: (o) Vid. 'numm. ap. Parin. de numm: Impp. R. en:

⁽p.) Fasie eo Lutzun. V. 316. (q.) Vid. Plin, H. N. XVI. 1. de patria nostra 3 vel yea-

gionibus vieinie loquentem . N. AVIII.

(1) Livi XXX 144
(2) Lucan I. 126. feq.

(3) Lucan II. 126. feq.

(4) Lucan II. 126. feq.

(4) Pluse Coriol, pr in 217.

(5) Dione Halice XX II. (T) Gell. XV. 27. (z) Veger. II. 22.

^(#) Ovid. Merans : I. 98. (a) Vid. Sener. 但4. 734.

280

erant Buccine (b). Et hac omnia signa erant ex ere (c), unde Aneasores, qui ea inflabant, sunt disti (d). Tympana vero nostris similia Romani (milites) non habuerunt . (Sed ea Gallorum Cvbeles & luxuriæ instrumenta fuerunt . Plaut. Truc. Il. 7. 49. Svet. Aug. 68. Justin. XXX. 1. 9.) Cum iam ad hostem ventum esset, clamor quidam inconditus tollebatur ad hostium terrorem (e), & sui incitamentum, qui posteriore avo Barritus est dictus (f), ex cujus alacritate de eventu pugnæ fæpe judicabant (g); & ad eam demonstrandam etiam denuo hastis scuta percutiebant (b). Signum præterea pugnæ erat Tunica rubra in Prætorio extensa (i), (vexillum proprie dicebatur. *)

CAPUT

De Caftris . & Disciplina Militari .

6. I. De Castris, & prime de superiore corum parte .

Isciplina Militaris fedes fuerunt Caftra, fine quibus nullam noclem agebant exercitus Romani (a). Nec unquam fere prælium committebant, niss antea Castra, quo receptus esset vi-sis, munivissent (b). Ea apud Romanos semper fere uniformia fuerunt & quadrata; fed aliquando

ponit.)

* (De formula militari: Vir Virum lezie V. Torrent. 2d.

Svet. Aug. 35, it. Saliner. & Savil. 2d. Tacio. Hist. 1. 18.

At Virg. XI. En. 612 abiter multo exponendus. V. Piet.)

(2) Vid. omn. Liv. XIV. 39.

* (b) Vid. Cof. B. G. V. 9. f. 15. VIII. 9. 5. 46. Liv. XXXVII. 12

⁽b) Propers. IV. IV. 63. Ovid. Mesam. I. 335.
(c) Vid. Virg. Æn. VI 165.
(d) Svet. ful. 12.
(e) Caf. de B. C. III. 92.
(f) Veger. III. 12.
(g) Liv. IV. 17. Appian. Parthic. 148.
(h) Amm. Marc. XIV. 2.
(i) Plus. Fabio Max. p. m. 12. & alibi Caf. B.G. II. 60.
(i) Plus. Fabio Max. p. m. 12. & alibi Caf. B.G. II. 12.
(Macrob. I. 76. Exfat B. G. 2. 20. & ibi Brant. Li12 ad Tac. Ann. I. 19. quanquam ipium locum male ex. pfius ad Tac. Ann. I. 39. quamquam iplum locum male ex-

do Estiva, aliquando Hiberna. Estiva rursus erant, vel in unam tantum noctem, & tum dicebantur Mansiones (c); (posteriore certe descriptions) in

Self. V. Cop. IV. 9. 3.

€a e

> B tı T.

do Estiva, aliquando Hiberna. Estiva rursus erant. vel in unam tantum noctem, & tum dicebantur Mansiones (c); (posteriore certe zvo) vel in plures, que Stativa (subaudi, castra) appellattur (d). Hiberna castra accuratius omnibus rebus erant infructa, (unde adificare biberna dici-tur apud Livium XXVI. c. 1.) ut armamentario, fabrica, valetudinario, &c. ac ejusmodi Castra. pluribus urbibus hodie exftantibus originem dedere; ut Veseribus, quæ hodie Santen dicuntur, Co-lonie Uziorum, Paffavio, aliifque; & in noftra vicinia pago multis urbibus illustriori Alphen . ubi Alphani quondam castra fuisse dicuntur. Nec florente demum Republica hoc obtinuit; verum gam tempore Tarquinii Superbi in formam fere urbium Hiberna struebant (e). Castris hibernis subjecta erant Procestria (f); ubi lixa, calones, fimilifque fortis homines manchant.

Forma castrorum erat, qualis in tabula hic juncta ex Lipsio eam delineari curavimus; ubi videmus ea latiore via in duas partes suisse distincta, in Superiorem nempe, & Inferiorem. In Superiore castrorum parte primo erat Pratorium, A, five Tabernaculum Imperatoris, & circa illud area laxa & quadrata ad ejus comitatum, contubernales, impedimenta, &c. recipienda: fuit autem hoc Prætorium in medio Ducum & militum præcipuorum. Ad Prætorii dextrum latus & dis midia ejus magnitudine fuit Questorium, quod tamen ante Polybii ætatem ad portam decumanam fuiffe videtur (g)). B. ad finistrum vero Lega-torum tabernacula, C. Ante hac omnia erat sorum rebus venalibus, conventibus, legationibus audiendis inferviens. Triluni collocati erant post Pratorium ab utraque parte sex; via intermedia que ad legiones duceret; ita ut quisque ordo fuam legionem spectaret, D. Juxta hos eadem linea versus exteriora castrorum dehant Preselli sociorum ab utraque parte sex,

⁽c) Lamprid. Alex. Sev. 45. (d) Liv. 1. 57. XXIII. 30. XXXVII. 18. & 33. (e) Diss. Haile. IV. 63. (f) Fest. bas V. Vid. Tac. Hist. IV. 22. (g) Liv. X. 32. f. XXXIV. 47.

282 Sect. V. Cap. V. S. I. 2. 6 3-

itidem ex adverso alarum suarum, E. In hae Car Rrorum parte etiam erant Evocati, F. H. tum sociorum equitum & peditum Ablesti, G. I. & Extraordinarii, K. L. Et hac superior part Castrosum suit.

S. II. De Inferiore parce Caftrorum .

Inferior pars Castrorum rursus in duas alias partes erat divisa via intermedia, ad quam utrimque tendebant Equises legionum, N post hos in eadem area Triarii, O. mox via interpesta Principes, P. & Hastati, Q. & demum rursus via eos dirimente, Equites, R. & Pedites sociorum, S. Velites ad vallum, quod Castra ambit, videntur rejecti, V. Tentoria militum sere suerunt ex corio, vel pellibus (unde sub pellibus byemare dicitur apud Florum I: c. 12.) sunibus extensa, unde illis nomen; sed in Hibernis sorte etiam asseres suerunt adhibiti. In quoque tentorio tendebant decem missites cum suo Decano, (ut Vegesii tempore dicebatur) quod proprie Consubernsum dictum est (b).

S. III. De aliis Castrorum partibus ...

Castris Vallum erat circum jestum, (vallum jescre proprie dicebant, Latini. (i)) quod undique ducentos pedes a tentoriis distabat; cujus intervalli varius erat usus. Constabat hoc vallum exaggere (k) & sudibus, quæ superne erant acutæ, & in ramos divisæ (l), ac Valli mascusino genere dicebantur; licet hoc perpetuum tamen non sit (m). Tales vastos quisque miles tres, quatuor, vel plures (n) ferre erat solitus (o), eosque graphice describit Livius XXXIII. 6.5. Altum erat vallum plezumque pedes tres, vel quatuor (p), nis vicinus hostis immineret; tum enim altius illud exstruebanta.

⁽h) Caf. B. C. III. 76: Veget: II. 8.
(i) Liv. III. 25:
(-K) Virg. En. VII. 159.
(i) Id. Georg. II. 25.
(m) V. Caf. de B. C. III. 63.
(n) Liv. III. 27. Id. 49. 57.
(o) V. Herat. Epod, Ik. 11.
(p) Veget. I. 24.

Vallo prætendebatur Fossa, plerumque novemi pedes alta, & duodecim lata (q). Porta Cafirorum erant quatuor: prima Pratoria (Xa)
hosti plerumque obversa, que etiam Extraordinaria dicitur (r): eique opposita suit Decumana (s) (Xb) ab hoste aversa (s), a decimis cohortibus. dista, quæ juxta illam portam tendebant : a lateribus dum porta Principales erant (Xe Xd) di-can a Principiis (u); de quibus mox agemus. Via in castris erant tres Transversa, quinque Diretta: illarum prima erat fupra Prætorium; ultima medias cohortes secabat , Quintana dista a quintit cobortibus (v): media vero via Principia diceba-tur; (Gr. 7a appeia (w) eratque celeberrimus. the first of the applie (w) enaugh the teleperimus.

& factaffinus Castrorum locus: ibi enim a Tribumis jus dicebatur (x); ibi aræ, numina (y), istagines Principum (z); & præcipua legionum figna stabant (a); ibi jurabatur (b), supplicia peragebantur (c), &c. ibi ergo, tanquam (d) loco sancto, pecunia a militibus deposita custodiebatur . Castrorum Consularium ambitus erat circiter milliaris unius cum dimidio . Hæc omnia opera ab ipsis militibus (e) struebantur sub cura a inspectione Tribunorum, nist si qui immunes effent, quod vel ob dignitatem consequebantur, ut Tribuni, Centuriones, Equites (f) & Evocati (2); vel beneficio Imperatoris concessum est: sed Moc postea a Centurionibus emi coeptum militiam Romanam perdidit (b); & demum tota hæc Caftra muniendi ratio posterioribus temporibus, cum. defidia. & luxus. dominarentur, defiit.

€.IV..

⁽q) Vid. Tibull. IV. q. 8;... (1) Liv. X L. 27... (8) Vid. Poft. v. Prenoria portà ... (1) Vid. Liv. III. g... (v.) Vid. Liv. v. Prenoria portà ... (1) Vid. Liv. III. g... (v.) Vid. Liv. & Mil. Rom. V. q... (w.) Plue. Galba p. w. 107... F. ... (w.) Plue. Galba p. w. 107... F. ... (2) Liv. XXVIII. 24... (y) Tac. Ann. IV. 2... (2) lòid. CXV. 29. G ibi Lip. (a) lòid. 1. 39... (b) Tac. Ann. I. 15... (c) Suet. Oth. 1. (d) Id. Dom. 7. Veget. II. 20... (c) Jww. VIII. 247... (f) Front. Strat. IV. 1. 23... (g) Tacit. Ann. I. 36... (h) K. 10... omm. eund. Hift. I. 44...

⁽b) Vid. oun, sund. Hift. I. 46.

6. IV. De Muniis Militaribus.

Disciplina Militaris constat Muniis, Exercitiis, & legibus. Inter Munia primo iloco funt Mini-Reria; fecundo, Excubia; tertio, Vigilia. Primo loco dixi fuifle Ministeria: posițis enim castris Tribuni ex hastatis & principibus duos eligebant. qui Principia curarent, ut munda effent, ex reliquis octodecim manipulis singuli Tribuni tres sortiebantur (1), qui tentorio statuendo aliisque ministeriis, ut aquandi, pabulandi, lignandi &

similibus effent intenti (k).

Secundo: Ex illis porro tribus manipulis duas Excubias quaternorum virorum tum ad dignitatem, tum ad commoditatem Tribuni habuisse videntur (1): quemadmodum etiam Quæstor & Le. gati suas excubias habuerunt. Triarii vero per excubias equitibus, quibus a tergo tendebant, mini-firabant, & equos eorum curabant. Apud Imperatorem quotidie unus manipulus excubabat , & turma equitum, ut ex Sallustio colligo (m). Et hæc omnia de Sociis eodem modo funt intelligenda. Ad fingulas portas ordinario una cohors cum turma equitum stationem habuit ("), quæ ex inflituto Pauli Emilii circa meridiem mutabatur (0).

Tertium Munus militare fuit Vigiliarum: in auibus consideranda veniunt primo , Teffera : secundo, ipsa Vigilia: tertio, Circuitio. Quod Primum attinet: ex quoque decimo figno unus eligebatur, quem Tesserarium vocabant (p): hic fole inclinante a Tribuno excubitore selleram, five sabellam ligneam accipiebat, cui justu Imperatoris verba unum, vel plura erant inscripta (q), (exempli gratia, prælio Philippensi Apollo a Cæfare & Antonio signo datus fuit (r) issque etiam

man-

(1) Val. Max. I. 5. 7.

⁽i) Polyb VI. 31. (k) Veget. III. 2. (l) Facit eo Lampr. Alex. Sev. 54.

⁽m) Jug. 65 (n) Cai. de bell. civ. I. 43. (o) Liv. XLIV. 13. (o) Yid. Tacin. Hift. I. 25. Plut. Oth. p. 1055. F. Suet. Claud. 42. 1.

mandata quædam per exercitum fuerunt diffributa (1): & quovis tempore diei etiam per tefferas mandata edebantur (t). Hanc ad fuum fignum regreffus tefferarius proximi figni duci testibus præfentibus tradebat; ille rursus sequenti, atque ita deinceps: ita, ut ante solis occasum ad Tribunum omnes effent relatæ (u), qui statim ex inscriptione quadam peculiari (quæ fingulas partes exercitus, hastatos puta, principes, triarios & equites, notabat) cognoscere poterat, cujus partis tessera non esser perlata: neque id negari poterat te Ribus, ut in re capitali, adhibitis (u). Secundo: Vigilia singulæ constabant, ut excubiæ, ex quatuor militibus, (quod perpetuum fuisse videtur (W) earumque numerus apud Imperatorem & Tribunos idem erat qui excubiarum; quemadmodum etiam per fingulos manipulos fingulæ vigiliæ erant dispositæ; apud Quæstorem ternæ, apud Legatos binæ vigiliæ conflituebantur. Exteriorem ambitum castrorum tuebantur Velites, quorum etiam decuriæ erant in singulis portis, quanquam his quoque alii juncii fuisse videntur (x): imo, si castra hostis in propinquo haberet, noctu quoque ante castra excubabant, unde Procubitores sunt di-Ai (y). Non autem omnes simul vigilarunt, sed nocte in quatuor vigilias ope clepsydrarum divifa (2) unus ex quaque vigilia divisis vicibus vere vi gil perstabat (a); reliqui juxta accubahant: accipiebant autem omnes a Tribunis tefferulam diverfam a priore, qua dignoscebatur quota quis vigilia. & ex quo manipulo miles munus fecisset : exempli gratia, H. I. V. I. hoc est, hastar manipuli primi vigilia prima. Tertio, hic etiam memoranda venit Circuitio, (Græcis έφόδεια, cuircuitores έφοδοι, & ipla actio φή-Severy (b)) quæ mandata erat quatuor

⁽i) Liv. VII. 18. XXVIII. 14. (t) Liv. IX. 12. (u) Vid. Stat. Theb VII. 217. (u) Polyb. VI. 14. (W) Joan. XIX. 73. Lucas in All. 12. 4. (x) Vid. Viget. III. 5. (x) Vid. Viget. III. 5. (x) Vid. Lucan V. 10. (x) Vid. Viget. III. 2. (x) Vid. Viget. III. 2. (x) Vid. Viget. III. 2. (x)

plerumque equitibus (c) ex quaque legione, quos turmæ ordine præbebant. Hi vigilias inter se fortiebantur, & ad primum pilum accubabant. cuius Centurio ad quamque vigiliam fignum buccina dari (d), & tempora cleplydra æqualiter dividi curabat. Initio vigiliarum, cum Pratorium dimitteretur (e) (ita dicebatur multitudo hominum ad tabernaculum Imperatoris convenientium (f)) omnia signa pariter canebant (g); & suo tempore, qui primam vigiliam fortitus erat (ex 1. Edit. eam amicis aliquot flipatus obibat), & a vigilantibus quidem tefferulam capiebat; dormientem vero, aut loci desertorem, si quem invenisset, proximos attestatus abibat. Prima luce auisque Circuitor ad Tribunum, cujus eo die imperium erat, tesserulas deserebat : quod si qua deeffet, nocens quærebatur, & inventus morte plestebatur. Eodem circiter tempore Decuriones omnes & Centuriones cum suis Tribunis (6) Imperatorem salutabant, (quod ad dignitatem & reverentiam imperantibus conciliandam utilisimum) qui tum mandata Tribunis dabat; illi Centurionibus, Centuriones militibus. De Sociis hic idem dicendum videtur, quod de civibus.

S. V. De exercitiis Militaribus .

Altera pars Disciplina militaris constitit Exercities, a quibus iple Exercitus est dictus, quod exercitando fiat mellor (i): eaque fuerunt vel Oneris, vel Operis, vel Armorum . Onera militum fuerunt majora, quam quis facile credere possit (k): ferebant enim Cibum (1), Utenfilia, Vallos, & Arma (m). Cibum plerumque ferebant dimidiati mensis, vel ultra (n); qui olim fere in folo frumen-

⁽c) Liv. XXII. 1.
(d) Propers. IV. IV. 63. Liv. VII. 35. Sall. Jug. 39.
(c) V. Prop. III. 3. 4.
(f) Liv. XXI. 1.4. V. Gil. Perly, dePres. Diff. 1.8. 17. Diff. 21. \$2.
(g) Liv. XXX. 5. Palyb. XIV p. 946. ed. Grom.
(h) Jofepb. de bell. Jud. III. 6.
(i) Varro de L. L. IV. 16. & 1. 8. 1. F. desefram. mil.
(k) V. Virg. Georg. III. 146. Jug. Har. Seine. II. V. 10.
(ii) Liv. III. 17. (1) Liv. Ill. 27.

⁽m) Horat. Eped. IX. 11. (a) Liv. Epis. 57.

mento confifebat, quod, cum eo uti vellent. pinsebant, vel molis frangebant (0): at sequenti avo etiam panem bis coctum, sive buccellatum ferebant (p); quod utilius erat, quia levius. U. sensula militum erant serra, corbis, rutrum, securis ad muniendum; fals & lorum ad pabulandum; catena; olla ad cibum coquendum (q). Vallos plerumque tres, aut quatuor ferebant; aliquando plures (r). Arma vero milites Romani non onus, sed quasi membra sua esse censebant (s); & tamen ita enufti stupendum quandoque iter conficiebant, & sæpe quinque horis viginti millia passium (1) confecisse leguntur, quod lon-20 usu doctore discebant : calones enim, five fervos militares non nisi digniores habebant (u); a quibus diversi fuerunt line, qui quæstus tantum caussa castra sequebantur (v). sumenta etiam erant quædam; fed non multa (vv) : eaque erant vel publica, quæ tentoria, molas, similiaque ferrent ; vel digniorum quorundam peculiaria: nam wehiculis raro funt usi, quia magis impediunt.

5. VI. De Agmine .

Incedebant compositi in Agmen, quod ad classicum instituebatur; & cum primum quidem fignum (quando vasa conctamari dicebantur (x)) datum effet, cuncti tabernacula defendebant, & farcinas componebant (quod erat colligere vafa): adfecundum signum jumentis farcinas imponebant: ad tertium denique primi procedere incipiebant (y). qui erant Extraordinarii; quos sequebantur Socii dextri cornu cum suis impedimentis. Post hos incedebant prima & fecunda Legio, & denique Socii alterius comu, finguli cum fuis impedimentis: ita, ut Agminis forma eadem fere, que Castrorum esset; & Castra jure considens Agmen; Agmen vero

am.

⁽c) Vid. Liv. XXVIII. 45.
(p) Amm. Marc. XVII. 8. & ibi Lindenbr.
(q) Joseph I. prox. d.
(t) Liv. III. 27. & epis. 57.
(d) Cic. Tascul. II. 16. p. m. 250.
(t) Veges. i. 9. omnimo.
(a) Vid. Sali. Jus. 45.
(v) Tacis. Ann. II. 62.
(vv) Sali. d. I.

⁽vv) Sall. d. l. (z) Caf. B C. I. 66. (V. Brisson de Formul. p. 346.) (y) Vid. Jejeph. de bell. Jud. III. 6.

ambulans Acies dici posset (z). Equites vero interdum a latere, interdum a tergo incedebant & hoc agmen Quadratum dicitur; Pilatum vero agmen (Tikeiv 78's hoyes pro denfare cobortes dicunt Graci (a)) erant, quando, si periculum propinquum imminere crederetur (b), acie inftruela procedebant, jumentis cujusque generis militum ei præpositis (c); ita ut, si subito pugnandum esset, jumentis se tautum evolvere tenerentur. Velites a fronte plerumque videntur constituti. Imperator (juxta quem ordinarie Evocati & Ablecti fuerunt) vel in medio agmine (d), vel, ubi res ejus præsentiam desiderare videbatur, verfabatur (e). Cum prope locum castris destinatum veniffent, Tribuni & Centuriones cum Metatoribus (f) præmittebantur, qui locum aptum caffris eligerent, eaque metarentur co modo, quem jam descripsimus : metari enim nihil aliud est quam suis finibus & metis locum aliquem secare (g). Vexilla autem quatuor fuis quæque locis, a haftæ in fingulis firigis (ita dicumtur ordines in longitudinem ducti; ut qui in latitudinem ducuntur, scamna (b)) deponebantur, ita ut milites tanquam in urbem sibi notam & ordinatisfimam ingrederentur; præsertim quia Castra, ut diximus, fere semper uniformia erant.

S. VII. De Exerciciis Operum .

Exercitia Operis quoque flupenda fuerunt in obsidionibus urbium, aliisque occasionibus, ut in vallis struendis, fossis ducendis, &c. adhibita (i). Quin in pace etiam, vel per ocium perite & affabre opera quædam struebant, ut vias, basilicas, &c. (k), imo tota oppida: (ut de Lugduno nobili illa Gallia urbe testatur Dio Cassius

⁽z) Schel. in Pelph. 1210. T. X. Thef Grev.
(a) Dion. Antic. IX. 5%. (b) Vid. Sail. Jug. 1000.
(c) V. Varv. cirasum a Scal. as Fest. V.-Compilare.
(d) Sail. Catil. 12. (c) Id Jug. 47 omnino.
(f) Veges. II. 7. (g) Vid. Ovid. Fast. I. 199.
(h) Hygin. de Castram Init. T. X. Aut. R. Grev.
(i) Lucan. VI. 3%. 1644.
(k) Tac. Hist. II. 67. Vepis. Probe 9.

(1), & inde hodieque apud nos superfunt fol-Ja Drusiana & Corbulonis; quarum illa hodie nobis de Istel, hæc de Ulies vocatur, qua a Leida urbe ad cataractas, ut vocant, Maaslandie, five ad ipfum fere Mofe fluves offium extenditur: in Britannia vero reliquiæ valli Severi Scotiam ab Anglia separantes etiam hodie conspiciuntur; ut omittam vias illas celeberrimas, de quibus prolixius agendi hic locus non datur. Nec tamen in ipsis legionibus tot erant fabri, ut hæc omnia perficere potuissent; sed milites ipsi longo usu hoe opus erant docti (m) licet aliqui tamen fabri iis fuerint admixti, quibus præerat Prefectus fabrorum (n).

6. VIII. De Exercities Armorum.

Tertium denique Exercitii genus fuit Armorum: quod tam pacis, quam belli tempore quotidie fiebat (0); & absque ulla exceptione ab omnibus; a veteranis vero femel (p). Imo ipfi Duces & Imperatores, ut Scipio (q), Pompejus (r), alique (s) hoc exercitii genere gavisi sunt . Et præcipue quidem in Hibernis Exercitia instituebantur, dirigente ea Centurione aliquo, vel notæ virtutis veterano (t). Nec tempore pluvio, vel ventoso cessabant; sed loca quædam testa huic usui habebant (2). Exercitiorum, quæ armorum diximus, genera porro fuerunt varia : ut primo, Ambulatio; in qua maxime spectata suit celeritas & æqualitas : itaque ter fingulis menfibus milites educebantur, & armati, imo aliquando onera ferentes decem millia passuum (a) (vel potius, nisi mendosus sit Vegetius (b), viginti mil-

⁽¹⁾ L. XLVI. verf. fin.
(m) Tac. Hift. IV. 30.
(n) Vege. II. 11.
(o) Jojeph. de beil. Jud. III. 5.
(p) Veges. 11. 21.
(d) Sil. Ital. VIII. 361. feg.
(f) Plut. Pomp. p. m. 652. A. Veges. 5. 9. ex Sall.
(s) Liv. VII. 31.
(s) Liv. Paper. 1. p. 55. edit. Lipf. Tacio. 6 m. 20.

⁽t) Plin. Paneg. 3. p. 55. edit. Lipf. Tacir. Agr. 28. (2) Veger. 11. 27. (3) Ibid. 1. 27.

⁽b) 1. g.

lia) militari gradu, hoc est, maxima celeritate ire & redire jubebantur (e). Secundo, in usu erat Decursio: cum ordine servato quatuor millia pasfuum in armis & sub signis decurrebant (d); cuius, ut & præcedentis Exercitii, finis erat celeritatis comparatio. Tertio Saltus: quem exercebant, ut in occasione fossas transilire (e), vel altitudines superare possent. Quarto admodum commendata suit Romanis Natatio (f); quæ in mari, vel flumine castris vicino vel etiam Romæ in Tiberi juxta campum Martium exercebatur (g). (Unde proverbium : neque literas, neque natare docius) Quinto Palaria erat, quando tiro-nes palum tamquam hostem variis ictibus petebant (b); quod fiebat præsente magistro. Sexto Armatura, five sagittarum, assorumque jaculo-rum misso (i), qua proprie leviorum armatorum erat . Septimo denique occurrit Salitio; quem equites gladiis strictis in equum ligneum infiliebant (k), qui etiam cursus de flexus equorum, similiaque discebant : sed præter hæc etiam plura alia Exercitia fuerunt, ut portatio ponderis. Gc. (1).

6. IX. De Legibus Militaribus.

Terria Disciplina militaris pars consistit in Legibus; inter quas una fuit severissima contra furta (m), (de cujus poena etiam vide Catonem apud Front Strat. 1. c. 4.) qua sustuarii poena statuta erat in eum, qui vel nummi unius argentei valorem abstulisset (n). Quin nec in hostico promiscue prædari licebat, sed pars Exercitus ad eam rem mittebatur; verum ita, ut omnis præda com-

⁽c) Plaus. Pfeud. IV. 1V. 1t. (d) Liu. XXIII. 25. XXVI. 51. XXIX. 22. (c) Veget. 1. 9. (f) Vid. Suct. Aug. 64. Tibuli. I. IV. 71. III. V. 130.

Veget. (g) Veger, 1. 10. (h) Vid. Cic. de Sen. 16, Juven. VI. 247. (i) Veger. 1. 13.

⁽K) Id. 1. 12. (I) Id. 1. 10. (m) Vid. Cincium ap. Gell. XVI. 4. (n) Vid. onm. Sparsian. Pascenn. Nigro 10. & Frent. Strat. IV. 3. 13.

communis effet (0), eaque a Quaftore vendita, a Tribunis pecunia ex ea redacta viritim distribueretur: itaque nemo prædandi caussa ordinem fuum deserebat, cum sciret se etiam ita partem suam de præda habiturum. Ad leges etiam spe-Aat, quod milites extra castra litigare non cogebantur: & quod a militibus judicabantur (p).

6. X. De Stipendiis.

Scipendia militibus apud antiquissimos Romanos nulla prorfus fuerunt constituta usque ad A.U. 347. fed quisque suo sumptu militabat (q). Inde ad Julium Cæsarem usque habuere stipendium diurnum quinque circiter affium, five duorum obolorum (r), qui denos denarios menstruos, sive unum nummum Philippæum faciunt. Id Julius Cæsar duplicavit (s); Augustus vero decem asses diurnos * iis tribuit (t), & postea ita excrevit stipendium, ut tempore Domitiani (z) quatuor aureorum in fingulos menfes, five decem nummorum Philippæorum effet, ut quidem vult Lipsus de Milis. Rom. v. 16. sed rectius, ut videtur, Schelius loco paulo untea in margine citato, & fo. Frid. Gronovius o mary de Pecun. Vet. III. c. 2. aureos duodecim annuos dicunt; quos vide. Hujus fummæ duplum Centuriones, triplum Equites accipiebant (a); & etiam quibusdam propter virtutem majus folito stipendium dabatur, qui inde Duplicarri sunt dicti (b), (quorum mentio est apud Livium II. c. 59.) & Græcis (c) δίδραχμοι οπλίται: & etiam quandoque duplicem annonam virtutis

⁽c) Polyb. excerpts ex L. X 17.

(p) Juven. XVI. 15. seg.

(q) Liv. IV. 19.

(r) Vid. Rhadh. Merm. Scholium differe. ad Polyb. 3. in

Thef. Grev. T. X. 2. 1195.

(s) Suet Jul 26.

(Hunc errorem, quem Lipsio debet, egregie corrigit

Grondv. de Pec. Vet. p. 127.)

(1) Suet. Aug. 49. Sed. omm. Tacit. Aug. 1. ibique Lipsi.

(2) Suet. Domit. 7.

(a) Polyb. VI. 17.

(b) Varro & L. L. IV. 16.

(c) Polyax IV. 21. seg.

⁽c) Pollax IV. 12. fin.

caussa consequebantur (d): quo alludit forte Apostolus, cum Presbyteros, qui bene præsunt. duplici bonore dignos pronunciat (e). l'ræterea militibus præbebatur frumentum, ne inopia ad rapiendum cogerentur, modii Romani quatuor in mensem ; quantum etiam dimensum servorum (f) erat) illudque vendere nefas erat (g). Hic similiter Centuriones duplum, Equites triplum accipiebant; non quod eorum venter plus caperet, fed quod fervos quosdam haberent; issque præterea hordeum ad equos dabatur. Sociis peditibus tantumdem frumenti, Equitibus modii tantum ofto dabantur; quia scilicet non ita erant opuienti. neque tot servos habebant, ac cives. Hæc autem omnia Sociis gratis præftabantur, quia scilicet etiam gratis militabant ; Romanis & pro frumento, & pro armis certa quædam, sed exiguæ pecunia de flipendio detrahebatur (b). Sal quoque, legum na quædam & laridum falitum (i) aliquando præbitum fuit, inferiore utique ævo; unde cibi militares pro vilibus dicuntur (k). Nemini vero cibum fumere licebat, nifi fignum publice datum effet (1); quod bis quotidie fiebat: & prandebant quidem parcius (ut mos Romanis) cibo plerumque incocto (m) utentes, idque stantes. În cœnando vero paullo prolixius fe excipiebant (n); fed tamen cibis propria manu paratis (o). Posus militum erat aqua, vel posca (Græcis ogixparor) hoc est , aqua aceto mixta ; quæ etiam fervorum erat (p); & Domino quoque nostro cruci adfixo præbita fuit (4).

S. XI.

⁽d) Liv. VII. 17. (e) 1. Timosb. V. 17. (f) Donat. ad Ter. Pherm. 11. 9. (g) Suet. Galba 7. Sall. Jug 41. (h) Vid Tacis. Ann. 1. 17. Plus. Graceb. p. 817.

⁽i) Sparsian. Hadr 10. (K) Id. Pescenn. Nigro 11. (ex 1. Edis. add. Lamptid.

Alex. Scv. 51.)

Alex. Scv. 51.)

(1) Vid. Joseph. de bell. Jud. III. 6.

(m) Vid. Saliust. Jug. 45. (n) Polgen. Serateg. VIII. 16.

(o) Herodian. IV. 7. Prontin. IV. 1. ex 2. guem loc. inv.

Gelicier a Lipf essentarum didiceram ex App. Hisp. 303.

cum vidi idem esse observatum a magno Schelio not. in Polgh.

2. T. X. Ans. R. Grev. qui estam estas VIII. 16. 2. Ergo bic

mego, quad in prioribus edite. dixeram.

(p) Plaus. Mil. Gl. 111. 2. 15. (q) Vid. Forn. XIX. 29.

S. XI. De Pramiis militaribus.

Pramia & Supplicia vincula funt Reipublica, & præsertim rei militaris: ideoque Romani diligentissime eorum rationem habuerunt. Et primum quidem inter commoda militiæ referri potest, quod extra Castra litigare non cogerentur (r); tum etiam quod de peculio castrensi testari possent (s). Est autem peculium castrense pecu-nia, quam siliussamilias occasione militia armata a rationibus paternis separatam acquisivit: ad cujus similitudinem etiam dicitur peculium quafi caftrenfe, quod occasione militie togate, sive caussis in foro agendis quassium est. Præterea bene meritis militibus ab Imperatore victoriam adepto Pramia dabantur: nam Imperator ea occasione re divina facta () exercitum in concionem convocabat; & donandos juxta se statutos publice collaudabat (u), iisque gratias agebat (x). Premia porro erant vel Majora, vel Minora. Minora, ut basta pura (y), sive non ferrata; qua donabatur miles, qui singulari certamine hostem percustisset. Qui hostem dejecisset & spoliasset, si pedes esset, Armilla (2); si eques, Torque, vel Phalera (a) aurea vel argentea donabatur . Phalera autem differt a Torque, quod illa laxior & ad pectus demissa pende. ret (b); hæc vero collum magis stringeret. Aliquando etiam Vexillis donabantur (c) qua erant vel plura, vel pluribus coloribus & auro distincta (d). Catellas etiam & fibulas donatas legimus (e) . Majora Præmia fuerunt Coronæ varii generis; quorum prima & præcipua fuit Corona obsidionalis; (Gr. πολιορπητικός cioaros (f)) qua donabatur, qui cives obsidione N libe-

⁽¹⁾ Juven. XVI. 15.
(a) Pr. Instit. quib. non est perm. fac. sestant.
(b) Hirtius de beil. Afric. 86.
(u) Sall. Jug. 54. Liv. XXIV. 16.
(z) Vid. Diom. Hal. VI. 9a. 1X. 13. Plust. Coriol. p. m. 218.
(y) Serv. ad Virg. En. VI. 760.
(2) Vid. Fest. v. Armilla.
(2) Juven. XVI. verj uit.
(b) Sil. Veal. XV. 255.
(c) Sall. Jug. 85.
(d) Vopise. Aurelian 13.
(e) Liv. XXIX. 31.
(f) Diom. Hal. X. 37. ubi videre licet cur dara fueris.

liberasset: hæc omnium dignissima habebatur (g) > & plectebatur e gramine ex loco, intra quem obsessi fuerant, decerpto (b). Hanc dignatione sequebatur Carona civica (moditinos sequios (i); quæ. cur e quercu fuerit, vide apud Plutarchum Coriolano p. m. 214.) plexa e quercu, quæ dabatur ob civem servatum, & eodem tempore hostem. occifum: dabatur (k) autem decreto Imperatoris ab eo, qui servatus erat, servatorisuo; quem etiam per omnem vitam reliquam parentis loco-colebat (1). Corona Muralis aurea (m), in formam muri pinnis & turribus distincta (n), dabatur ei, qui primus urbis obsessa murum conscendiffet : & huic fere similis erat Castrensis , sive: Vallaris Corona, data ei, qui primus hossium ca-fira pugnans introisset (o), vel vallum superasset. Navalis Corona aurea dabatur ei, qui primus in navem hostilem armatus transiliiset (p): fed ab hac diffinguenda venit Corona Claffica, five: Rostrata (quæ soli civicæ dignitate cedebat), data. ei, qui infigni aliqua victoria hostem mari vicisfet ; qualis M. Varroni, & postea M. Agrippa contigit (a). Fuerunt præterea coronæ aurea nulla. appellatione peculiari distincte, sed virtutis quorundam militum causa datæ (r). Et verbis potius, aut rebus non suo pretio metiendis, quam pecunia milites donabant; ut intelligeretur, folumhonorem, non divitias virtutis præmium effe (s). His donis etiam alii. honores erant juncti; ut scilicet ita ornati ludos spectarent (1), & Equites etiam in solemni sua Transvestione ea fibi præferri curabant (u).

Spar

⁽g) Vid. omn. Plin. H. N. XXII. 3. feq. (h) Fest. v. Obsidionalis. Gett. E. 6. ubi de variis corona. vum generibus agis.

⁽i) Dion. Hal. l. d. (K) Vid. Plin. H. N. XVI. 4. (l) Gell. d. l. Cic. pro Plane. 30.

⁽m) Vid. Sues. Aug. 25. (D) Sit. Isal. XIII. 366. (o) Fest. V. Castrensis.

⁽c) Fell. d. l. (q) Plin. H. N. XVI. 40 (r) Val. Max. III. 22. 24. (s) Vid. Cic. Phil. V. 13. 17. (t) Liv. X. 47. (u) Dion, Hal. VI. 13.

Spolin, five Exercias ab hostibus captas (2) in maxime celebri zonim parte figebant (a), quæ revellere etiam verelitis adibiis (b), vel collapsa reficere nesas erat (c). Scolia vero Opima (d) erant , quæ Dux aliquis (follicet etiam ex inferioribus, ut ex exemplo cop patet (e)), Duci hostium in acie detraxerat; eaque in templo Jovis Feretrii figebantur; quod ter tantum (f) toto Reipublicæ Romanæ tempore accidit. Sunt autem dicia Opima ab Opere, (g) juxta quosdam ; juxta alios ab Ope, Saturni uxore, quia hac (utpote qua terra fignatur) omnes opes humano generi tribuat (h): vel denique, quod verius videtur, ab opibus, five diviriis dicta funt ; unde etiam triumphus opimus dicitur apud Horatium Odarum IV. 4.

S. XII. De Triumpho & Ovatione.

Honores, qui Duci decernebantur, fuerunt Imperatoris appellatio (i), quæ re bene gesta Duci a militibus dabatur (k), a Senatu confirmabatur (1); eamque appellationem Dux retinebat donec triumphasset. Ultimus ex privatis Imperator di-Aus est Junius Blesus, Sejani avunculus (m): licet sua arate illud adhuc factum dicat App. Al. Civ. L. II. n. 455. Secundo, victoriam fequeba-tur Supplicatio, que erat (n) Publica gratiarum Diis actio a Senatu decreta ; & etiam Gratulatio dicitur (o): eaque uni Ciceroni, post oppressam conjurationem Catilinariam, togato est concelfa (p).

N 4 Omnium

⁽²⁾ Virg. En. II. 504. & ibi Serv.
(2) Tibull. 1. El. 1. 52 Liv. X. 7. five num. 36.
(4) Plin. H. N. XXXV. 2.
(5) Fus. Queft. Rem. p. m. 273.
(6) Fest. v. Opima.
(6) Vid. Cl. Periz. Animadvers, His. 7. (f) Liv. 1. 10.

⁽¹⁾ Live. 1. 100. (g) Plus. Romal. p. m. 27. (b) Fest. 1. d. (c) Toc. Ann III. 74. (k) Cef. B. C. II. 16. (l) Cic. Philipp. XIV. 5.

⁽m) Tae. Ann. III. 74. (n) Vid. Caronis Epift. ad Cic. Famil. XV. 5. (0) Cie · pro Marcell. 4.

Omnium vero honorum bellicorum culmen erat Triumphus: (Græcis Doundson) qui decernebatur a Senatu (licet aliquando a Populo (q) invito Senatu impetraretur) Duci, qui ultra quinque mil-lia hossium legitimorum (r), sive justo & hossiti bello, ut dicit Cicero pro Rege Desotaro c. 5. (excivili enim bello non triumphabant (1) una acie, fuis auspiciis (unde sub Imperatoribus privari, quia auspicia non habebant (t), vix triumpharunt) occidiffet; ita, ut victoria illa Imperium Romanum effet auflum (u). Neque etiam exercitus ex provincia deportabantur, nifi ea perdomita & pacata successori suisset tradita (x). Aliquando tamen nullo bello gesto triumphatum fuit (w). Triumphus porro hoc modo celebrabatur. Die certo a Senatu conflituto Imperator. veste triumphali indutus (2), & laurea corona ornatus (a) currui pretioso (b) quatuor equis albis plerumque tracto infistens (c), per Urbem ad Capitolium, pompa per circos, Flaminium primum, inde Maximum ducta (d), vehebatur præcedente Senatu, & comitante magna civium turba, qui omnes albis vestibus erant induti (e). Ante Imperatorem vehebantur spolia bellica, imagines urbium ac religionum devictarum (f). Bum etiam currum præcedebant Reges, vel Du-ces captivi cum fua familia (g) catenis aureis, vel argenteis vincti (b), eosque Imperator, statim ac de soro in Capitolium flectere iter inciperet, in

⁽a) Horas. Od. IV. III. 6 (b) Id. Bod. IX. 25.

(Ovid I. art. 214, quod port Camilli ob Velos capros et iomphem obtinnife videtur, qui telumphus) quod primus curru equis albis jundo urbem invedus effet Camillus (in vulgus clarior quam gratior fuir . Rationem refert Livius v. vulgus clarior quam grantor fuit. Rationem refert Livius va4. Itaque Propert. 12. El. 1. 32. per prolecific Romulo triumphanei albos equos dat. Vide ctiam Broukhus. ad Tibull. 1.
El. VIII. 8.)
(c) Ovid. Trift. IV. El. 18. 53. in qua elegia plurima funs
de sosius sriumphi ratione. (Id. 11. Pont. 2. 21. seq.)
(d) Vid. Jo. de B. J. VII. 24.
(e) Juvon. X. 45.
(f) Ovid. d. 1. 20. Quinfil. VI. 3. Chaud. de land. Stilie.

III. 2.

III. 23. (B) Ovid.d. l. 21. feg. Propers. II. I. V. 330 (h) Vospic. Aurelian. 34.

carcerem duci, & ibi necari jubebat (i). (Ignobilium captivorum multitudo sub corona venibat *) Post hos erant victimæ immolandæ. Imperatorem vero proxime fequebantur eius cognati & affines (k); & denique victor exercirus: ex quo, si quis præmium accepisset, illud præ se serebat. Milites (qui sicuti omnes, qui triumpho aderant, erant laureati) (1) acclamabant, io triumphe (m); & carmina quædam triumphalia, ac petulantia (n) in ipsum Imperatorem canebant. ne nimium fibi placeret (0); ac propter eandem rationem fervus quidam publicus eodem curru pone Imperatorem vehebatur (p): & fascinus quoque ad placandam Nemesim de curru dependebat (q); vel, ut alii, tintinnabulum cum scutica, five flagro, si fides Zonare (r). Ita per vias suffitu repletas (s) & floribus sparsas in Capitolium pervectus Imperator (t) facra faciebat, bobus albis a Clitumno maxime fluvio petitis (u), & auream in gremio Jovis deponebat (v): quod postea etiam videtur factum, etiamsi non triumphatum effet (w). Tum quoque epulum in Capitolio celebrabant; ad quod invitati Confules deinde rogabantur, ut venire supersederent; ne quis eo die, quo Dux triumphasset, majoris in eodem convivio effet imperii (x).

Qui Hostes mari vicisset, Triumphum Navalem agebat; quod primum vistis Carthaginiensibus fecit A. U. 494. K. Duillius (y): nam circa hoc N

tem-

```
(i) Cic. in Very. V. 30.

(Liv. V. 21. pt. Vid. Briffon. Form. p. 494)
(k) Suet. Tib. 6.
(l) Plin. H. N. XV. 30.
(m) Horat. Od. IV. 11. 40.
(a) Mariol. I. A. Suet. Yal. 50. 11.
 (n) Martial, I. 4. Sues. Jul. 50. 51.
(o) Vid. Dionyf. Halie. VII. 72. (in originem hurus
moris inquirit Histor. Acad. Litt. Paris. Tom. II.
 p. 136.

(p) Javen. X. 41.

(q) Plin. H. N. XXVIII. 4.

(t) Ann. II. in rebus Camilli .

(b) Ovid. Trift. IV. 11. 4.
 (t) lbid. 50.
(t) Virg. Georg. II. 146.
(v) Senec. conf. ad Helv. 10.
(w) Suer. Domir. 6.
   ( z ) Valer. Max. II. VIII. 6, Plut. Queft. Rom. 79-
```

p. 283. (y) Flore II. 2.

tempus primum Romani cum classe mare ingresi sunt; quorum naves tunc caudicaria funt dicta: (2), quod caudices arborum iis adhuc adhærerent; & inde eius classis dux Appius Cauden suit dictus. In illius vero Duillii honorem columna. fuit cresta, quæ Rostrata dicitur, quia rostra navium ei erant adfixa, cujus hodieque inscriptio in Capitolio legitur antiquissimum Latinæ linguæ monumentum (a).

Si legitima quadam conditione deficiente Senatus triumphum negasset, aliquando in monte Albano triumphabant; quod primus fecit Papirius.

Mafo A. U. 622. (b).

Post Augustum Imperatorem raro triumphatum fuit i & fere non nisi ab ipsis Imperatoribus. Namcum Agrippa Augusti gener triumphum recusasket, privati non amplius eum ambire sunt ausi, quanquam tamen (ub Justiniano Imperatore Beli-farium ex devicta Africa triumphum egiste legamus (c): aliis vero Ducibus, fi bene rem gestissent, ornamenta triumphalia sunt concessa (d).

Si res triumpho minus digna foret, vel anoviri. fine pulvere, fine certamine effet gesta, concedebatur Ovatio, quæ erat quasi minor quidam Triumphus (e), [o sharror SpianBpos (f), & o melos Spiaμβρος (g)] & in multis ab eo differebat:
nam Ovans pedibus incedebat, vel equo vehebatur, non curru; myrto coronabatur, non lauro; evem, non taurum immolabat, unde ipsa Ovatio est dicta (b).

6. XIII. De Panis Militarikus .!

Panarum (i) irrogatio Tribunis & præfectis: cum confilio fuo, vel etiam Imperatori (k) com-

⁽z) Fest. V. Caudicaria · Senec, de brav. vit. 13.

(a) Qued explicasum vid. a Ciacconio in Thes. Grav.

Tom. IV. 1811. (& ab Ub. Folista de Ling. L. Usu & Pixst.

P. M. 153. (egg. edit. Moschen.)

(b) Val. Max. III. 6. 5.

(c) Procep. Vandal. Et. (d) Svet. Tib. 9.

(e) Gell. V. 6. omedino.

(f) Diom. Halic. VIII. 67.

(g) Id. IX. 36. Vid. eund. IX. 71. inf.

(h) Serv. ad Em. IV. 550.

(i) Vid. de bis pracipue twam l. 3. ff. de re milita.

(K) Polyb.

petebat, a quo nulla erat provocatio (1): quod tamen post legem Porciam latam A. U.556. aliter obtinuisse videtur (m). Puniebantur autem milites vel Castigatione, vel Ignominia: Castigatio consistebat in mulcie dictione, pignoris capsione, vel denique verberatione. Verberatio rurfus erat vel ad mortem, & dicebatur Fustuarium (n), cum sustibus, vel sapidibus, qui desiquissent, a commilitonibus occiderentur ob graviora delicta; (exempli gratia, ob furtum, perjurium, præmium falso postulatum, defertionem, armorum amissionem, vigilias neglectas, &c.) vel non ad mortem; cum cives vite (o), alio fuste, vet etiam virgis focii cæderentur p). Si plures peccassent, Deci-matio (4), Vicesimatio, vel denique Centesimatio (r) pro gravitate delicii adhibebatur. Ignominia (poenæ autem plus turpitudinis, quam cruciatus habentes, militiæ maxime conveniunt's)), ignominia, inquam, erat, ut primo, cum hordeum pro tritico alicui daretur (s); secundo, cum aliquis stipendio, vel parte ejus (x), privaretur, qui dicebatur (y) ere dirutus; & hec poena po-tissimum erat infrequentium (z), hoc est, estum, qui a signis abfuissent; ad quod poenz genus etiam referri posset alterum, ne scilicet stipendia militaria ante delictum facta procederent (a). Tertium ignominiæ genus fuit, cum extra vallum tendere juberentur (b); quæ timidorum fere pæna erat. Quartum cum discincti, (c) & turpi habitu, ut efforminati prostituerentur; quod plerumque fiebat in Principiis, ubi etiam reliqua supplicia peragi solebant

⁽f) Cie. de L. L. III. 3. Dion. Hal. XI. 43.
(m) V. Pighit annales ad eam annum.
(o) Cie. Philipp. III. 6, Liv. V. 7.
(o) Juven. VIII. 147.
(p) Livii Epie. 17
(g) Dion. Halic. IX. 50. (v. omn. Liv. II. 59. f.)
(1) Capielo. Macrino 12
(4) Vid. Berneeg. ad Justin. XXXII. 3.
(1) Liv. XXVII. 13. Suet. Aug. 14.
(a) Liv. XX. 41.

⁽²⁾ Liv. XL. 42. (y) Varro ap Non. 12. (z) Facete alludio Cic. Verr. V. 13.

⁽²⁾ Liv. XXVII. II. (b) Id. X. 4. (c) Id. XXVII. 12.

lebant (d): atque eo habita aliquando etiam opus facere coacti funt (e). Denique aliquando ex honefliore militiæ genere in minus honestum (ex Triariis exempli gratia, in Hastatos, vel Velites) transcribebantur (f). Fuerunt etiam plura poena-rum genera; sed minus usitata, quæ silentio transmittimus . (v. omn. Suet. Aug. 24.)

S. XIV. De Missione & exauctoratione.

Ultimum, quod in hac materia militari considerandum venit, est Missio & Exauctoratio. Missio est vel justa, vel injusta. Justa rursus est vel bonesta, quæ sit emeritis stipendiis (g); (nam, qui ante id tempus se subduxisset, morte, vel servitute puniebatur (b)) vel causaria, quæ sit ob morbum, vel vitium (i), & interdum honestar missioni pramiis aquatur. Honesta missione missi in beneficiarios referebantur; & ex iis fæpe erant Evocati (K): Injusta missio vel per gratiam ab Imperatore impetrabatur (I); vel erat ignominiofa , cum ob crimen aliquis militia folveretur (m).

Sub Augusto Imperatore in usum venit Exan-Horatio, cum onere militiæ, nist pugnæ, soluti milites (*) Veterani & Vexillarii (n) fierent; & sub vexillis plena militiæ commoda exspectarent. Miffio vero post hac tempora fuit illorum, qui hæc commoda (o) accipiebant; quæ fub Auguno erant duodecim millia nummorum sestertiorum, five trecentorum Imperialium (p). Pratoviani vero milites ab Augusto instituti sexdecim annos viginti millia sestertiorum

five

(c) Vid. Suct. Aug. 49. (p) Dio 35.

⁽d) Suet. Aug. 24.
(c) Plur. Luculi. p. m. 501. Frontin. L. IV. 1. 45.
(f) Val. Max. II. 7. 15. aci plura de hac materia vifu
digna. Frontin. L. IV. 1. 18.
(g) Vid. Liv. XXIII. 25.
(l) Vid. Rpit. Liv. 55.
(l) L. 2. 6. 2. 6. de his, qui not. inf.
(h) Vid. Cef. B. C. III. 28.
(l) Liv. XLIII. 15.
(m) D. l. 2. ff. Vid. Hirt. de B. Afr 44.
(*) (de Veteranis-ketu digna exhibent Memor. Acad. Parif.
T. V. p. 365.
(n) Vid. omn. Grev. ad Cic. Phil. 11. 40. Tecis. Ann. I. 36.
(v) Vid. Suet. Aug. 49.
(p) Dia s.

five quingentos Imperiales accipiebant: fed utrique fummæ medium deduxit Cajus Imperator (q); quippe cui ad incredibilem, quo gaudebat, luxum vix ullæ opes fufficiebant. Aliquando etiam, post bella præcipue civilia, agri vel in Italia vel in Sicilia ipsis sunt dati (r).

(XV. Dedisionem facientes clypeum folebant abjicere, aut convertere, capitive imponere: quod ex Appian. II. Civil. Ammian. L. 26. Themist. Or. IX. docuit Rubenius de Gemma Tib. Proverbia, hastam abjicere, herbam vel manum dare f. porrigere, exposuere Erasmus in Chil. aliique.)

· (q) Sver. Cajo 44. (r) Virg. Eel. I. 71. (& IX. 2. 5.) Horar. Serm. II 6. 55. (de Exauctoratis militt. vid. Tac. A. I. 36. 6. ac Duker. de Latinit. vet. JCt. p. 269. & 487. FR.)



De Vita privata Romanorum.

CAPUT RIMUM.

De Re Vestiaria.

S. I. De Toga .

DRæcipua & propria (a) vestis Romanorum suit Toga, ficuti Græcorum Pallium (b). Ea autem Ouiritium ita propria fuit, ut pro ipso nomine Romano ponatur apud Horatium Od. III. s. quem locum imitatus videtur Florus IV. c. 2. & Togatus absolute pro cive Romano (c). Erat autem Toga vestis lanea, rotunda & clausa, sine manicis; unicoque injectu totum hominis corpus involvebat, ita, ut dextrum brachium superne exereretur, finistrum imam Togæ oram sublevaret; qua ratione efficiebatur illud, quod dicitur finus (d). Toga non nisi in pubblico gestabatur: & a divitibus quidem & delicatis laxior (e). a pauperibus vero & frugalioribus angustior (f). Color Togæ ordinariæ suit albus; qui distinguendus est a candido, five Splendante, qualis erat cum cretam togæ a derent; talemque gestabant, qui magistratum petebant; unde appellati sunt Candidati, quemadmodum jam fupra diximus (g): & hinc etiam cretata ambiero dicitur Persio-Satur. V. VI. 177. Festis vero diebus togas recens lotas sumebant; unde tunc al ati (h) dicebantur: albus enim color gratus est, contrarius ni-ger; unde dies letos albo, contrarios nigro lapil-Ìα

⁽a) Svet. Aug. 17 ex Virgilio. Lucan. II. 186..
(b) Plautus Curcul. II. III. 9.
(c) Cic. in Verv. II. 62. & vid. ibid. 60..
(d) Vid. Ferrar, de Re Veft. I. 6. Quinfiil. Infiit. X. 17..
(e) Hor. Epod. IV. 2. & Epift. I. XVIII. 10. Cie. im
Cati. II. 10.
(f) Hor. Epift. I. XIX. 13.
(g) Seft. I. 7. 6. 2.

⁽g) Self. I. 7. S. 8. (h) Horas. Serme II. 11. 60.

lo notare dicimus (i). Et hinc etiam albus probomine probo; niger pro improbo ponitur (k). Lugentes Toga pulla erant induti (1), quams vulgo nigram interpretantur. Ifaacus Vofius vero ad Catulli Attin. verf. 23. putat fuiffe ferrugineam. Hac autem confundenda non est cum Toga fordida, quæ erat reorum (m); obsoleta scilicet, & maculis inquinata, ut ita miserabiliores. viderentur: unde squalor proprie reis tribui folet (n). Olim quidem Toga omnibus in publicum prodeuntibus tam viris, quam mulieribus erat communis (o); sed matronæ postea stolis sunt usæ, togis meretricibus (p) (unde jocus Martialis II. n. 39. & X. n. 52.) & ancillis reliciis. Sub Imperatoribus jam inde ab Augusto (4) Togæ in defuetudinem abire cœperunt; nec nisi ab. honestioribus fere, & ab eorum clientibus & anteambulonibus (r) funt usurpatæ . & merito-amissa libertate, etiam usus ejus vestis, quæ liberorum tantum fuerat, amisfus est. Togæ varii generis fuerunt, ut primo loco legimus de Toga: Pratexta; cui limbus purpureus erat pratextus. Hac toga utebantur puellæ (s) donec nuberent; pueri ad annum ætatis fere decimum feptimum (): unde pretextata verba dicuntur obscana, quæ coram tenera illa ætate proferre nesas (u); & prætexsati mores idem significant, quod impudici (x). Nam magnam verecundiæ curam gerebant Rom. ita ut ephebi etiam femper manum. veste cohiberent (y). Tum hi adolescentes togam virilem [Græce (z) τέλειον ιμάτιον] fumebant , quæ etiam Pura (a), & Libera (b) eft. di-

⁽i) Id. Od. I. 36. 10. Plin. H. N. VII. 40..

(k) Catull. 92. Horat. Serm. I. 85..

(l) Javen. III. 211..

(m) Vid. Liv. XLV. 20..

(n) Javen. XV. 115..

(o) Serv. ad Virg. Æn. I. 285..

(p) Horat. Serm. I. II. 63..

(q) Svet. Aug. 40..

(l) Marsial. XLV. 121..

(e) Cic. in Vert. AH. II. 44. Propert. IV. XII. 33..

(v) Vid. Aid. Manut. de toga Rom.

(u) Peft. V. Pratentum Svest. Vefp. 12..

(x) Juven. II. 170..

(y) Cic. vec Cai. 5. Suid. V. E*OnBog..

(z) Plus. Antem. p. 949. C.

(a) Catuli, 69.. (b) Ovid. Trift. IV. X. 28..

dica. Qui autem ea sumebant, Tirones (c) dicebantur : & ipse actus hujus vestis sumendæ. Tirocinium (d); quod potissimum fiebat Liberalibus (e); & turn quoque bullam auream, vel scorteam, si libertini essent (f), (Macrobius loco in margine citato, proprie dicit lorum pro bulla fuisse) quam de collo pendulam gesserant, Diis laribus suspendebant (g). Atque inde magno amicorum comitatu in forum deducebantur, ut vitam civilem auspicarentur; quod forum attingere dicit Cicero (b), & in forum venire (i). Præterea Prætextam gerebant Sacerdotum præcipui, ut Pontifices, Augures (k), Quindecim-viri fa-cris faciundis (1), Salii, &c. tum Magistratus majores (m), & hi etiam in coloniis & municipiis; Magistri vicorum, cum ludos curarent (n); & denique Senatores ludorum Romanorum diebus.

Secundo, etiam fuit Toga Pilla auro & purpura (o) opere Phrygio, quæ triumphantium propria erat (p); & Palmata etiam quandoque di-Sta videtur (q): licet alii eam distinguant (r). Dionysius Halicarnassensis L. v. c. 37. 50kir moiπίλην καὶ χρυσίσημον eam vocat; αλουργίδα Xpuronarov Xiphil. in excerpt. Dion. Caffii L. ΤΥΙΙΙ. πορφύραρ απέρον χρυσών ένυφασμένου Appian. Alex. in Punic. p. 59. ed. Tollii .

Tertio, Trabea (quam ThBorror vocat Dion. Halic, L. V. c. 47.) etiam Togæ species suit : licet

⁽c) Plim. H. N. (Suct. Aug. 26. Tib. 54.) VIII. 48.
(d) Sves. Cajo 10.
(e) Ovid. Faft. III. 771. feqq. ubi caussas bujus infi.
suti reddis.
(f) Macrob. Set. I. 6. Ascon. ad Cic. in Verr. I. 58.
(g) Pers. S. V. 21.
(h) Famil, V. 8. XV. 16.
(i) Ibid. XII. 10. (qui tirocinii dies quovis modo ce.
lebrabatur. Sves. Tib. 54.
(x) Vid. Cic. pro Sext. 69.
(l) Liv. XXVII. 37.
(m) Cic. post red. in Sem. 5.
(n) Id. in Pis. 4. Fest. V. Protenta. Liv. XXXIV. 7.
locus diguus, qui videatur.

locus dignus, qui videatur.
(0) Vid. Juven. X. 18.
(p) Plin. H. N. VIII. 48.
(q) Martial. VII.2. Vid. sum. J. Rgcq. de Capit. Rom. 10.
(1) Vid. Emin. Noris. epift. confut. 485, Tom. XI. Ant. R. Grev.

cet alii Chlamydem eam fuisse velint. Hæc fuit del deorum e iola purpura; vel Augurum e purpura & cocco; vel denique Regum e purpura (1) & albo, quæ postea etiam ab Equitibus (1) in transvectione usurpata fuit; corumque maxime fuit propria (x).

S. II. De Tunica .

Togæ supponebatur Tunica, quæ etiam lanea erat & alba; sed Toga angustior & brevior ad medium circiter crus pertingens: nec olim manicas habebat (hoc enim delicatum nimis & molle videbatur (y)) quod postea tamen aliter obtinuit (2); eratque virorum & forminarum communis. Super hanc Tunicam cingebantur, in publicum certe prodeuntes (nam domi fere erant discincti (a) & delicatiores quidem laxins (b); ita ut Tunica magis dimitteretur (c); quod tamen probrosum & mollitiei indicium habebatur (d), & Mæcenati olim vitio versum fnit (e). Soliti autem erant Romani duas plerumque tuni-cas (nam aliquando pluribus utebantur (f)) ge-stare, exteriorem, quæ proprie Tunica; & inten-riorem, quæ si virorum esset, Subucula (g), vel Interula, (recentioribus nempe; nam Tersulli anus primus ea voce utitur (b)) 6 mulierum, Indufium. (i) dicebatur; & non nisi posterioribus temporibus e lino fuit: atque ideo (quia scilicet vestibus non nisi laneis utentes levi negotio fordes contrahebant) frequentissime balneis utebantur; quod ex infinitis veterum locis constat; ita ut etiam ditiores balnearia domi haberent, eaque tum æstiva, tum hiber-

aliebri jungis .

^(*) Sveton. ap. Seru, ad Virg. En. VII. 612. (†) Dion. Halle. VI. 13. Seat. Sylv. IV. 11. 32. (*) Vid. Lipf. ad Tac. Annal. III. 2. (*) Vid. Suet. Jul. 45. (*) Vid. Serv. ad Virg. En. IX. 616. Cic. in Casil. H. re. 11. 10.

(a) Morat. Serm. II. I. 73.

(b) Suer. Jul. 45. (c) Horat. Serm. I. II. 25.

(d) Vid. Plaur. Poem. V. V. 24.

(e) Senec. Epif. 114.

(f) Suet. Aug. 82.

(g) Horat. Epif. 1. I. 95.

(h) Voff. de viriis Serm. Lat. III. 16.

(i) Vid. Varr. de LL. IV. 30. qui illud sum palla venilio de la sue la s

berna (k); nec unquam, nisi loti mensæ accumbebant (l). Insima plebs in Urbe (m); & in agris & municipiis etiam ditiores Tunica sola sere erant contenti (n). Tunica autem chiridota, sive manuelata indecora priscis & muliebris (o) habebatur; præsertim si etiam talaris esset (p).

Senatores gerebant Tunicam laticlaviam, hocelt, eam, cui clavus purpurens latior erat insutus; Equites vero angusticlaviam (9), cui angustus; Equites vero angusticlaviam (9), cui angustus; Equites vero angusticlaviam (9), cui angustus sipso ordine Senatorio, vel Equestri ponitur (5). Tribuni etiam militum sub Imperatoribus in Laticlavios (1), & Angusticlavios (1), quorum minor erat dignitas, suerunt distincti. Erat autem clavus linea ad instar fascize oblonga quadrata, non rotundus pannus, aut frustum clavi capiti simile; que linea a summo per medium pectus ad imum porrigebatur, ut probavit Alb. Rubenius de Re Vestiaria 1. c. 2. & vid. Cl. Gravium Prestatione ad Tom. Vi. Antiq Rom. Sub Imperatoribus Senatorum liberi una cum virili toga latum clavum sumebant, unde locus Ovidis modo citatus est explicandus (1).

Tunica Palmata erat purpurea, clavum aureum palme latitudine intextum habens. Hæc trium-phantium (vv), & pompam Circensem ducentium

propria erat (#)

Tunica retta videtur fuisse ita texta, ut sila a summa ad imam vestem directa, non vero transversa per mediam vestem ducerentur (p): velforte ita dista suit, quod non cingeretur, sed retta deslueret; quemadinodum Pollux Onom. VII. c. 13. n. 48. περίχιτῶνες ἐρβοςαδίκ verba faciens docet, qui omnino videndus est. Dabatur autem bæc tunica tironibus cum toga pura (z).

⁽k) Cic. Air XI I. 19.
(1) Plant. Ampb. II. II. 170. Id. Srith. I. III. 10.
(1) Plant. Ampb. II. II. 170. Id. Srith. I. III. 10.
(m) Hovar. Epift. I 16. (n) Javen. HI. 179.
(0) Virg. IX. V. 616. Gell. VII. 12.
(p) Cic. Caril. I 16. (q) Ovid. Trift. IV. 35.
(t) Stat. Sy'v. IV. V. 41.
(s) Vid. Vell. Paterc. II. 88. de Mecenate.
(t) Svet. Dom. 10 (u) Id. Orb. 10.
(v) Vid. & Svet. Aug. 38. 94. Dial. de Orat. 7.
(v) Vid. & Svet. Aug. 38. 94. Dial. de Orat. 7.
(v) Vid. Feft. V. PiHs.
(v) Vid. Feft. V. Refle.
(z) Juon. XI. 199.
(y) Vid. Feft. V. Refle.

6. III. De aliis Vestium generibus.

Vestis militaris dicebatur Sagum, vel Græcæ voce Chlamys (a); unde saga sumere pro ad bel-lum se parare dicitur (b): & Sagarif (c) vocantur, qui eas vestes vendunt : Consulares vero togati effe solebant, cum in fagis civitas effet (d). (Periculis Reip. depulsis vel luctu publico cessante ad vestitum, vel ad togas redite dicebantur. Exempla dabit Brisson. de Formul. II. p. 260.) Hæc vestis tunicæ superinduebatur, & fibula con-nectebatur; nec tantum militum, sed etiam iterfacientium erat (e). Imperatoris vero fagum Paludamentum dicebatur (f); eratque purpureum . vel (g) coccineum. Aliquando tamen privatis etiam tribuitur paludamentum (b).

Chlamydi forma fere fimilis erat I ena (i), Græcis xxairn, quæ, cum densior vestis ac villosa esset, arcendo frigori fere fuit adhibita (k). Hæc etiam hyeme in coenis & balneis tunicæ su-perinjesta suit (1); (χλαίναν ιμάτιον εσοί τώ NITONI VOCAT Pollux On. VII. c. 13 n.46.) atque ita forte hac est Synthesis, sive Vestis (m) convivalis, cuius aliquando apud veteres fit mentio (n).

Lacerna etiam denfa & villofa vestis sub interitum demum Reipublicæ (o) usurpari cœpit; & initio tantum in castris (p). Fuit hæc Chlamyde longior & laxior; & in Urbe pluviæ vel frigoris caussa Togæ (q), vel Tunicæ superinduebatur; eamque delicati hominesæstate leviorem habebant, & superbi coloris (r). Huic plerumque jun-gebatur cucullus, qui caput & humeros tegeret (s).

⁽a) Plaut. Rud. II. 2. 6.
(b) Cic. Phil. V. 12. Liv. Epit. 72. & feqq..
(c) Schol. Juven. ad Sat. VI. 501.
(d) Cic. Phil. V. II. II.
(i) Juven. VI. 400.
(g) Horat. Epod. IX. 27.
(h) Liv. I. 15. XLI. 40.
(i) Juven. III. 18.
(ii) Juven. III. 18.
(iii) Juven. III. 18.
(iv) Juven. III. 18.
(iv) Juven. III. 18.
(iv) Juven. III. 25.
(iv) Juven. III. 25.
(iv) Juven. III. 25.
(iv) Juven. III. 25.
(iv) Popul. Fab. II. 30. Suet. Aug. 40.
(iv) Oyd. Fab. II. 226. Proport. IV. 2. 28.

⁽p) Ovid. Faft. II. 746. Propert. IV. 3. 48. (q) Juven. IV. 28. (t) 1d. I. 27.

^{(1) 14.} VI. 329. Martial. XIV. 137.

Penula quoque tempore pluvio fumebatur (1); fed ad tempora Haviorum, five Imperatoris Vefpasiani filiorumque ejus extra Urbem tantum (a). Hæc suit vel e peile, & dicebatur Scorea (x); (δερματοχιτών, sive δερματικές χιτών, τυπίσα pellicea in Glossis antiquis) vel e lana: eratque clausa, ut toga, sed striction & brevior, & utroque brachio subducebatur. Hæc vestis etiam a mulieribus aliquando gestata suit (v).

6. IV. De Vestibus Mulierum.

Mulierum ingenuarum & bonessarum vessis suit stola (z), sive Tunica manicata & talaris, purpu-ra (4) plerumque & segmentis, vel limbis aureis ornata; ejusque imam partem instita adfuta ambiebat : unde hæ voces, fola scilicet & inflita quandoque castimoniam & gravitatem matronalem notant (b).

Stolæ circumjiciebatur pallii genus (c) quod Palla vocabatur, & quæ, ut etiam Stola, ita mulierum propria erat (d), ut viri fine probro ea uti

non possent (e).

Utebantur etiam mulieres Romanæ Mitra (f) tegumento capitis, & præterea Resiculo (g), quo comam cohibebant, quam matronæ etiam vittis ligabant; unde Vitta pro infigni pudoris (b) quandoque ponuntur. Caput tegebant Flammeo, præcipue nubentes, quod olim lutei coloris erat (i), unde etiam a colore flammen Flammeum dicebatur.

⁽t) Juven. V. 76.
(u) Vid. Cic. pro Sent. 32. pro Mil. 20. Att. XIII. 33.
(z) Martial. XIV. 112. vel., ut alii 130.
(y) I. 21. 5. 26. de aur. arg. leg.
(z) Horat. Serm. I. II. 00.
(a) Martial. X. 5.
(b) Horat. d. 1. 29. Ovid. de Arte Am. I. 31.
(c) 16. 133. (d) Plaur. Men. III. 11. 47. 9. GIV. 2. 55.
(c) 1. 23. 5. 2. ff. de aur. arg. leg.
(f) Vid. Virg. Em. IX. 616. (g) Vid. Juven Vl. 110.]
(h) Vid. Ovid. de Arte I. 11. (i) Luc. II. 350. (h) Vid. Ovid. de Arte I. 31. (i) Lug. 11. 350.

6. V. De Calceis .

Initio Reipublicæ Romani calceos altiores ex crudo corio gestabant tam Senatores, quam alii. qui dicuntur Perones : sed soli illi , qui Magistratum Curulem coeperant, crepidas, five calceos humiliores mulleos, five rubros, aut puniceos ex aluta (k; quod tamen de diebus folemnibus duntaxat intelligendum videtur . Mullei autem funt dicti, non a colore, sed quod repandi essent: nam μυλλο est καμπύλο, flexus, incurvus (1). Poitea vero Romani omnes cœperlint uti calceis ex aluta: fed patriciorum calcei altiores (m) erant ad medium usque crus pervenientes, & quatuor corrigias, five ligulas habebant (n); cum plebejorum calcei unicam tantum haberent (o). Pan triciorum autem calceis lunula erat adiuta, five nota unmeri centenarii, quod initio Patricii Senatores centum fuerunt (p); eamque notam etiam ante ætatem fenatoriam gestabant (q). Plebejorum autem Senatorum calcei lunati quidem non videntur fuisse; sed tamen a plebejis diversi. In Urbe vero soleati duntaxat sæpe fuisse videntur (r). Tibialia veteres non habuerunt : fed delicatiores, aut infirmiores crura fasciis obvolvebant (s).

A Ħ Т II.

De Ratione Conviviorum.

6. I. De Ratione accumbendi.

R Omani antiquissimis temporibus ad mensare sedebant (*), quod a mulieribus verecundiæ causa aliquamdiu etiam retentum suit (a):

ed. ope, Plant. 1965. (*) (Serv. ad Virgo En. VII.176. (2) Val. Max.II.1.20

⁽K) Cato ap. Feft. V. Mulleor.
(I) Vid. Salm. ad Terr. de pall. p. m. 391. Voss de Idol. IV.5.
(m) Herat. Serm. I. Vi. 27.
(o) Vid. Senec. de Tranquist. an. 11.
(p) Isd. l. d. (q) Stat. Sytv. V. 2. 18.
(f) Horat. Epif. 1. XIII. 13. Plaus. Trac. II. 14. 12. 16.
(a) Varro in Catome p. 160. ed. ops. sive Dord. ap. Non. p.
138. ed. ops. Plant. 1365.

Ted postea æque ac viri mensæ accubuerunt. Erat autem menia Romanorum rotunda & humilis: & pauperiorum quidem tripes (b); lautiorum vero citrea (c) aut acerna, pede eburreo affabre facto fustentabatur (d); unde tales mensæ Monopodia funt dieta. qua infano pretio emebantur (e): præsertim si pluribus essent distinctæ maculis (f). Hæ mensæ cum ipsis serculis in triclinium illatæ convivis apponebantur (g); unde hoc verbum, (ut Græcis Segristival) ut & simplex ponere mensarum propria vox suit (b. Circum mensam tres plerumque lecti erant dispositi, unde Tricli-nium; rarius duo, unde Biclinium (i) locus, ubi coenabatur, est dictus. Lecti insternebantur stragulis (k) magis aut minus pretiofis pro opibus convivatoris, & in quoque lecto tres plerumque erant conviva, rarius quatuor (KK), &, fi plures effent, fordidum habebatur (1). Accumbebant veteres superiore corporis parte in cubitum reclinata (m), inferiore porrecla; ita, ut primus conviva pedes pone dorfum fecundi extenderet, ille caput ad umbilicum primi reclinaret pulvillo interjecto; & fic alii porro: dignissimus autem ha-bebatur locus medius (n), & post hunc summus. Sed hic ritus plane fingularis obiter est notandus. Confulem scilicet, si convivio alicui adesset, in medio quidem lesto, sed loco insimo accubuisse, ut ita facilius adiri, & negotia, si quæ sorte supervenirent, expedire posset (o). Convivæ vocati aliquando quosdam invocatos secum adducebant. qui Umbra dicuntur, quia ficut umbra corpus, ita ipsi vocatos convivas sequebantur (p). Ad lectorum

1

⁽b) Horas. Serm. l. 3. 13. (c) Mars. XI (d) Javen. XI. 111. fegg. Marsial. II. 43. (e) Plin. H. N. XIII. 15. (c) Mars. XIV. 87. @ 5642

⁽f) Senec. de benef. XII. 9. (g) Serv. ad En. I. 210.

⁽h) Juven. I. 141. Marsial. I. 43. (j) Plaut. Bacch. IV. IV. 69.

⁽k) Virg. En. I. 500. (KK) Horat. Serm. I. IV. 86. (l) Cic. in Pif. 27.

⁽m) Horat. Serm. II. IV. 39. (a) Vid. Virg. Æv. I. 69y. (c) Plut. Sympof. II. 3. (p) Morat. Serm. II. VIII. 22. & Epift. I. V. 28.

rum autem pedes sedebant parasiti (q); vel etiam infimi ordinis amici (r), & denique etiam pueri (·).

Ante cœnam lavare (t) folebant Romani, quod luxuriosi etiam post coenam faciebant (u). Mox vestem conatoriam x), five Synthesin sumebant; & foleas pedibus demebant (v)

\$. II. De ipsa cona.

Cana antiquissimis temporibus quidem simpli-Cana antiquitimis temporibus quidem simplicissima suit, ex pulte (z) scilicet plerumque, vel oleribus (a), sed post austas Romanorum opes in tres partes divisa est. Prima suit Gustus (*), sive Gustatio (b), qua cibi appetitum moventes potissimum apponebantur (c), & præterea etiam ova; unde proverbium apud Horat. Serm. I. 3. vers. 6. cantare ab ovo usque ad mala (**), hoc est, per totum convivii tempus. Hæc pars cænæ etiam Antecæna (d), vel Antecpnium (e) est dista: ut & Promulsis (f). quia mulso primam strim seda-& Promulsis (f), quia mulso primam sitim seda-bant (g): unde promulside aliquem conficere signi-ficat aliquem initio statim cona saturum reddere (h). Hanc sequebatur ipsa Cana proprie ita difta, cujus præcipuum ferculum Caput cana (i) dicebatur. Qui autem fercula in mensa componebat firutor (k) dicebatur, & Græcis τραπεζοποιός (l), qui vero ea scindebat, Carptor (m), Græcis Resporopewr (n), illudque accurata diligentia fiebat (o). Denique apponebantur Mensa secunda, five Pomorum (p), in quibus erant Bellaria & fimilia .

Ini-

⁽q) Plaut. Stich. III. VI. 33. (t) Suer. vita Terentii e
[8] Id. Aug. 63 & Claud. 32.
(t) Juven. VI. 410. Plat. Perf. I. 2. 70.
(u) Hor. Epift. I. VI. 61 Juven. I. 143.
(z) Juven. XI. 711. Plin. H. N. XVIII. 2.
(a) Juven. XIV. 171. Plin. H. N. XVIII. 2.
(a) Juven. XI. 79. (*) (Martial. X. 48. 13.)
(b) Petron. 31. (c) Martial. XI. 53.
(e) Matinal. X. 48. 11. & 18.) (d) Cic. Pann. XI. 20.
(e) Apul. Metam. II. p. m. 107. (f) Petron. 14.
(g) Horat Serm. III. IV. 24. (h) Cic. Fann. IX. 16.
(i) Martial. 10. 31. (K) Juven. V. 110.
(i) Aben. IV. p. 160. ex Philem. (m) Juven. IX. 1136
(a) Id. V. 121. (o) Ibid. feqq.
(p) Serv. ad Virg. En. I. 723.

Initio coenæ Magistratum forte legebant (4). (Thaliarcum vocat Horatius (r)) qui leges convivio ferret, & modum bibendi statueret (s); ac, quo quisque ordine amores suos proponeret (1), ediceret: unde regna vini sortiri talis (*) dicit idem Od. 1. 1v. vers. 18. quæ magisteria vocat Cato apud Ciceronem de Senett. c. 14.

Convivæ (ertis floreis (v), vel myrteis erant redimiti; & , si delicatior coena effet, unquentis perfundebantur (x): quin totum quoque triclinium

floribus fæpe confpergebatur.

Inter comandum luxuriosi quidem homines lafcivas faltationes (y), pantomimos, vel gladiatores fpectabant (z); frugaliores vero aliquid legi curabant (a); vel comordos (b), aliofque poetas audiebant (c): tum etiam plerumque muficam adhibebant (d). (Quid propier viam facere sit, docet Festus & ad eum Scal. V. etiam Macrob. Sat. II. 2. & Plaut. Rud. L. 2. 62. 3. In Memor. Acad. Litt. Paris. T. II. p. 449. male proterviam

facere scribitur.)
Olim Romani, frugaliores certe (e), semel tantum quotidie (f) cibum capiebant (g), hora scilicet nona (b) diei naturalis, five nostra circiter tertia. Postea accesserunt Jentaculum, quod pri-mo mane sumebant (i); Prandium circa horam sextam sumptum, quod cœna frugalius (erat); Merenda (k) inter prandium & cænam; & denique post coenam comessatio, (1) que tamen non nisi gulonum & diffolutorum hominum erat (m); quibus

omni-

⁽q) Horat. Od. I. IV. 18. (t) Od. I. IX.
(a) Id. Od. II. VII. 25. (t) Propert. III. IX. 27.
(*) (didiculus error Holzlini ad Apoll. Rhod. L. 1. 5.
qui rads he exp. Tols.)
(b) Juven. V., 36.
(2) Id. Xi. 22. Horat. Od. H. 7. 7. Tibul. I. VIII. 58.
(7) Juven. XI. 165.
(2) Plut. ffmpof. VII. queft. 8. Liv. 12. 40.
(a) Juven. XI. 178. Plin. Epift. 1. 15. III. 1. VI. 38.
(b) Vid. Perf. S. I. 30. (c) Suet. vita Terentii .
(d) Horat. Od. III. XIX. 18.
(c) Cic. Tufc. Q. V. 31. Sall. Or. I. ad Cef.
(f) Serv. ad Rn. IV. 84. (g) Sall. or. I. ad Cef.
(h) Marvial. 4. 8. (i) Vid. Salm. ad Vopife, Tacito II.
(K) Ifdor. Orig. XX. 2.
(j) Vid. Seet. Domie. 21.
(w) Id. Visell. 13.

omnibus vomitandi confuetudine facile fufficiebant : licet etiam frugaliores vomitu fæpe poit coenam usi fuerint (n). Et hic ws er manosom monendum est, convivia tempestiva dici, que a luxuriofis, vel etiam frugalibus, qui amicorum fermonibus delectabantur, maturius inibantur (0); Intempestiva vero, que in multam noctem protrahebantur (p): unde non audiendus est Salmafius ad Vopisci Florianum c. 6. qui ubique, ubi apud veteres intempestivorum conviviorum mentio occurrit, tempestiva reponi jubet.

6. III. De Poru.

Potus Romanorum ordinarius erat Vinum, cui temperatiores aquam admiscebant; luxuriosi vero unguenta, vel aromata (q): eamque aquam vel frigidam, vel etiam calidam (r); imo hæc in deliciis habebatur (s). Vinum autem a Consulibus, quibus natum erat, denominabatur (:). Magister convivii, ut jam diximus, leges bibendi ferebat ; scilicet quot cyathos biberent , & in cujus honorem (w); qui honor fere præstabatur vel amicæ (x), vel viro alicui infigni (y). Aliquando tot annos sibi precabantur, quot cyathos fumerent (z): aliquando rurfus partibus assis nu-merum poculorum denotabant (a): aliquando denique tot cyathos bibebant (b), quot literis no-men ejus, in cujus honorem bibebant, constaret . Sed eo casu cyathos tot , quot bibere vellent, in unum poculum majus congessisse videntur (c). Tum sæpe jubebat Thaliarcus, ut quis-

⁽n) Vid. Cic. pro Dejotaro 7.
(o) Id. Cas. Maj 14. (p) Juet. Cajo 45.
(q) Iuven. VI. 203. Plin. H. N. XII. 5.
(i) Juven. V. 63.
(i) Plaus. Cure. II. III. 11. Or in Mil. III. II. 21.
(i) Plaus. Cure. II. III. 11. Or in Mil. III. II. 22.
(ii) Plaus. Stich. V. IV. 27.
(x) Mortial. I. 71. (y) Horat. Od. III. XIX. 5. fagg.
(z) Ovid. Faß. III. 531. Jocus festious.
(2) Ourid. I. 18. (a) Marsial. I. 28.

⁽b) 1d. IX. 94. & XI. 17. (VII4. et 11. (egg.) (c) Vid. Hor Vd. II. XIX. II. Hift. de l' Ac. des bell. lettr. T. I. p. 166. ed. d' Amfi.

que epoto poculo fuo quaftionem quandam amosnam proponeret (d): & denique eum, qui contra leges convivii fecisset, cyathi unius eductione mulclabat (e), quod culpa potare magifira dicebant. Et alia etiam lufuum genera ufurpabant, ut , exempli gratia , cottabum ; cum vini reliquiis e calice in pavimentum profusis sonum elicere conarentur (f). Alii vero aliter hunc lusum explicant. Ludus etiam erat, quo recentis mali femina digitis primoribus veluti ejaculantes, si triclinii lacunar attigiffent, bene; fin minus, male de amoribus suis augurabantur (g). Mensis secundis illatis libubant Diis, quos mensæ adesse credebant (b); vel etiam amicis honoratis (t); hoc eft, paullum vini ex patera in mensam, vel in terram profundebant , voto pro corum prosperitate addito (k). Et mensam ipsam sacram credebant veteres, quia ejus communione hospitalitas & amicitia, que præstantissima hominibus a Deo data funt, conciliantur 1). Unde etiam jurantes convivæ manu mensam, veluti aram, tangebant (m). Imo imagunculas quasdam Deorum in mensis, vel juxta eas ponebant; qualis fuit Hercules Editradezius (n).

CAPUT TERTIUM.

De Pecunia veterum Romanorum.

6. I.

Ntiquissimi Romani, ut etiam aliæ gentes pecunia fignata ufi non videntur; fed vel permutatione mercium (a), præcipue pecoris : unde

⁽d) Vid. Cic. de senest: 14. Gell. XVIII. 2.
(c) Horar. Seem H. II. 123. vid. samen que ad hunc loc. meravir Celeb. R. Blentejus.
(f) Vid Plin. H. N. IX. 22. (Horat. H. Od. 14. f.)
(g) Horar. Serm. II. III. 273. (Graeci Alactayavia)

in fimilem finem uff . Vide Theocrie, Eid. III. 29. & Interpr. cum Polluce .

im Pollace .)
(h) Ovid. Faft. VI. 1966.
(i) Horar. Od. IV. V. 31. Ovid. Faft. II. 637.
(K) Tibull. II. 1. 21. Ovid. Faft. 637.
(I) Vid Schol. ad Lycophr. 132. fegg. Juven. II. 1106
(m) Ovid Amer. I. IV. 27.
(n) Star. Sylv. 4. 6. (Martial. IX. 44.)
(a) \$. 10. Instite da empr. & vend.

unde etiam verba emendi Græce proprie hoc fignificant, ut aproper, dato agno aliquid permuto; wiellaι, dato afino, πωλώ, dato equulo (b): vel metallorum certum pondus adhibuerunt, unde varia monetæ nomina pondus etiam notant : ut apud Romanos As, & quæinde dedusta funt : anud Græcos Talentum & Mina ; anud Hebræos Siclus &c. Imo etiam hodie apud nos, Francos,

Anglos. & alios, idem, puto, obtinet.

Primus Aes Romæ signavit Rex Servius Tullius nota pecudis, unde quoque pecunia est dicta (c): licet alii (inducti inscriptione nummi , quem recensent Plinius H. N. xxx111. c. 3. & Ovidius Fastorum 1. vers. 239. & quæ forma in nummis antiquis frequentissime conspicitur (d)] Jano id falso tribuant. Argentum primo signatum suit A. U. 484. (e) vel, ut alii, A. 499. (alii vero nummum argenteum primum a Servio Tullio conflatum dicunt (f)) Aurum vero sexaginta circiter annis ferius (g).

J. II. De Nummo ereo.

Nummus ereus fuit As , ejusque partes: nam As dicitur omne folidum, quod in parces aliquotas dividitur; quemadmodum semissem Africa dixit Plinius H. N. xvIII. c. 6. (de haredibus ex affe vel ex parce institutis v. Infest. 11. T. 14. 6. s. feqq. Suet. Aug. 101. &c.) Hic As primis quidem temporibus erat libralis (b), & solebat appendi, si summa scilicet majuscula foret; unde pendere pro solvere, expensum ferre, tabulas accepti & expensi, & similia dicimus (i), Inde etiam stipendia, a stipe pendenda, impendia similia que dicuntur. Sic etiam garup Græcis denominatur'a verbo isημι, pondero; τάλαντον 2 ταλάω. Ouin & Hebræorum Sicli, ut jam innuimus, inde deducuntur (K). Primo bello Punico fextantarıi

⁽b) Vid. Casaub. ad (ic. Att. I. I. (c) Ovid. Fast. V. 281. Pemp. Sabinus ad Virg. Ecl I.33. (d) Vid. Vaill. gente Afrania 2. Albia, 1. Ge.

Epis. Liv. 13. (g) Plin. H. N. XXXIII. 3. (h) Dion. Hal. IX. 27.

Vid. omn. Plin. I. d.

⁽K) Vid, Seeph. Morini exercie, de linguis IX. g. p. 26%.

Sect. VI. Cap. 111. S. 2. 0 3.

tarii asses fasti sunt lege Papiria, secundo un-ciales, & demum circa A. U. 575. semunciales (1). As nostra moneta valebat quatuor circiter chalcos; post legem vero Papiriam duos & semisfem. Partes affis primus fignavit Tarquinius Superbus ; (ut quidam colligunt ex Festo v. Ratitum) eaque sunt Triens, assis tertia pars, Qua-drans, assis quarta pars, navis notam habens (m), qui etiam Teruncius dictus est; & denique Sextans (n), sexta assis pars: quæ partes in Triente quatuor; in Quadrante tribus, in Sextante duobus punctis notantur (0).

6. III. De Nummo Argenteo & aufeó.

Argenteus nummus erat Denarius, qui valebat nobis circiter fex stuferos ; & Drachma Attica paullo major erat : alii vero æqualem flatuunt (p). Hic etiam aliquando Bigatus (q), & Quadrigatus (r), a nota Bigarum, aut Quadrigarum ei impressa ('s') est dictus. Tetradrachmus autem Atticus valebat tres circiter denarios (;); & Græcis etiam Erarip dicitur (u). Dimidius Denarius (*) Quinarius dicitur ; vel etiam Vittoriatus (y) a figno Victoria, quod præ fe ferebat · Quarta pars Denarii dicitur Seftereius, quafi nummus semis terrius (2), qui duos affes cum femisse (nostra moneta circiter stuferum unum cum dimidio) valebat : hic κατ' εξοχών etiam Nummus dicitur, quia frequentissimus ejus in rationibus usus fuit : &, quod minutissimum id fere pecuniæ genus effet , nummo sestertio aliquid alicui addicere in auctionibus fignificat , nullo , vel viliffime pretio rem aliquam emptoris facere (a). Sestertii nota suit hac, LLS. (6) vel potius

⁽¹⁾ Plin d l. (m) Ovid Faft. I. 139.

(n) Liv. II. 11.

(o) Vid Villant. C. Alburnia 3. 4. &c. Julia 70.

(p) Plin. H. N. XXI. 14. Vid. Liv. XXXIV. Vid. not. ad

Poll On. IX. 6. 60.

(a) Liv. XXIII. 15. (t) Id. XXII. 52.

(b) Fin. H. N. XXXIII. 3. (t) Liv. XXXIV. 52.

(c) Fin. H. N. XXXIII. 3. (t) Liv. XXXIV. 52.

(d) Matth. XVII. 27. (2) Varvo de L. L. 17.56.

(e) Velufius Macianus in Thef Grev T. XI. pag. 1708.

(2) Cic. pro Rab. Poli. 2. 60.

⁽²⁾ Cic. pro Rab. Post. 17. & thid. not. in ed. Grav. (b) Vid. Probum de notis Rom. inter austores lingua Lat. a Gorbofredo edicos

tius IIS. significans duas libras & semissem: quæ

postea vulgo in hanc HS. corrupta fuit.

Aureus nummus, fub Imperatoribus solidus (c) dictus, valuit denarios viginti quinque, five nostra moneta farenos Carolinos septem cum dimidio (d). Hic etiam absolute Nummus dicitur (e).

6. IV. De Ratione supputandi .

Ratio supputandi apud Romanos suit duplex. per Asses nempe . & frequentius per sesterios . Tera Affes supputatio fiebat vel expresso Affium nomine, vel tacito; ut cum dicimus, exempli gra-tia-, binos eris (f), centum eris, Gc. ubi femper intelligendi Affes. Ad Sestertios quod attinet: Primo sciendum est, Sesservios masculino genere Renificare singulos nummos sestertios; Sestertia vero neutro genere (g), quando subauditur vox pondo (b), singula millia nummorum sesteriio. rum ; exempli gratia , centum festertii funt foreni Septem cum dimidio; centum sestertia funt 7500. foreni: sic mille sessettii faciunt forenos 75. mille sessettia faciunt florenos 75000. atque ita porro. Secundo, cum adverbio numerandi utimur, singula sestertia centuplicantur: & sic decies sestersum idem valet, quod mille sestertia, sive de-cies centies missies nummorum sestertiorum (i), quadragies sestertium sunt quater mille sestertia; five centies mille nummi Philippei.

6 V. De Divitiis & Lazu Rom.

. Specimina quædam Divitiarum , & Lunus Romanorum subjiciemus (k). Quadragies sestertium (100000. Philipp.) in margaritis gestantem Lolliam Pauli-

⁽c) L. 5. S. 6. ff. de bis qui eff. vel de), comparata cum §.
3. Inft. de obl. qua quafi ex det nasc.
(d) Vid. Suct. Och. 4. collat. cum Tac. Hift. I, 24.
(c) Vid. Plaus. Men. II. 11. 16.
(f) Liv. XXXIII. 42
(g) Horat. Epift. I. VII 80.
(h) Vid. Gronov. de sener I. 4.
(i) Vid. Marrial. 1. 10;
(K) Vid. Meuri, de luxu Rom. 1.

⁽K) Vid. Meurf. de luxa Rom. I.

Paulinam vidit Plinius (1). Sexagies seffertium 150000. Philippeis) æstimatum suit convivium Imperatoris Veri (m). Sexcenties festertium, fivequindecim centena millia Philippaorum in gulam. absumpsit Apicius (n), qui tum demum rationes inspicere coachus superfuturum sibi sestertium centies (Philippeorum 250000.) computavit : & velut in ultima fame victurus, si sestertio centies vixiffet, veneno vitam finivit, narrante Seneca conf. ad Helviam c. 10 qui tamen sestertium millies in culinam eum congessisse dicit. Bis millies, five quin ue milliones Philippeorum possedit Craffus (o) in agris & pecunia, præter supelle-flilem & servos: itaque negabat locupletem esse ()), nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. five, ut alii dicunt, exercitum (q). Ter millies, five feptem milliones & dimidium habuit Seneca (r) ille Philosophus. Quater millies , hoc eft. decem milliones Lentulus Augur (s), C. Cacilius Claudius Indorus testamento suo edixit. quamvis multa civili bello perdidiffet, tamen ferelinquere servorum quatuor millia centum & sexdecim *, iuga boum tria millia fexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta feptem millia, in numerato H. S. fexcenties (1), five Philippeos 1500000. (Augustus ex solis amicorum testamentis quaterdecies millies perceperat. Suet. ult. cujus fummæ valor est mille & quinquaginta tonnæ auri (Vigelies fepties millies, hoc est, circiter fexaginta septem milliones Philippeorum a. Tiberio Imperatore relictos non toto vertente anno successor ejus Cajus absumpsit (w). Imo vitæ etiam frugalioris homines incredibiles quandoque sumptus tecisse leguntur : sic Cicerocitream habuit, quæ conflitit menlem HS.

de-

⁽l) Info H. N. IX. 35. (m) Capitol. in Vere 5. (a) Mertial. III. 22. (b) Plin. H. N. XXXIII. 30.

⁽⁹⁾ Plus. Crasso p. m. 544. Dio. XL., (1) Tacit. Ann. XIII. 42. (2) Senec. de benes, II. 27.

⁽ de incredibili fervorum numero v. Pignor. [Pixf. &. 200. feqs. Adde Dengis, ad 1. Æn. 709.]
(i) Piin. loc. cis.
(u) Suer. Calig. 37.

decies, five 25000. Philippearum (w): idem do-mum a Craffo emit HS. XXXV. five 87500. Philippaorum. Julius Cæsar aliquando duas tabulas emit octoginta talentis , five forenorum 120. millibus (x): (si talentum sit 1500. floren. Sed inse deinde 1800, ponit: erunt ergo 144. millia.) T. Annit Milonis æs alienum fuit festertium feptingenties, quod facit nostra moneta foreneums 4375000. (immo 5250000. ex ipsius computo, quo denarius fex stuferis valet: at enim in editt. prioribus denarium ad quinque stuferos exegerat : eaque ratione conficiunt 4375. millia) (v). Postremum autem huius rei exemplum hocelegans esto: M. Antonius dispensatori suo jusserat, ut decies HS. amico cuidam egenti numeraret; cum veio dispenfator fummæ magnitudine obstupefactus, ut eam Antonio oftenderet, argentum in medio propoluif-fet, præteriens Antonius rogavit, quid hoc rei ef-fet? Ille autem, id quod donari jusserat: respondit . Tum malignitatem ejus conjectans Antonius, Ego vero , inquit , majorem summam decies putavi . Hoc exiguum eft . Itaque alterum tantum ad. jicito (z). (De Luxu V. Orat. Tiberii in Annal. Tac. III. 53. & Propert. El. XI. tota, it. Fabric. Bibliogr. Ant. cap. XXII. §. XI. seq. De fumtuofis ædificiis ac villis Stat. in Silvis, Horat. II Od. 15. Pignot. de fervis, Cafalium de splendore Rom. Imp. Tetron. C. 119. & 120. vers. 25. feq. Suet. Gal. 37. & quem non? De luxu matronarum vide Mem. Litter. Acad. Par. T. V. p. 297.

S. VI. De Talento & Mina.

Licet Minæ & Talenta Græcorum propria fuerint, frequens tamen eorum in scriptis Romanorum fit mentio. Talenta quacumque constiterunt Minis sexaginta sui generis: ergo Mina Attica (nam de aliarum gentium Talentis tacebimus) valuerit Drachmas, five Lenarios (ut jam exiguum discrimen, quod inter hos nummos fuit, mittamus) centum, qui faciunt nobis florenos triginta, palam est Talentum valuisse florenos Holandicos 1800. (a). O 6. VII.

⁽w) Plin. H. N. XIII. 15. (x) Ibid. VII. 38. (7) Plin. H. N. XXXVI. 15. (2) Plut. M. Aat. p. m. 917. E. (4) Vid. Gronov. de pec. ves. 111. 3.

6. VII. De Ponderilus & Mensuris.

Ut jam etiam breviter aliquid de Ponderibus & Mensuris Romanorum dicamus, rerum omnium unum pondus ipfis exstitit, scilicet Libra; cui voci synonyma sæpe sunt As (b) & Pondo (c). Hæc tamen postrema vox aliquando ponitur pro pondere in genere: & determinatur per vocem adjun-Clam. Sic , ex. gr. Columella dicit (d) mente viridis pondo felibram; & absinihii pondo libram (e) &c. Plantus vero (f), Neque piscium ullam unciam pondo bodie cepi. As, five Libra ad pondus Parisiense exacta vasuit uncias 10, 1 (A). Et dividitur in 12. Uncias ; exque unciæ partes Libræ faciunt suis nominibus distinctas. Sunt autem fequentes (b): Uncia ab uno: Sextans, fexta pars Affis: Quadrans, quarta: Triens, tertia: Quincunx , quinque unciæ: Semiffis : Septunx , feptem unciæ: Bes, octo; cujus vocis origo est obscurior (i): Dodrans, As dempto quadrante, id est, novem unciæ: Dextans dempto sextante, five decem unciæ: Deunz dempta uncia, id est, undecim unciæ. Unciæ autem partes anxie recensere medici potius sit, aut Præfecti monetæ, quam a nobis requiratur. Itaque dicemus tantum, Unciam continuisse Semuncias duas , Duellas tres , Sicilicos quatuor, Sextulas fex, Drachmas ofto, Scripula aux scrupula viginti quatuor (k). Libella idem quod As valebat, & erat moneta argentea (1): Sembella, libellæ dimidium; & Teruncius idem quod Quadrans (m).

Mensurarum cavarum maxima snit Culeus (n). viginti tenens Amphoras. Amphora tamen, five Quadrantal (0) harum menfurarum præcipua, &

⁽b) Varro de L. L. IV. 36. (c) Plin H. N. XVIII. 7.

⁽d) XII. 9. (e) 16. 35. (f) Rud. IV. II. 2. (V. Synonym. neftra .)

⁽f) Rul. 1v. 11. 2. (v. Synonym. nentra.)
(g) Lud. Savetus de numm. ani. P. III. 23.
(h) Varro i. d.
(i) Vil. zamom Scalig. ad Pest. bac V.
(k) Vil. Luc. Patum de Rom. & Gree. pond. v. 1864. T.
XI. Thes. Antiquis. Ram Grev.
(i) Plast. Copi. v. I. 27. (iii) Varr. i. d.
(n) Plin, H. N. XIV. 4. (o) Plast. Cure. I. II. 15.

ceterarum fere norma fuit : & cepit aquæ, vel vini ostoginta pondo (p). Amphoræ dimidia pars Urna dicitur; nam capiebat Sextarios 24. (9); cum Amphora 48. Sextarios contineret . Octava pars amphora dicebatur Congius, qui ita cepit Sextarios fex, Heminas duodecim. Sextarius denique, sicuti As, dividebatur in 12. partes, quæ Cyathorum nomine intelliguntur : & tantum continebant, quantum unico haustu commode bibi posset (r). Cyatho paullo majus erat Acetabulum. quod quartam partem Heminæ capiebat (1). Medius solis aridis metiendis inserviebat (t): & capiebat tertiam partem Amphora; five aque aut vini libras 26. 1. (Frumenti pondus, quot cepe. rit, tradere incertius est; cum granum a grano plurimum differat) Quatuor modii erant demensum servorum menstruum (u): Erat autem Modius sexta pars Medimni Attici (x).

Mensuræ Intervallorum sunt vel partes Pedis. vel multiplicatione Pedis oriuntur . Pes dividitur in quatuor Palmos.(2): Palmus in quatuor Digitos (a): licet quoque, quemadmodum As, ita pes in 12. uncias divisus fuerit. Culitus constabat sex palmis, five sesquipede (b): Passur habet quinque pedes porrestos (c): & mille passus faciunt Milliarium, quod tertia pars est Milliarii Hollandici, five unius horæ itineris; quarta vero pars Milliarii Germanici . Stadium , mensura pedum (725. passum * vero) 125. Græcorum propria suit. Jugerum (d) erat mensura agrorum pateus in longum pedes 240. in latum pedes 120 qui conficiunt pedes quadratos 28800. Actus est dimidia pars jugeri.

CA-

⁽p) Fest V. Publica pondera: & V. Quadrantal.

⁽¹⁾ Martial. I. 71. IX. 93.
(3) Plin. H. N. XXI. c. ult.
(1) Vid. Luc. Petum de Rom. & Gr. menf. III. T. XI.
A. R. Grav.

⁽u) Cato de R. R. 56. Donat ad Ter. Phorm. I. I. (u) Cic. Verr. III. 46. Nepos vita Att. 2. (z) Vitruv. III. I.

⁽a) Frontin expof. formir. p. 30. 37. ed. Gæfi. (b) Vieruv. l. d. (c) Colum. de R. R. V. I. * (Ex iphus auctoris mente p. 309.)

⁽d) lbid.

CAPUT IV.

De Nuptiis Romanorum ...

6. I. De Sponfalibus .

Oui apud Romanos uxorem ducturus erat, ab eo, in cujus potestate ea erat, eam in matrimonium fibi datum iri fipulabatur, & alter, fi conveniret, id spondebat; qui contractus mutuus Sponsalia dicitur (a): dum autem de iis ageretur. Sponsus, Speratus, Sponsa vero Sperata dicebantur (b). Sponsalia nudo consensu perfici poterant (c): fed plerumque tamen in tabulas referebantur, exque præsentium annulis obsignabantur (d). Tum fponfus annulum pronubum quafi arrhæ (e), five pignoris (f) loco Sponfæ dabat; qui Plinii (g) atate ferreus, postea aureus suit. His pera-Ais dies nuptiis * eligebatur : certi enim dies mali ominis habebantur, ut omnes Kalendæ, Nonæ, Idus (b), & qui dies proxime sequentur; tum Majus menfis (i), Parentalia, Saliorum feftum &c.

6. IL De phis Nuptiis -

Nuprie contrabebantur tribus modis, Ufu nempe Confarreatione , & Coemptione . Primo : Ulu . vel usurpatione contrahebantus muptiæ, cum mulier matrimonii caussa anno integro & continuo cum viro fuiffet (k): Et talis mulier differt a Concubina, quod hæc consuetudinis tantum gratia. ha-

⁽a) L. r. ff. de Sponfal.
(b) Vist. var. nor. ad Ter. Heaur. IV. V. 26. Epift. XI. 21..
(videtur in animo habulfac Owid. Epift. XI. &) XXI. 39. (c) L. 4 pr. 1. 7 ff. cod. (d) Javen. II. 119. & VI. 25.

⁽a) Luven. 11. 119. © V1. 25. (c) L. 18. pr. ff. de viru nupp. l. 3, Cod. de Sponfal. 1. (f) (Juven. VI.) V. 27. (g) M. N. XXXIII. I. F Terent. Andr. l. 1. 75. (h) Macrob Serum. I. 25. (i) Ovid. V. 490. (K) 16fd. 111. 355. Gell. III. 22

habetur; quæ res ex habentis animo plerumque censetur (1): quanquam in liberæ & honestæ mu-· lieris consuetudine semper nuptiæ intelliguntur (m). Secundo: fiebat Matrimonium Confarreatione (expension dicit Dionyfius Halicarnassensis II. c. 25.) cum certis verbis adhibitis, testibus decem præsentibus, solemnique sacrificio (in quo farre utebantur) coram Pontifice peracto, mulier in manum viri conveniebat (n): & huic confarrea. tioni contraria fuit Diffarreatio (a), cum matrimonium similibus ritibus solveretur. Hic autem erat antiquissimus & dignissimus matrimonii contrahendi modus; unde yauss xai Tous ispous vousus dicitur (p). Denique: Coemptione, hoc est, imaginaria emptione & venditione (9) fiebant nuptiæ, quando nummis dicis caussa adhibitis . mulier in potestatem viri transibat.

6. III. De Nuptiarune solemniis.

Nullæ Nuptiæ (nobiliores certe ac legitimæ: V. Juven. X. 330. & 338.) fiebant, nisi adhibitis Auspicibus (r), & sacris ante rite peractis, præfertim Junoni nuptiarum presidi (s): in quibus facris fel ex victima abjiciebant, ut ita omnem amarorem a nuptiis abeffe debere fignificarent :). Sponsæ (n) coma cuspide bastæ dirimebatur; vel, ut forces genituram ominarentur; vel, quod bafta Junoni sacra esset; vel denique in memoriam raptus Sabinarum (w). Tum coronabatur sponsa (x); & cingulo laneo cingebatur, quod sponsus deinde in lecto nuptiali solvebat; idque saciebat taciturnus & taxim (y): & hinc zonam folvere

⁽¹⁾ L. 4. If de connub.

(m) L. 24. If de ritu nupe. I. 34. If. ad L. Jul. de adule.

(n) Servius Danielis in Vira. Georg. 1. 31. & ema, Tac.

Ann. IV. 15. & ibi Lipi. Cic. Topic. 1.

(o) Feß. ca. V.

(p) Dien. Halic. II. 25.

(q) Serv. d. i. Cic. pro Mur. 10.

(1) Faven. X. 3.6 (Val. Max. II. I.].

(i) Virg. En. X. 55.

(i) Plut. pracept. conjug. p. m. 141. E.

(u) Plut. Romule. p. m. 16. Ovid. Faß. II. 56.

(w) Plut. ib. (z) Carul carm. 62.

(y) Varre & yespotology P. 10. cd. Dordresht.

pro pudicitiam mulieris imminuere dicitur (z) . Induebatur etiam tunica recta, qualem prima texuerat Caja Cacilia, que eadem Tanaquil (a). Denique etiam flammeo pudoris ergo obnubebatur (b). Ita ornata virgo e gremio matris, vel proxima cognatæ abripiebatur (c); tum, ut videtur, verecundiæ caussa, ne ultro nuptum ire videretur; tum; ut ita raptus Sabinarum exprimeretur: atque ita vesperi (d) ad domum sponsi deducta domicilium mutabat (e); unde Junoni Domiduca cognometr adhæsit (f). Pueri tres patrimi & Matrimi Paranumphi dieti sponsam deducebant (g); quorum unus facem (h), five tædam (i) pineam (non spineam, ut ma'e legitur in quibusdam editionibus Catulli carmine in 60. nuptias Julia & Manlii; & exigit ratio : quia pinus est arbor refinifera, non vero spina; atque ita jam olim correxit magnus Scaliger; licet fateor, multos effe, qui e Spina fuiffe dicant (k)) tædam, inquam, pineam manu tenebat (1); reliqui duo nubentem: illas-autem faces Ovidius Epift. Her. XI. verf. 101. eleganter vocat maritas. Hi paranymphi autem Gracis etiam νομφευταί & πάροκοι dicuntur: item πυμεαλωγοί; licet eo vocabulo etiam matrimonii contrahendi amici & amicæ interpretes vequæ etiam meournesiai & mpournesibis dicuntur (m). Comitabantur præterca Sponsam ancillæ cum colo, fuso, & stamine (n) in laboris suturi argumentum: nam ad nullum opus nifi lanificii obligabantur Romanorum unores (e); eique etiam fe.

⁽²⁾ Theoer. Id. XXVII. 54. &v. ep. II. Phyll. 115. V. ethine Scriv. ad pervig. Ven. 16. (a) Plin H. N. VIII. 48. (b) Lucan. II. 359. Juven. VI. 214. (& X. 334.) (c) Catall. sarm. d. [d] Id. carm. 63.

[[]d] Id. carm. 6;.
(c) L. 38. 6, 1, 47. ad municip.
(f) August. de C. D. XII. 13.
(g) Ibid. XIV. 13.
(h) Hem. II Z. 401.
(i) Senec. Med. III.
(t) Vid. Rev. Pabric. Bibl. Gree. III. XXVI. p. 614.
rn. adv. XXI. 10. Meziriac. ad epist. Ovid. p. m. 185.
- H. N. XVI. 18. Turn. adv. XXI. 20. Plin. H. N. XVI. 18.

⁽¹⁾ Vid. Propert. IV. XII. 46. (m) Vid. Eud. comm. ling. Gr. 1089. F. (n) Plin. H. N. VHI. 48.

minas principes deditas suisse discimus ex exemplo Lucretiæ apud Livium 1. c 57. (p) & Augu-fti Imperatoris, quem haud temere alia veste usum, quam ab uxore & sorore & filia neptibusque confecta, tradit Suetonius eius vita c.73. atque inde etiam in æde Sangi Iana cum colo & fuso Tanaquilis reginæ servata est (q). Tum cognati, vicini, amici magno numero nuptialem pompam ducebant (r), five officium (s) nuptiale celebrabant, aliquid utenfilium donum nupturæ quisque ferentes: puer vero impubes Camillas (t) distus in vase operto, quod Cumera (u) dicebatur, crepundia nascituro infanti portabat: quæ erant ornamenta quædam infantis collo appendi folita (v). Ædium fores & postes frondi-bus, floribus & aulæis erant ornatæ (vv); ad quas cum accessisset sponsa, interrogata quænam effet, respondebat : Ubi tu Cajus, ego Caja (x); quod, ut vulgo interpretantur, fignificabat: Ubi tu dominus & paterfamilias, ibi ego domina & materfamilias (7); erat enim ex lege Romuli omnium bonorum & facrorum cum marito particeps (z); & hinc Domina absolute pro sponsa. vel uxore dicitur (a).

Tum laneis vittis postes ædium sponsa (b) ornabat, & adipe lupino, vel suillo (c) eos ungrbat; (qua ratione fascinationem averti credebant) & hinc Uxor, quasi Unxor est dicta (d). Limen non transibat sponsa, sed super illud tollebatur (e), ut quasi invita mariti domum ingredi, nec ad pudicitiæ immutationem convolare videretur (f): vel, quia limen Vestæ Dearum castissimæ erat

(p) Ovid. Fast. H. 746.
(q) Plin. H. N. VIII. 48.
(t) Claudian. de nupt. Hon. & Mar. 186.
(t) Vaven. II. 1312. Suet Cal. 15 & Claud. 16.
(t) Varr. de L. L. VI. 3. (u) Fest. ea V.
(v) Flaut. Mil. V. V. 6. Cisell. IV. 1. 11.
(vv) Juven. VI. 70. & 216.
(x) Quintil. Instit. 1. 7.
(y) Plutarch. quess. Rom. p. m. 271.
(2) Catull. carm. LXII. 31. Virg. En. VI. 307.
(b) Lucan. H. 312. Serv. ad Virg. En. IV. 458.
(c) Plin. H. N. XXVIII 0.
(d) Serv. ad Virg. En. IV. 456.
(c) Plut. Romul. p. m. 16. D. & Quest. Rom. 19.
(f) Lucan. II. 338.

facrum (g), quod ita non conveniebat calcari ab ea, quæ virginitatem jamjam effet amiffura Ingredienti domum Sponfæ dabantur Claves, quibus notabatur cura rei domestica (h); tum aqua & ignis ei offerebatur (i), quia ex humore & calore omnia gigni putabant (K): & hac aqua nubentium pedes lavabantur (1). Deinde sponlæ, ejusque comitibus a Sponso dabatur cœna nuptialis (m), quemadmodum in sponsalibus Sponsa, vel ejus parentes (n) coenam dabant. In hac sana tibieines adhibebantur, & convivæ Talaffionem (0), vel Talassum invocabant (p) (ut Græci Hymeneum) (9) in memoriam Talassii (r) cujustdam, qui cum uxore sua a Sabinis rapta per multos annos felicissime vixerat: vel ob lanificis mentionem (s), quod Græcis ταλαζία dicitur. Mox nuces (t) pueris spargebantur, cujus rei ratio verissima videtur suisse, ut ita res sudicras se relinquere testarentur (x): & propterea etiam puppas suas Veneri consecrabant sponsæ (y). Pueri vero carmina quædam obscæna & lasciva cantabant, Fescennina (z) dicta; vel, quod ab urbe Felcennia primum allata effent; vel, quod fascinum, sive artes magicas, quibus sponso sæpe noceri credebant, averterent. Demum nupta a Pronuba (a) (quæ erat mulier univira (b)) in le-Elo geniali (ita dicto vel a genendo, sive gignendo; vel quod Genio sacer effet) collocabatur (c); & idem lectus post celebratas nuptias Adversus dicebatur (d); quia nempe erat e regione januæ (e). Discedenti autem officio sive amicis a coe-

^(\$) Vid. Serv. ad Virg. Ecl. VIII. 29(h) Vid. Cis. Philipp. H. 28.
(i) L. 96. 8. 1. ff. de dom-iot. vir. & ur.
(k) Vid. Ovid. Fast. IV. 701. seq. & Varr. de Lieg. L.

IV. 10.
(l) Servs. ad En. IV. 167.
(m) Juv. Vt. 103.
(l) Cis. epist. ad Quint. fr. II. 5.
(l) Vid. Martial. I. 35.
(l) Vid. Martial. I. 35.
(l) Serv. ad En. I. 655. IV. 99. 316(t) Liv. t. 9.
(a) Plut. Quest. Rom. p. m. 271. E. Varro ap. Fest. Vd.

Talaso.
(t) Cisul. carm. 61.
(x) Vid. Perf. I. 10.
(y) Perf. II. 70.
(x) Sence. Med. 113.
(a) Catulic carm. 62. wers. fin.
(b) Fest. V. Pronubeta.
(c) Juven. X. 334. Test. Ann. XV. 37.
(d) Peppers. IV. XII. 85.
(c) Vid. Laber. ap. Gell. XVI. 9.

ma abeuntibus munuscula auserenda, sive apophorera dabantur (f). Postridie nuptiarum epulæ apud novum maritum restaurabantur, quæ Repotia sunt dicta (g); & novæ nuptiæ munera a cognatis & affinibus mittebantur (b), qui a marito vicissim Apophoreta accipiebant: denique nova uxor libertatem utoriam auspicans in domomariti rem divinam faciebat (i).

S. IV. De Divortio & Repudio .

Atque ita quidem matrimonium contrabebatur : folvebatur vero, præterquam morte etiam Divortio, ut sponsalia solvebantur Repudio (i). Repudium Tenunciantis (ita enim loquebantur) (K) formula hæc erat: Conditione tua non utor (1); nam conditio proprie de pactione nuptiarum dicitur (m). Et hoc casu vir arrha, mulier duplo arrhæ pretio mulcabatur (n); sed so neuter re-pudio caussam dedisset (o), mulca cessabat. Divortium, si a parte mariti sit, dicitur αποπομπή: fi a parte uxoris, ἐπόλει Lis (P). Divortium lege Romuli viris, non vero mulieribus permissum. fuit, si mulier venesicio circa prolem usa suisset: s alienam pro sua supposuisset; si adulterium feciffet (4); si inscio marito vinum bibiffet (1). Eaque caussa in amicorum concilio examinari solebat. (s) Sed licet lege permissum esset, primus tamen divortium secisse legitur circa. A. U. 520. Sp. Carvilius Ruga ob uxoris sterilitatem (1): postea vero admodum frequentia Romæ divortia fuerunt (u). Hoc casu dos a marito reddebatur, & tabulæ sponsalitiæ frangebantur (v). Divortii

⁽f) Juwen. VI. 203. Marr. indice L. XIV.
(g) Horar. Serm. II. 11. 60.
(h) Vid. 1- 13. ft. de admin. & per. tut.
(i) Macrob. Saurm. 1. 15. in f.
(i) L. 101. §. 1. l. 291. ft. de V. S.
(k) Plaut. Aul. IV. X. 5p.
(l) L. z. §. 2. ft. de divort.
(m) Plaute Aul. III. V. Srich. I. II. \$1.
(n) L. 5. Cod. de [ponjal. (o) L. 3. & 9. eod. rit.
(p) Vid. Salmaf. de ujur. 4. Kubn. ad Polluc. VIII.
VI. Sagm. VI. (q) Plur. Romuil. p. ma. 31.
(t) Gell. X. 23. Vid. Plin. H. N. XIV. 13.
(a) Val. Max. 11. IX. 2. (t) ld. II. 1. 4.
(u) Havvin. VI. 223. fogg. (v) ld. IX. 75.

formula erat, Res tuas tibi babeto (vv); (item Collige farcinulas : exi, vade foras; de quibus vide Brisson. de sorm. L. VIII.) cjusque signum erat, si vir uxori claves adimeret (x). Si autem fine mulieris culpa factum effet Divortium, dos integra restituebatur; sin contra, pro singulis liberis sexta pars ad dimidium dotis usque retinebatur (v): fed adulteræ dotem, ejusque tertiam partem, & dona antenuptialia maritus retinebat. si filii non estent (z).

APU

De Gentibus, Familiis, & Nominibus Romanorum.

6. I. De Gentibus & Familiis Romanorum.

Eneis (cujus synonymum est genus, quemad-Gentil (culus spinos) appellatio apud modum familie stirps (a)) appellatio apud Romanos lateus quam Familie patebat, ita ut una Gens plures plerumque Iamilias complecte. retur (b): exempli gratia in gente Cornelia fuerunt Cornelii Maluginenses, Scipiones, Lentuli, Dolatella, Rufini, qui postea Sulla, Scapula, Cinne, Merule: sed Cinnæ, Merulæ, Dolabellæ ple-beji suisse videntur. In gente Licinia suerunt Crassi, Luculli, Murana, & sic porro in aliis. Aliquando autem eveniebat, ut in eadem gente aliæ familiæ effent patriciæ, aliæ plebejæ cognominibus distinctæ (c). Sic, verbi gratia, in gente Tullia fueront præter alios Longi & Cicerones, illi patricii: (M. enim Tullius Longus Conful fuit A. U. 253. (d) quo tempore solis patriciis aditus ad honores patebat) hi vero plebeji : in Claudiorum gente clarissima plures patriciæ familiæ fue-

⁽vv) L. 2. S. 1 ff. de divort.
(x) Vid. Cic. Philipp. 11. 18.
(y) Paulus II. Infie. libr. sis. de dosibus.
(z) Novell. CXVII. 8.
(a) Cic. pro Ligar. 5. Id Brus. 16. Suct. Jul. 6. Id. Galbe 5.
(b) Liv. XXXVIII. (V. Synon. noftiz.)
(c) Vid. Tacis. Ann. III. 48.
(d.) Liv. II. 19. Ipfe Cig. in Brus. 5, five de élar. ovat. 16.

Sucrunt, Regillenses, Pulchre, Nerones; Marcella-rum vero plebeja, & quidem patriciis ejusdem gentis familiis longe clarior. Hujus autem rei caussa erat primo diversa generis origo, cujus rei exemplum est in Sulpiciis (e); secundo, si patricius aliquis se ad plebem contulisset; quod sæpe ab hominibus factions fiebat, ut ita plebejos honores capere, & inimicos fuos tribuniciis actionibus vexare poffent; quemadifiodum fecit infi-guis ille, non virtute, fed fceleribus P. Clodius (f). Octavia etiam gens e patriciis ad plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per Divum Julium ad patriciatum rediit (g). Tertia hujus diversitatis caussa suit civitatis beneficium : qui enim civitate donati erant, cum liberti, tum etiam quibus virtutis caussa id tributum crat, patricii non fiebant, fed plebeji (ut omnes a Sul-la civitate donati, licet ejus, cujus beneficio in civitatem venerant, nomen adfumerent (h). Addunt quidam bis caussis etiam adoptionem; sed minus refte: nam verum quidem est, adoptaticium adoptantis conditionem secutum suisse, sed hoc personam ejus non excedebat: ita ut adoptaticii etiam duplicem tribum haberent, unam, in qua nati, alteram, in quam adoptati fuerant (i). Gentes vero fingulas, & Familias Romano-rum hic recentere instituti nostri brevitas non patitur. Unum etiam observandum est, novos bomines fuisse distos, qui primi ex suls samiliis ad honores pervenérant (K).

6. II. De Nominibus Romanorum.

Romani, nobiliores certe, tribus fere usi sunt Nominibus (1): Prenomine scilicet, Nomine proprie dicto, & Cognomine (m): quibus aliquando Agnomen unum, vel plura addebant. Ex his Pre. momen fingulas personas, Nomen singulas gentes, Co-

(c) Tacis. loc. prex. d. (f) Spet. Jul. 20.

⁽f) Seet. Jul. 20.
(g) Id Aug. 1.
(h) Cic. ad Famil. XIII. 36.
(i) Vid. Grev. ad Cic. ad Ass. IX. 16.
(K) Cic. pro Cluent. 40. Plus. Cas. Maj, init.
(l) Aujon. Gryph. sernario 80.
(m) Juven. V. 117. (De Romanor. nominib. przter alios lege Hift. Ac. List. Par. T. 1. p. 188.

enomen fingulas familias notabat : Agnomen vero proprie est illud, quod in adoptione ex antiquo nomine retinetur, ut scipio in P. Cornelio Scipione a Q. Cecilio Metello adoptato; qui tum dictus eft Q. Cacilius Metellus Scipio &c. (n) idque uni alicui perione ex eventu aliquo impostum familiæ eius deinceps inhærebat. E emplo res clarior set: Magnus ille Carthaginiensium domitor di-etus P. Cornelius-Scipio Africanus; ubi P. quidem, five Pullius, est prænomen; carnelius, nomen; Scipio, cognomen; agnomen vero Africamus, quod a devicta Africa honoris ergo ei est datum. Hujus filius, cum infirma effet valetudi. ne, liberisque careret, cognatum suum adoptavit, L. Emilii i aulli, illius, qui Persen Macedoniæ Regem vicit, filium; qui inde P. Cornelius Scipio Africanus Amilianus est dictus: ubi Emilianus alterum est agnomen, ut patris naturalis memoria retincretur, ab ejus gentili nomine for. matum: hic vulgo a scriptoribus Africanus Minor dicitur; sed hoc nomen ei viventi non est datum; verum posteri, ut a superiore Africano distingueretur, eo sunt us. Alterum exemplum habemus in Q. Fabio Maximo; qui tribus agnominibus quandoque designatur: Ovicula enim puer etiamnum a morum mansuesudine; Verrucosus deinde a verruca, que ei in superiore labio erat enata, est dictus (0): & denique Cuntiacor appellatus fuit; quod Annibalis impetum cuntiando (p), & prælii aleam vitando fregerit. Hoc tamen verum est, nomen sæpe etiam pro cognamine, aut agnomine usurpari (q).

Pranomen eft, quo fratres, aut ii, qui funt ejusdem familiæ, inter se distinguunture sicut fratres fuerunt Publius & Lucius Scipiones, quorum ille Africanus, hic Asiaticus est dictus: agnati Cajus Julius Cæsar Dictator perpetuus, & Lucius Inlius Cæsar Consul A. U. 689. Erat autem honorificum aliquem prænomine salutare (r): forte quod servi eo carebant; quodque liberti, quam-

⁽n) Vid. Grav. Praf. ad T. 11. Ant. Rom. (o) Plut. ejus pis. inio. (p) Ennius Ann. XII. & ex as Virg. En. VL \$45. seq. (q) Quintil. Inf I. 4. (t) Herat. Serm. H. V. 124.

wis prænomen adepti, raro tamen aliter, quam: cognomine, quod fere ex fervirute retinebant. appellabantur (1). Nomine dignoscuntur Gentes, ut Julii, exempli gratia, Cornelii: Cognomine vero Familiæ ejusdem gentis, quemadmodum in gente Fabia fuerunt Fabii Ambusti, Rulliani, Gurgises, &c. Agnomen denique, ut dixi, ab eventu aliquo impositum posteros etiam sequebatur, & sæpe etiam segnomen dicitur (t). His autem omnibus nominibus sæpe etiam addebatur nomen Tribus, ut jam supra distum est u). Pra-nomina, quod ad usum tironum notandum, aliquando literis singularibus notabantur (w), ut A. Aulus, C. Cajus, (quæ litera inversa ita). mu-lierem Cajam (x) significat) D. Decimus . N. Numerius, Ge. aliquando binis, ut Ap. Appius, Ti. Tiberius; aliquando denique ternis, ut Mam. Mamercus, Set. Servius, ex. Sexius: M. fingulare fignificat Marcum; hac vero nota M', vel etiam altera M., Manium. Origo autem horum prænominum a Grammaticis peti potest. Et singularum Gentium nomina unde petita fint, in hocce compendio nofiro explicare putidum foret. nocce compendio nostro explicare putidum soret. Cognomina vero vel ab anino ducuntur, ut a sapientia Cato; (Catus enim veteribus sapiens (*) dicebatur) vel a virtute, aut moribus, ut Frugi; Gurges, Nepos, Pius, &c vel ab arte, ut Pictor; vel ab eventu, aut sasto aliquo singulari, ut Papirius Praeextatus: ita dictus, quod in pratexta atate arcanum tegere potuisse; (si modo verum sit, quod de eo narratur (y)) & Tremellius Scroffa ab eventu sacetissmo, quem narrat Macrobius loco in margine citato; vel a corporis babitu. ut loco in margine citato; vel a corporis babitu, ut Calvus, Crassus, Macer, &c. vel a sacerdossis, ut Augu-

⁽s) Facete Perf. Sat. V. 78.

(i) Vid. Cic. pro Murena 14. & in fomm. Scip. 20 Jac.
Perizon. animadv. Hift. 2.
(u) Vid. Supr. Seff. I. c. 7. \$ 3.
(w) Vid. Plut. Queft. Rom. p. no. 288.
(x) Quinsit. Inflit. I. 7. Vid. temen etiam Petr. Servium pr. Cl. Gravium Pref. ad T. Il. Ant. Rom.
(*) (Ex 1. Edil. Enniss p. 217. Ed. Neap. & ibi Column.aut. pp. 121. Heffel.)
(1) Apud Macrob. Sainra. I. 6. (Gell. I. 23.)

Sett. VI. Cap. V. 6. 2. 6 2.

Augurinus, Camillus, Flaminius, Sacerdos; vel a Piscibus, Orata, Murana (2); vel denique a frugibus, vel agrorum cultu, (qui priscis Roma-nis honestissimus habebatur) ut Lentuli, Pisones, Cicerones (Fabii) &c.

6. III. De mulierum & servorum Nominibus.

Mulieres olim quidem Prænominibus usæ videntur (a); fed postea gentili tantum nomine sere sunt dicta: ita, ut si unica esset silia, Cornelia, verbi gratia, vel Tullia diceretur; si duz, altera Cornelia major, altera minor; si plures deni-que, numeri nota, ut Prima, Secunda, Tertia (b), Quarta discernerentur: & hoc aliquando บับการเกาะ , ut Quartilla (c), &c. Non tamen hæc nomina semper ordinem denotarunt; sed verorum prænominum naturam habebant; æque ac in viris Quintus, Sexius, Decimus (d). Et nomina quidem infantibus die lustrico (e) imponebantur, qui puellis erat octavus, pueris nonus: prænomina vero pueris non ante, quam togam virilem fumerent, puellis non antequam nuberent, imponi moris fuit (f).

De Servis.

Servi aut nascebantur, aut fiebant; qui enim nascebantur ex ancilla alicujus, domini sui fiebant, quia partus sequitur ventrem, & pater plerumque incertus est: licet inter tervos nupria proprie non essent; sed eorum commercium contubernium proprie dicebatur, ipfique conturbernales . Servi autem domi nati Verne & Vernaculi dicebantur, & procaciores plerumque erant; quia scilicet ipsis plus, quam aliis, indulgebatur. Fiebans servi vel captivitate ex bostibus (g), vel venditione, ut si pater filium suum venderet; quod olim passim permissum, postea nisi in extrema samis necessitate

⁽²⁾ Va-ro de R. R. III. 3. Colum. VIII. 15.
(a) Fest. V. Praneminibus. Vid. Voss. de Arce Gramm.III.71
(b) Suct. Jul. 50.
(c) Petron. 16. fest.
(d) Vid. Perizon. anim. bist. 3 p. 111.
(c) Fest. hat w. Juct. Nor. 6. Plus. Quest. Rom. 100.
(f) Val. Max. de Nominibus.
(g) Horas. Epis. l. 16. 69.

tate concessium non suit, & ne sic quidem, nist etiamnum a matre rubentem 6). Servi antiquissimis temporibus paullo aliter instexum domini prænomen ferebant, ita ut lucipores, verbigratia; Marcipores, &c. dicerentur, quasi lucii, vel Marci pueri (i), hoc est, servi: nam puer pro servo sine ullo etatis respectu dicitur (k); recentioribus vero temporibus varia nomina tum Græca, tum Latina habuerunt, vel a gente, unde effent oriundi, vel ab aliis eventibus imposita; ut apud Comicos fervi dicuntur Syras, Geta, &c. apud Ciceronem vero Tire, Laurea, Dardanus, & fic corro.

De Manumissione .

Servitute liberabantur servi per Manumissionem. quæ erat vel Justa, cum justam libertatem & plenum jus civitatis Romanæ consequebantur; vel minus justa, cum ex lege Junia Norbana fiebant Latini Juniani, quibus inferiores etiam erant, qui ex Lege Elia Sentia fiebant Liberti dedititii, qui scilicet aliquando ob gravius crimen stigmate notati, vel graviore poena affecti effent. Justa Manumissio fiebat tribus modis; vel per Censum, cum fervus, sciente vel jubente domino, cum reliquis civibus a Censoribus in censum relatus esset (1): vel per vindictam, (*) cum dominus cum servo Prætorem adiens, diceret: Hunc hominem liberum esse volo Jure Quiritium; quod si Prætor caussam probaret, vindista (virgula quædam erat) capiti fervi imposita pronunciabat: Hunc hominem liberum effe dico jure Quiritium : quo peracto vel li-Aor, vel dominus eum in gyrum circumagebat (m), potestatem abeundi, quo vellet, ei concessam effe fignificans. Tertius manumittendi modus erat, qui fiebat Testamento; de quo prolixe satis Imperator in Institutionibus juris.

Minus Justa manum: ssio erat, quæ siebat vel inter amicos, vel per mensam, cum dominus servum secum accumbere juberet, vel per epistolam. Qui autem manumittebantur, raso capite pileum acci-

⁽h) L. 2. Cod. de parr. qui fil. fuos difir.
(i) Plin. H. N. XXXIII. 2 Quintil. L. 4.
(k) L. 204 ff. de V. S.
(l) Cic. pro Cec. 34.
(*) (Quis primus vindifia liberatus fuerit vide ap. Liv.
81. 5.) (m) Perf. Sat. V. 75. Horat. Serm. II. VII. 75.

accipiebant (n), qui libertatis insigne erat. Incredibilem autem servorum multitudinem divites illi Romani habebant (o), quos in varias decurias distinctes habebant (p). ita ut e ercitui multitudine comparentur (c). Liberti pristinorum dominorum nomina & prænomina affumebant, quibus cognominis loco prittinum fuum nomen adriciebant: fic Tiro a M. Tullio Cicerone libertate donatus dictus est M. Tullius Tiro, (qui variis scriptis inclaruit, ut ex Gellio, Afconio & aliis difermus) Eutychides, T. Cecilii Attici libertus, T. Cecilius Eutychides (r). Idem antem homo liberzus dicebatur respectu patroni sui; libertinus respedu aliorum (s). Qui civitatem Romanam consequebantur (t , eorum , quorum beneficio . vel auxilio in civitatem venerant, prænomen & nomen assumebant (v); nominibus suis pristinis vero pro cognominibus utebantur, ut C. Valerius Caburrus a C. Valerio Flacco civitate donatus (vv); A. Lutatius Diodorus beneficio A. Lutatii Catuli civitatem adfecutus (x). Et hinc post Sullam tanta multitudo Corneliorum fuit; cum plurimis ipse civitatem dedisset (y). Postquam vero in orbe Romano qui funt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt (2), de cujusque arbitrio nomina funt fumpta, ita ut plane alia eorum foret ratio, quam tamen operose hic explicare nihil attinet . (Liberti ac Libertæ apud patronos varia munia obibant, quod ex omni antiquitate fatis notum: inprimis autem videndus Pignorius, & Monum. feu Columbarium Libb. & fervorum Livie: Aug. A. 1727. Florentiæ editum: unde unicum exemplum petam, quod a quodam Viro Do-

Ðо

⁽a) Plaus. Amph. I. v. 306. Serv. ad Virg. En. VIII. 564.
(b) Vid. ner. ad Pecron. 37. ed. Cl. Burm.
(c) Vid. 47.
(g) Plin. H. N. XXXIII. 10. Senec, de rranq. an. 8.
(f) Cic. ad Ast. IV. 15.
(s) Vid. Cic. I. in Verr. 47. Sigan. de ant. jar. Rom. I.6.
(t) Vid. Jul. Cef. de B. G. I. 47.
(v) Cic. Famil. XIII. 35. Jogq.
(w) Cef. I. prox. d.
(x) Cic. in Verr. IV. 17.
(x) Cic. in Verr. IV. 17.
(y) Cic. pro Cornol. I. p. 647. gd. Grav. App. Al. Civ.

⁽y) Cic. pro Cornol. I. p. \$67. ed. Grav. App. Al. Civ. I. 413.

⁽z) L. 17. ff. de fasu bom.

Ao minus recle explicatum videtur. Quædam ibi inscriptio sic se habet: PHILEMATIO. AUG. L. SACERD. A. BONA. DEA. MATER. MAENA-LI. Durius, inquit, a bona Dea hic dicitur pro bone Dee. Sed nisi me fallo, Philemation sic dicitur Augusta Sacerdos a bona Dea, ut pueri dicuntur a manu, a pede, a poculis: est enim cre-dibile, Liviam pro sua impotentia matronarum aliarum fese longe inferiorum congressum familia. rem atque in facris parem fugiffe, ideoque vices fuas huic Libertæ ad ea facra Augustæ nomine colenda transmisse.)

6. IV. De patria apud Romanos potestate.

Quia autem jus Patrie potestatis apud Romanos plane singulare, & ab omnibus aliis gentibus diversum suit, operæ pretium erit, ut paucis illud

explicemus.

Est igitur Pasria potessas (a) jus, quod Pater ha-bet in liberos; quod Livius (b) vocat patriam Majestatem. Pater dico; Mater enim liberos in potestate non habebat; tum ob alias, credo, rationes: tum, quod præ nimio amore nimium iis indulgere foleant: αι μητέρες γαρ φιλοτεχνότεραι inquit Arist. Ethic. IX. c. 7. (c). Hæc autem potestas tribus modis acquiritur, justis nempe nupriis, legesimatione, & adoptione. De nuptiis quod fatis est diximus; de legitimatione dicere ad propositum nostrum minus facit: superest ut pauca de adoptione videamus. Adoptio est aclus legitimus, quo en locum fili adsciscimus eum, qui nobis extra-neus est; ad eorum, qui liberos non habent, sola-tium inventus: Græcis vosteria dicta. Est autem vel adoptio in Specie talis, vel arrogatio. Adoptio in specie talis of corum, qui in aliena potestate funt, & a patris naturalis familia in adoptivi familiam transferuntur: ea quefiebat apud quemlibet magistratum, apud quem legis actio esset, Prætorem puta, vel Proconsulems, patre naturali filium imaginaria emptione & venditione patri

⁽a) Vid. Dion. Halie. II. 26. feqq. (b) III. 45 & alibi. (c) Ter. Heaus. V. 2. 38.

